

From the
HODGKIN
Collection.

Cat

GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

4

OPVS MATHEMATICVM
OCTO LIBROS
COMPLECTENS, INNVMERIS
PROPEMODVM FIGVRIS IDEALIBVS MANVVM ET PHYSIOGNOMIAE, ALIISQVE ADORNATVM, QVORVM SEX PRIORES LIBRI ABSOLVTISSIMAE CHEIROMANTIAE THEORICAM, Praxim, doctrinam, artem, & experientiam veriſſimam continent. Septimus Phyſiognomiæ diſpoſitionem, hominumque omnium qualitates & complexiones. Octauus Periaxiomata de faciebus Signorum, & quid Sol in vnaquaque domo exiſtens, natis polliceatur. Remedia quoque omnium ægritudinum complectitur. Et naturalem Aſtrologiam atq; effectus Lunæ quoad diuerſas ægritudines. Item Iſagogen Aſtrologiæ Iudiciariæ, & totius diuinatricis artis Encomia.

Omnibus Matheſeos, Cheiromantiæ, Philoſophiæ, & Medicinæ ſtudioſis vtiles ac neceſſarij.

Authore D. IOANNE TAISNIERIO Hannonio, Mathematico expertiſsimo, Iuris V. Doctore peritiſsimo, Poëta Laureato celeberrimo, Muſico excellentiſsimo.

Cum Indice copioſo.



COLONIAE AGRIPPINAE

Apud Theodorum Baumium ſub ſigno Arboris.

Anno cIↄ. Iↄ. LXXXIII.



Αριστοτέλης προτέρων ἀναλυτικῶν .β.

Τὸ δὲ φυσιογνωμονεῖν δυνατόν ἐστιν, εἴ τις δίδωσιν ἅμα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, ὅσα ἐστὶ φυσικὰ παθήματα.

Idem in Phyſiognomicis.

Εἰ δὲ ἐν τοῖς φύσει γινομένοις μᾶλλον ἄν τις σύνιδοι, ὡς οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα σῶμά τε καὶ ψυχὴ συμφυῆ, ὥστε τῶν πλείστων ἀλλήλοις αἴτια γίνεσθαι παθημάτων.

Gellius Libro 1. cap. 10.

Pythagoras iam à principio adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει.

CLARISSIMO ET ILLVSTRI DOMINO, D. IOANNI IACOBO FVGGERO, LIBERO HEROI, SIVE BARONI KIRCHPERGAE, VVEISSENHORNI, &c. MECOENATI

ſuo humaniſsimo, Muſarumque omnium aſſeclarum patrono vltroneo & accommodatiſsimo.

CVM per multos annos elapſos, totum ferè orbem hinc inde oberrauerim, Baro clariſsime & Illuſtris, optimorũ quorũq; & cuiuſcunq; facultatis virorũ ſelectiora ſcripta & dicta collegi, præſertim ea, quæ ad Mathematicam diſciplinam ſpectare videntur, & quæ vſui Romano & Reipub. conuenire poſſunt, eò quòd Matheſis inter reliquas ſorores artes in primo gradu certitudinis diſcernitur, nec eſt qui id neget. Collectis itaque omnium opinionibus, & cùm facilè ſit inuentis addere, volumen inde conflaui, eaque adieci, quæ huic facultati neceſſaria omninò ſunt, & quod vnus in aliqua parte negligentia prætererierit reſarciui: exinde librum abſolutiſsimũ in lucem edere tentaui, idque profectò non ſine laboribus extremis & diligentia ſumma, vt omnia accuratiùs adornarentur. Nec tamen adhuc deerunt nondum ſatis eruditi, qui aut verbis aut riſu in librum irruent: ſed ſi prius Apologiam perlegant, tota auferetur maledicendi occaſio. Perlegant præterea quintum librum, qui Medicis & Pharmacopolis non minus eſt neceſſarius, quàm panis quotidianus. Pulchrum profectò eſt, ſalua omni arrogantia, ex manuum lineamentis infirmitates quaſcunq; præteritas, preſentes & futuras non modò predicere, ſed & medicamentis ac Medicinæ remedijs futuros dolores & morbos auertere, vt ſi qui ſint lethales, leuioribus medicinæ remedijs & minoribus expenſis leniantur, ſin minus, omni medicamento curentur, quod profectò ſæpiùs expertus ſum in diuerſis regionibus. Vulnera quoque elapſa & futura prædicere, non minus eſt artis, eorumque cautionem, & qua ratione euitari poſsint, quod quidem infinitis propemodum viris ſæpè ſignificaui, & ex maximo vitæ periculo eos ſic liberaui, prout in ſexto noſtro

libro experimentorũ apertiſsimè liquet. Quid pręterea pręſtet Septimus Phyſiognomiæ Liber, item Octauus, omnibus iudicandum relinquo. Scripſerunt alij multi de iudiciaria longè copioſiùs, ſed vereor, ne artem arbitrati clarificare, eam denigrarint. Quæ igitur experientia multoties didici, in lucem prodere non tæduit, neque me (ſaluo arrogantiæ ſcrupulo) vnquam in iudicijs fefellit hactenus opinio, nec alio iudiciario libro, quàm Ptolemæi aliquibus dictis vſus ſum, quibus (proh dolor) violentam mortem cuiuſdam Sereniſs. Regis prima fronte ante decẽnio præuideram, & quod nunc infeſtationis in eodem Regno hoc anno & ſequentibus duobus futuris ſupereſt, præuidi, ſed Deus Opt. Max. reiteratis ſæpè precibus inuocandus eſt, vt ſua clementia & bonitate id auertere dignetur. Prognoſticon in lucem edere ſæpè me voluerunt amici ſingulares cogere, quibus melioribus via & ratione ductus, ſilentiũ impoſui, periculoſiſsimum fore his proximis 3. ann. niſi ſecreta prognoſticatio fieret. Quandoquidem ſi ea, quæ naturaliter accidere poſſunt (nõ mitigato Deo) quis publicet, aut non impunè id fecerit, aut ſibi infinitos comparabit inimicos: ſi ſecus grauia & turbida illa, quæ ex Aſtris facilè conijcere poteſt, iudicia celet, ſui honoris iactura facta, mendacij & falſitatis crimen facilè incurret. Periculoſum igitur eſt his tribus annis proximè futuris prognoſticari, niſi auctoritate & precibus Principum ferè coactus quis id tentarit. Exinde ſequitur, quod artes Matheſeos certiſsimæ, non modò ſuſpectæ, ſed ſpretæ vbicunq; iaceant, niſi titulo, fauore & nomine Magnatum, Principum & Heroum, aut ſimilium tueantur. Ne igitur hoc meum Opus ignorantium iniurijs laceretur, Mœcenatem ei prouidere curaui, ſed vbi neminem huius artis & reliquarum omnium ſororũ magis cõſcium in toto hoc noſtro Horizonte, quin & vniuerſo orbe expertus ſum, auſus fui S. generoſæ & illuſtris dominationis titulo & nutu ſubiectum Opus typis committere, ſolita S. D. clementia fiſus, qua quibuſcunq; Muſarum aſſeclis ſemper vltronius Mecœnas fuerit, & ideò quòd nulla apud S. D. ſit incognita virtus, facultas & diſciplina, faciliorem & familiariorem Mecœnatem ſe exhibiturũ eſſe, hiſq; rationibus motus, hoc opus S. generoſę D. cõmendare & dedicare volui, ſupplicans quibuſcunq; modis poſſum, vt illud grato, benigno & humano animo pro innata conſuetudine ſuſcipiat. Demùm plura & maiora ſucceſſu temporis, volente Deo,

te Deo, ſcripturus ſum, vtpote de Hierarchijs Anguloum, Librumq; Mathematicum de diuerſis Fabricis & inſtrumentorum Aſtronomicorũ, Geometricorumq; vſibus. Supererit etiam, vt tãdem his abſolutis, Libros noſtros de Theorica & Praxi Muſicæ in lucem prodam, qui (vt ſpero) Muſicis nõ eruntingrati. De noua enim (quam reſeruatam volunt) & veteri Muſica tractabunt, & tandem (ſalua arrogantia) ea continebunt, quæ ad totius Muſicæ perfectionem ſpectare videntur. Nec prætermittam Librum de Cõcordantia Aſtrologiæ cum Theologia, prout Petrus de Alliaco Epiſcopus Cameracenſis Cardinalis olim edidit, in lucem ſimul exponere: præterea vſum diuerſorum inſtrumentorum Aſtronomicorum hactenus ſtudioſorum iactura neglectum. Nunc igitur Illuſtris ac generoſe mi Domine, hoc Opus Mathematicum accipias, donec tempus reliqua opera in lucem prodere concedat, quod ſi T. D. placere intelligam, animum ad vlteriora promouebo. Hæc hactenus Coloniæ ſcribebam. Anno M. D. LXII. Menſe Martio T. Illuſtriſ. ac Generoſæ D.

Perpetuus ſeruus

Ioannes Taiſnier
Hannonius.

CVIVSCVNQVE FACVLTATIS VIRIS EXPERTISSIMIS IOANNES TAISNIER HANNONIVS, S. P. D.

NONDVM natus erat Liber, imò in viſceribus matris aut preli adhuc latebat, cùm ab indoctis & nō benè ſanæ mētis hominibus dente canino ſæpè laniatus eſt. Quid igitur cùm ille nunc adultus in lucem prodierit, patietur? Profectò mirū foret. Sed oro atque obteſtor, vt nemo priùs noſtris operibus inuideat, donec ſultem Apologiam cum primo libro & experientiarum in ſexto perlegat, obicem ſic maledicendi & inuidendi ilicò reperiet, & ſi curioſiores quintum librum, ſeptimum & octauum perlegant, quid humanæ creaturæ in eis prodeſſe potui atque feci, facilè deguſtabunt. Demùm ſi quis his perlectis, artis ignarus reſtet inimicus, modeſtè ſi poteſt reprehendat, aut dictis aut ſcriptis ſuo errori medicamen adhiberi curabo.

CHOROGRAPHIAM IN LAVDEM Athi Oppidi natalitij, naturalis ſoli dulcedine ductus, Ioannes Taiſnier Hannonius adſcripſit,

Inſigne Oppidulum quo me genuêre parentes,
Hannoniæ illuſtris, tenera luſtrat Athum.
Cuius ſæpè ferox Auſtralia lumina Gallus,
Proripuit ſecum Martia caſtra trahens.
Illinc oppoſitam borealem Flandria plagam
Reſpicit, Occeanis ſæpè coacta vadis.
Phœbus vbi radios ortus infundere terris,
Incipit ab Euro terra Brabanta iacet.
Artheſiam corus dulci ſpiramine nutrit,
Occubuit quorſum Belgica ſæpè phalanx.

IOANNES TAISNIER HANNOnius ad proprium Librum, vt animo conſtanti multorum iniurias perferat.

I liber & videas ne te patientia vincat,
Inuida verba feras, & patiare ſat eſt.
Nedum natus eras ſuſpendebaris adunco
Naſo, te verbis inuidus increpuit.
Quid faciet tandem cum iam perfectus abibis?
In proprium iaciet tela retorta caput.
I tamen, & parui facias hæc garrula verba,
Dum placeas doctis hoc tibi ſufficiat.
Inuia ſic ſyluas rupes montana fatiges,
Saltus & lucos in nemus omne flue.
Nautica & æquoreo demergas carbaſa ponto,
Pandantur proræ commoda vela tuæ.
Littore in Aegeo tua nunc demiſſa carina
Fluctuet, obſtandum eſt fluctibus aſsiduis.
Nubila ſi quatiant tremulis hanc ſidera ventis,
Non dubites tandem gratior aura foret.
Sin leuis medio inforſan malachia ponto,
Ad tempus tardet carbaſa veliuola.
Circius ardenti facilis deflectet ab Euro,
Nubes obſcuras aëra clarificans.
Quare, agè, tu forti patiaris ſingula mente,
Vt tandem meritis præmia digna feras,

IOHANNI TAISNERIO HANNONIO VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI, POETAE
laureato celeberrimo, Mathematico excellentiſsimo, Muſico expertiſsimo, Iaſpar Spotz Antuerpianus Præceptori ſuo optimè merito.

QVid motus cœli & lucentia ſydera præſtent,
Rebus in humanis illa quid efficiant.
Hoc ſolus noſti rerum expertiſsime Doctor,
Saltem arte hac raros nouimus eſſe pares.
Et quia cœleſtum eſt diuina ſcientia rerum,
Quæ niſi diuinis noſcitur ingenijs.
Sæpiùs Vraniæ mendacem ſpreuimus artem,
Sæpeq; fallaces nouimus Aſtrologos.
Sed tu præ cunctis hodie es mortalibus ille,
Veros effectus ſydereosq; notans.
Fortunam, vitamq; hominum promittis ab ortu,
Iudicio nunquam decipiente tuo.
Mens tua diuina & caſus præſaga futuri,
Mortales cogit nomen amare tuum.
Viuere te cupiunt multos feliciter annos,
Poſteritas poterit ſic meminiſſe tui.

THOMAE RVPEI ATTREBATENſis ad Ioannem Taiſnier Hannonium, Doct. Poëtam Aſtrologumque Carmen.

AD te quod nequeam fugientem ſiſtere Muſam,
Currentesq; leui à murmure rupis aquas.
Hoc ſyncerus amor facit ornatiſsime Vatum
Attice & hoc noſtri pignus amoris erit.
Si quid habet nigri, ſi quid delirat vtrumque,
Elue vel recta dirige quequæ via.
Si rude diſtenta carmen labraris amuſsi,
Rideo naſutos Muſa ſerena mea eſt.
Sint puri fontes rupes mea dulcis amicis,
Sit procul à noſtro turba canina choro.
Muſarum noſti rupes & Apollinis antra,
Syluarum Nymphas, ſyluicolasq; Deos.

Inge-

CARMEN THOMAE RVPEI AD IO TAIS.

Ingenio cœli ſpatium comprendis & Aſtra,
Et ſuadela tuo ſemper in ore viget.
Acreq́ iudicium retines in rebus agendis,
Iupiter hoc Pallas iuſsit habere ſophos.
Hoc eſt, quur noſtra currant tibi carmina rupe,
Heu mihi quàm ſurdo nomine pauca canunt.
Hoc eſt dum nequeam celeri te inuiſere greſſu,
Ad te cur citior me, mea Muſa fugat.
Nunc habito mecum, ter ſciſſa eſt tibia dextra,
Sum monſtro ſimilis, quid niſi pauper ago.
Si tamen imperites, veniam quocunque vocabis,
Et ſi non me pes, mens, animusq́ ferent.
O ſi Pegaſias præſtet mihi Iuppiter alas,
Quam leuiter pennis teque tuosq́ ſequar.
O mea ſi multo rupes modò tinniat auro,
Quàm breuiter multis cingerer obſequijs.
Et tibi ſi nummis Taiſneri tinniat arca,
Quàm magnus Vates Aſtrologusq́ fores.
Nil ad te faceret Maro, nil Smyrnæus Homerus,
Plus alijs caneres grande ſacrumq́ melos.
Aſt quia diuitias nobis fortuna negauit,
Nil ſumus, & noſtrum carmen habetur iners.
Sperandum tamen eſt, ſacros Deus ipſe Poetas,
Aſtrologos numeris ingenioq́ beet.
Interea firmo iunget nos gratia nexu,
Viuamus quantum fata Deusq́ ſinant.
Hæc tibi ludebam nuper ſub rupe ſiniſtra,
Attice Taiſneri viue valeq́ diu.

RESPONDET TAISNIER THOMAE RVPEO ATtrebatenſi, Poëtæ celeberrimo, dicens Cauernas ſuas capere quicquid poſſent rupes.

AD me quòd nequeas fugientem ſiſtere Muſam,
Hoc ſi non capias, rupeus eſſe potes.
Hoc tua ſaxa meis certum eſt debere cauernis,
Hoc ſyncerus amor rupeus ille facit.
Nam tua Muſa nequit rupis per ſaxa moueri,
Quam non percipiat noſtra cauerna citò.
Rupibus en noſter lucus veſtitur vtrinque,
Muſa quibus nequeat clam ſtrepitare tua.

RESPONSIO AD CARMEN PRAECEDENS.

A quibus effluitant fontes, dulceſq́; liquores,
Quos videas lucos, mox penetrare meos.
Si quem igitur rupes poſſunt præſtare liquorem
Aptum carminibus, noſtra cauerna capit.
Non mirare igitur tua ſi horum conſcia Muſa,
Lucorum hæredem ad confluat illa ſuum.
Nec mirare magis, ſi rupea ſaxa cauernæ,
Obſequium præſtent, quis ſine diſpereunt.
In qua habitant Nymphæ, Muſæ, Phœbuſq́; Poëtæ,
Ingenuiq́; ſacri, ſyluicolæq́; Dei.
Quos tua de liquida demulcent carmina rupe,
Concaua quæ penetrant ſacra Apogæa Deum.
Hinc tua ſaxa meis ſemper coniuncta cauernis,
Perpetuum firmant fœdus amicitiæ.
Sint procul hinc infeſta Phalanx, aſiniq́; cohortes,
Nec minus à noſtro ſecta canina choro.
Quòd ſcribas habites tecum ter tibia ſciſſa eſt,
Abſimilis monſtro haud quòd niſi pauper agis.
Cui imperitem nil eſt, venias quocunq́; vocaris,
Non pes neq́; animus, ſed tua Muſa fluat.
Tibia ſi ſciſſa eſt, ſociam tibi conſule Panos,
Aptos quæ calamos mota Syringa parat.
Non miſer es, tales nullos nam ſacra poeſis
Cognouit, nummis ſi tua Burſa caret.
Caſtalios hauri ſacro de fonte liquores,
Iungatur capiti Laurea ſerta tuo.
Ad tua vota aderit Bacchus, Venus, almaq́; Muſa,
Lucus quo inuoluas membra ſupina dabit.
Tinniet atq́; tibi Taiſneri ſacculus auri,
Si te nummorum plena crumena beat.
Nobis diuitias nunquam fortuna negauit,
Quas pro mortifero ſpernimus hoſte diu.
Quis ſine & Aſtrologi inſomnes, ſacriq́; Poetæ,
Nec doctus Vates, deſyt eſſe Maro,
Eſto igitur ſacris contentus ſiccine Muſis,
Quæ capiti imponent Laurea ſerta tuo.
Interea multos viuas feliciter annos,
Lignea ſit genibus tibia iuncta tuis.
Viue etiam ſacros inter numerande Poetas,
Sic tua pro meritis Muſa trophea feret.

CARMEN IO. TAIS. IN ZOILVM.

IOANNES TAISNIER
Hannonius ad quemuis
Zoilum.

Zoile macreſcas, ſolus tua damna rependes:
Non curat noſter liuida verba liber.
A nullo petyt precibus flexitq́; fauorem,
Complicuit nullos in ſua vota viros.
Nam proba merx faciles mecœnates ſibi promptos
Vendicat: & prauos reſpuit illa viros.
Zoile tu tibi ſis flagrum, ſed tempore longo,
Quare, agè, tu inuideas Zoile perpetuò.

IASPAR SPOETZ AD
Aemulum.

Liuide Taiſneri nomen cur dente canino
Rodis: & inſanum tollis in aſtra caput?
Murmura nulla iuuant, nec liuida verba: ſed ipſe
Cùm inuideas, proprio fungeris officio.
Rodere conſueto genuino dente matheſim,
In proprium haud ceſſes flectere tela caput.
Nil agis, inuideas, matheſis tua pectora pungat,
Taiſnerius Princeps vſq; matheſis erit.

Ad quoſuis Aemulos.

Aemulus inuideat, nec noſtris antè libellis,
Quàm primum & ſextum perlegat ille libros.

IN VERAM CHEIROMANTIAM
Lamberti Gruteri Venradij
Carmen.

Vt celebrent omnes Diuini facta Parentis:
Naturæ facies conſpicienda venit:
Machina totius factorem te docet orbis,
Aſtrorum curſum dum vides atque ſtatum:
Dum vides & rutilum Solem, Lunamq́; vagantem,
Mundo alternatim lumina ferre ſua.
Splendida ſyncerum dum ducunt æthera vultum,
Ac maieſtatem ſydera clara probant.

IN LAVDEM VERAE CHEIROMANTIAE.

Annè elementa ſimul concordi pace ligata
Quattuor, auctorem te, minùs, eſſe docent?
Quùm ſurſum videas ignemq́; ac aëra ferri,
Sed loca, Aqua et Tellus infera ſemper ament.
Quùm tellus vario fundit munuſcula fœtu,
Quùm benè vernaleîs reddit & annus opes.
Deteſtêre quidem cunctos, qui condita caſu,
Se in molem caſu conuoluïſſe velint.
Cætera deinde Dei tibi facta notanda putato,
Si dubiam ſtabilis non habet ordo vicem.
Nonne hominum vultus varios, ſimulachra Deorum,
Simplicis auraî ſigna referre vides?
Atq; minora fidem faciunt tibi (credulus adſis)
Teſtanturq́; Deum, membra minuta quidem.
Os homini ſublime datum, cœlumq; tueri
Iuſſum, conſpiciat quò benefacta Dei:
Hæc animo voluat vigili noctesq́; diesq́;,
Satorem rerum laudet vbiq́; Deum.
Res miranda magis: Manui quod & indidit ipſe
Indicia, agnoſcat quiſq; futura ſibi:
Naturam diſcat propriam, fatalia noſcat
Quæq; cauere queat certa pericla ſibi.
Officio fungi prudentis nónne videtur,
Quiſquis cognôrit ante futura ſibi?
Certè. Nam poterit præuiſa incommoda forſan
Pellere, quò ſtudijs mitiget illa ſuis.
Nec poteris fruſtrà ductus cauſarier ortos,
Non hos efficiet, crede, plicata manus.
Experiare licet, quantarum commoda rerum
In vita apportet cognita ritè tibi.
Magnus Iobus ait, τεκμήρια *poſita noſtris*
In manibus, cuncti vt noſcere facta queant.
Hæc opifex ergo, rebus cauſa ipſe creandis
Eſſe notas voluit, ſtigmata noſſe dedit:
Non quia ſic fieri prorſus, vel debeat eſſe
Omninò, forſan ſed fore commoneant.
Si lubet hanc artem, Lector, cognoſcere, certè
Iam potes, en methodo quæq; capeſſe bona.

ABSOLV.

ABSOLVTISSIMAE CHYROMANTIÆ LIBRI OCTO, INFINITIS PROPEMODVM FIGVRIS ILLV-
ſtati, In quibus quicquid ad Chyromantiæ, Phyſiognomiæ, & naturalis Aſtrologiæ perfectionem ſpectat, continetur. Et per axiomata de ſignorum faciebus, & cæt.

Authore Ioanne Taiſnier Hannonio vtriuſque Iuris Doctore, Poëta laureato, Muſico excellentiſsimo, &c.


*REIECTIS execrabilibus artis magicæ vanitatibus, di-
abolicæ inquam non diuinæ nec naturalis, reiectiſque alijs
ſuperſtitionibus, atque dictis eorum, qui ex Aſtris omnia
futura neceſsitate fatali euenire ſenſerunt, quique termi-
nos Aſtronomicæ poteſtatis reſpectu liberi arbitrij ſuper
bè exceſſerunt, refragataque eorum opinione qui futura
aliqua, quauis humana ſcientia prædici poſſe negant, Aſtrologia videlicet,
Chyromantia, Phyſiognomia, dum hoc ſolummodò diuinæ menti reſerua-
tum aſtruunt, ipſius bonitati ac liberalitati derogant. Si namque Deus im-
menſa ſuïpſius munificentia cæleſtibus corporibus ac elementaribus virtuti-
bus, nouas res quotidiè vt mineralia, vegetabilia nouaque animalia, & homi-
nem alterum quoque producere ac generare conceſsit: volucres quoque cæli,
& animalia naturali inſtinctu, aëris perturbationem & temperiem futu-
ramq́ cæli ſerenitatem, motu aliquo corporis, prænuntiare donauit, quis ho-
mini ſuam ipſius imaginem gerenti, cuique diuinum quid afflatu ſuo inſpira-
uit, futura modo aliquo prænoſcere, magis quàm volatilia & quadrupedia,
& altiùs elargitum negabit? Præ cæteris ergo Noam, exinde patres alios* Noam.
(teſtibus Ioſepho & Beroſo Chaldeo) alijs non minus diuinis & cæleſtibus Ioſephus Beroſus.
*diſciplinis edoctum, Aſtrologiam cælitus (quod facilè credi poteſt) docuit, qua
ille Armenios & Scythas poſt vniuerſale diluuiũ inſtruxit, vt quid initio et
cardinibus eius per anni reliquum futurum eſſet decernerent, ob quam rem
illum diuinæ mentis participem dixerunt. De quo vniuerſali diluuio Moſes* Moſes.
*Propheta loquens præmiſit cauſam, quæ Mathematicis rationib. etiã facilimè
calculari poteſt ex ſtellarum influxu, aſpectu, coniunctionibus diuerſis (teſte
Albumaſare) præſertim ex maxima coniunctione Saturni & Iouis, in Can-
cro, ſigno aqueo, in imo cæli conſtitutorum, quæ contigit annis Romanis
279. diebus 248. horis 9. ante ipſum diluuium: ex qua & præſenti figu-
ra, & cæli themate, & ſyderum conſtellatione facilè licuit calculi ratione ſi-
ue Arithmetica ſupputatione, & thema cæli principij mundi erigere, cuius
ignorantes, non facile fidem adhibebunt, ideo libuit hîc vtrumque thema
Mathematico & Arithmetico calculo, ſupputata ad maiorem elucidationem
apponere. Sed vnde effluxit redeat oratio, ad Noam patrem illum multarũ
gentium, qui Chaldeos & Aegyptios æquè doctos fecit, nec minus & nos per*

 hanc

Petrus de Aliaco.




hanc quam Theologiam naturalẽ Petrus de Aliaco Epiſcopus Cameracenſis Cardinalis in libro de concordãtia Aſtrologiæ cum Theologia nuncupauit, dum ſyderũ curſus emenſi atq; edocti fuerimus, agnito cœli ſitu, ac ſtellarum diſpoſitione per interrogationes aſcendens ſiue per horam exitus infantis ex vtero mater no, perq; cõiunctiones et aſpectus planetarum atq; Eclipſes luminarium, futura contingentia in hoc ſeculo, non tamen neceſſitate abſoluta, ſed conditionata præuidere poterimus, prout Socrati bene placuit. Socrates. *Cùm enim thema ſuæ natiuitatis Aſtrogo cuidam exanimandũ diſcipuli dediſſent, Aſtrologum nil boni de eo inuenire poſſe aſſerentem, ſed peruerſiſſimum, & in omne malum, furtum, rapinas, luxuriam, latrocinia, propenſiſſimũ affirmantem: alter diſcipulorũ pugione nitebatur transfodere, dicens Aſtrologũ falsò mentitũ eſſe, cũ Socrates omni vitio carẽs eis ſemper fuiſſet lumẽ & ſpeculũ optimæ vitæ, et eruditionis extremæ. Socrates verò vtrique ſatis faciens, dixit Aſtrologũ in ſua arte fuiſſe peritiſſimũ, naturaliter et correctiſſimè de eo omnia diuinaſſe, eũque omnibus antè dictis vitijs fuiſſe ab aſtris inclinatiſſimũ, ſed poteſtate diuina tutus, liberoq; ſuo arbitrio omnia euitaſſe ratione & bona viuendi conſuetudine, quod omnib. idipsũ licet. Aſtra etenim non cogunt, nec neceſſitãt, ſed fortiter inclinant, quorum inclinationibus fortis (vt dictum*



Caietanus Pſalm. 140 *eſt) poteſtate diuina tutus, & libero arbit. reſiſtere poteſt. Eſt namq; cœlũ (quod Theologi quoq; non inficiãtur) vt Thomas de Vio Caietanus ſuper Pſa. 104. Vehiculũ diuinæ virtutis, quo mediante motu & lumine denſitatũ, ac ſtellarũ ipſius tanq̃ ſecundis cauſis, Deus cuncta hæc inferiora & elementaria corpora ordinat atq; diſponit, ex quo vultus ſæculi huius ſubiecti ſunt lationib. ſuperioribus (vt omnis huiuſce mũdi virtus inde gubernetur (vt Philoſophus et Aſtrologus atteſtantur. Vnde cognita cæli diſpoſitione, futura mũdi contigẽ-*

tia,

tia, facilè admodum erit præcognoſcere. Cum namq́; Deus cælum ſicut pellem extenderet, formans vniuerſitatis librū, futura quoq́; accidentia quæ vim naturæ minime excedunt, in eodem mirificè deſcripſit, vnde cæli enarrant gloriam Dei, & opera eius annunciat firmamentum. Et Deus fecit luminaria magna, vt vltra temporum diuiſionem eſſent nobis in ſigna, videlicet futuræ peſtilentiæ, belli, penuriæ, pacis & abundantiæ, ac cæterorum naturalium euentuum, nec eis cauſalitatem attribuit Moſes legiſlator, ne Iudæi ſim- Moſes. *plices à vero Dei cultu deuiarent, quòd expoſitorum aliqui minime tacuerunt, vt Alphonſus Epiſcopus Abulenſis (neque enim hoc de ſignis cæleſtibus* Abulēſis. *intelligi ponit) cum non luminaria, ſed ſtellæ cælo affixæ, ſigna eiuſdem efficiant. Noluit quoque & filius Dei vnigenitus Ieſus Chriſtus tanquam verus homo libri æternitatis eiuſdē litteris deeſſe, vt ea quæ hominis ſunt, velut natiuitas, mortis aculeus, & alia plurima per figurā cæli ſignificarentur, quæ tamen vim naturæ humanæ minime excedunt. Nō ea q̄ ſoli poteſtati diuinæ merè ac liberè ſubſunt, non ꝙ figura cæli cauſa eſſet ꝙ Chriſtus naſceretur, ſicut nec oracula Prophetarū cauſa fuere ꝙ Chriſt. pateretur, ſed potius (vt inqt Alber. in ſpecu*- Albertus. *lo ſignificatio fuerat, & vero verius ipſe erat cauſa, quare modus admirādæ ſuæ natiuitatis per cælū ſignificaretur,*



cuius thema cæli hìc etiam libuit apponere. Hactenus cum præcedētibus duobus nō viſum, cuius aſcendēs fuit octauus gradus virginis, prout teſtatur Albumaſar differentia. I. tracta. 6. in cap. de aſcenſionibus imaginū. Itidē allegat Albumaſar. *Albertus Mag. ex quo dicit Albumaſar, Et aſcendet in prima facie virginis puella, & addit Albertus: Et iam ſcimus quòd aſcendēte eadē parte cæli natus* Albertus. *eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. De huius figuræ iudicio omni reuerentia præmiſſa modeſtè ac temperatè tractandū eſt. Verum ne nos contra dicta Catholicorum, S. Rom. Eccleſiæ obediētiam ac diuinam legē, contraq́; veram ac naturalē Aſtronomiam, in prognoſticādis futuris, contingat in ſeculo oberrare, & vt ignaris maledicēdi ſuſpicio auferatur, tria oportet noſſe futurorū euentuū genera. Primò aliqua ſunt quæ habent cauſā determinatā & infallibilem, vt motus cæli, ortus & occaſus ſignorum, coniunctiones planetarū &* Primò. *luminariū, Eclipſes & ſimilia, in quibus eſt determinatio & infallibilitas ex parte motoris, ac etiam omnis impedimenti remotio ex parte qualibet niſi in quantum ſubiacēt diuinæ voluntati, quæ tamē ſemper ordinatè agit, & de his vera ac certa eſt aſtrologica ſciētia, atq́; experta ipſorum præcognitio, quibus*

A 2 præ-

*præcognitis, & eorum effectus facilè eluceſcunt, vt ſunt generalia mundi hu-
ius accidentia, bella, fames, peſtilentiæ, pax, abundãtia, ſterilitas, regnorum
ſectarumq; mutationes, grandines, aeriſq; maximæ perturbationes, elemen-
torum commotiones, terræmotus & ſimilia, quæ ex cæleſti influxu atq; ele
mentorum cõmotione, quæ vi ſyderũ aguntur quotidiè, vel de æuo in æuũ eue-
nire concernimus, quæ quoniã ab vniformi cæli motu inuariabiliter æquè de-
pendent: ni ſecus à prima cauſa ſecundæ miraculoſè impediantur (vt ſupra di-
ximus) peritiſſimus in his Aſtronomus, nõ longe à veritate aberrabit. Verum
quæ poteſt Deus poteſtate abſoluta, nunquam vel raro fient, quia ſequeretur
quod Deus faciat aliquid & minus ordinatè agat. Quum tamen quæ fiunt à
Deo ordinata ſunt, teſte Apoſtolo. Neq; in his ponendum eſt miraculũ abſq;
neceſſitate, vel niſi in re magna, vt in Morte Chriſti, in Solis defectu ſine
Eclipſi, de qua dixit Dionyſius Areopagita, tota mundi machina reſoluitur,
aut Deus naturæ patitur; quia Eclipſis Solis nõ erat naturalis: præterea tem-
Secundo. pore neceſſitatis Ioſue in Solis contra naturã retrogradatione. Secundo ali-
qua ſunt futura contingentia, quæ cauſam habent indeterminatam & falli-
bilem, ſicut ſunt operationes hominum puræ, meræ, & ſimpliciter volunta-
riæ: atq; ideo non habent determinatam veritatem, neq; determinatam falſi-
tatem (prout dicit Philoſophus. Nam voluntas hominis indeterminata eſt) &
ad vtrumq; vertibilis, videlicet ad oppoſita, atq; ideo fallibilis, quia etiam vo-
lenti aliquid perficere, multa occurrere poſſunt impedimenta: & propterea
cùm ſit ipſa anima hominus nobilior cælo, nec poſſit illud quod corporale eſt
in animam agere, quæ ſpiritualis eſt, ideo non poteſt cælum volũtatem huma
nam immutare, neq; in eam niſi indirectè inclinando agere, & ideo talia non
poſſunt Aſtronomica, vel quacunque alia ſciẽntia humana, ſed quodammodo
Tertio. coniectura præſciri. Tertiò aliqua ſunt quæ habent cauſam determinatam,
ſed aliqualiter fallibilẽ, vt ea quæ partim à voluntate hominis, partim à cæli
influxu dependent: & hoc, quia cùm homo naturam habeat bipartitã, vnam
ſcilicet cæleſtem & ætheream, videlicet animam intellectualem: alteram ve-
rò ex elementorum compagine propagatam, quod eſt corpus caducum & mor
tale: ea propter eandem oportuit duobus agi principijs, cæli ſcilicet influxu
& voluntate, & ſic effectus & operationes eiuſdem variæ & mixtæ inueni-
untur. De his igitur cum magis animæ quàm corpori approprientur, mi-
nuſq; voluntati ſubſunt hominis, vt bona fortunæ, corporis & animæ habitu-
do, ac veluti ſenſus & intellectus, ſanitas vel infirmitas, longus vel breuis vi
tæ terminus, & vt plurimum beothanata mors, quæ vix humana volũtate &
ſapientia regi vel moderari poſſunt, de his Aſtronomus verum & rectũ pro-
fert iudicium, non tamen vt de prioribus, ita penitus infallibile, veruntamen
ſufficienti ac probabili fundatum coniectura. Cùm enim cælum ad hoc vel ad
illud, humanum corpus alteret atq; diſponat, bonam quoq; fortunam vel ma-
lam homini inſpiret, non poterit propria voluntate corpus propriũ de inſano
ſanum facere: (de his dicta ſunt hæc, quæ à natura ſunt, nec poterit ſimiliter
bonam fortunam ſibi in negotijs humanis, ac dignitatibus & honoribus ap-*

pro-

propriare. Et ſic de memoria, intellectu, longa ipſius vita, & de cæteris. Nec inficiendum eſt, hominem tamen penitus humana ſcientia, ſapientia, ac prouidentia poſſe ſtellarum opus adiuuare, vel incuria & malo regimine abbreuiare, ſed hoc rarò & per accidens euenit. Quæ verò humanæ voluntati ſubijciuntur, & ab eadem moderari vel corrigi poſſũt, licet ſunt corpori à cæli influxu naturaliter inſita & propagata, vt concupiſcentia & ira, ex quo aliqui ad deſideria, voluntatem, aliqui ad iram & vindictam, aliqui ad bonos mores, philoſophiam, virtutes & temperantiam, ad fraudes aliqui, bella, rapinas magis proni exiſtunt. De his poteſt naturale iudicium proferri, ad quod cælum naturaliter inclinat atq; diſponit, & ſic naturali humanaq; coniectura fundatum. Quum autem homo ſit animal politicum, ipſumq; Deus intellectuali ſpiritu inſigniuerit, atq; cæleſti radio vultus ſui, & rationis lumine illuſtrauerit, animamq; eidem liberam ac voluntatẽ cum poteſtate arbitrij ſui, ſuper humanas affectiones, ac ſyderum inclinationem donauerit, his mediantibus (præueniente diuino lumine) humani corporis affectiones, & paſſiones in diuinam & ſupernaturalem alteram naturam trãsferre & commutare poterit. Vnde in his Aſtronomorum ac cæterarum humanarum ſcientiarũ iudicium eſt fallax & inane. Quòd de brutalibus hominibus, qui non ductu rationis, quin voluptatis affectu humanam naturam in irrationalem commutant, vt plurimum verax fiet, prout multorum dictis & ſcriptis ſæpe experientia compertum eſt. Ionichus enim quartus Noæ filius, tertio anno poſt diluuium natus, Aſtronomiam inueniens, futura multa præuidit, præſertim de ortu quattuor regnorum eorumq; occaſu, deditq; conſilium Nemroth quomodo regnare poſſet, ſyderum omnium curſus ſciuit & notauit, ſtellarumq; habitudines contemplatus eſt. Item Prometheus vir acutiſſimi ingenij Aſtrologiam primus inuenit, eamque Aſſyrios docuit, vſumq; annuli ferrei inuenit, quem quarto digito quem medium ſiue annularem vocamus, in honorem cordialis venæ ferendum ſuaſit. Demum ciues aureo vti voluit, libertos argenteo, ſeruos ferreo. Item Thales Mileſius, vnus ex ſeptem ſapientibus dictus, de cõuerſione & æquinoctio, primus inter Philoſophos ſcripſit de Aſtrologia, ſolares Eclipſes, ſiue labores & verſiones prædixit, ab Aegyptijs Geometriam edoctus, tempora anni fertur inueniſſe, & annum in 365. diebus diuiſiſſe. Item de Aſtronomia multa ſcripſit, quæ in ducentis carminibus comprehendit, fructuum & olei vbertatem anni futuri nouit. Ridiculum quoddam de ipſo, ſcientiæ inimici aliquando in medium proferre auſi ſunt, artem ideo denigratam arbitrati, dum ſcilicet à vetula quadam nocturno tempore ad aſtra contemplanda, è domo conduceretur, in foueam præter ſolitum à truphatoribus paratam, incidit, eoq; lugente, dixit vetula: Tu quidem ô Thales quæ ante pedes ſunt videre nequis, quomodo quæ in cælis ſunt, poſſes cognoſcere? Item Aracus Aſtrologus cum Eudoxo (teſte Auguſtino) vniuerſum ſe numerum ſtellarum comprehendiſſe & ſcripſiſſe iactauit, quos illa contemnit autoritas quæ dicit ad Abraham: Aſpice ſtellas & numera eas ſi potes, Geneſ. 15. Aſtrologiæ librum ſcripſit elegantiſſimum teſte Cicerone, libro primo de Oratore.

[Margin: Ionich — Nẽroth. — Prometheus. — Thales — Aracus. Eudoxus — Geneſis. Cicero.]

Conſtat inter doctos homines Aracum ſcripſiſſe librũ Aſtrologiæ de cælo & ſtellis. Item Ptholomeus philoſophus Mathematicorum facilè princeps Almageſtum opus inquam diuinum & perſpectiuam edidit, & de indicijs quadripartitum, Centiloquium ac alios multos libros ſcripſit. Item Campanus Maximus Aſtronomus, errores in Ptholomei magna calculatione adinuenit quoad lunæ & ſtellarum motum, ac in nonnullis alijs: hunc tamen præclarum virum excuſauit, cum id ei non peruenit ex ingenij defectu, verùm ob temporis penuriam. Eius opera ſunt Theorica, & Computus manualis, qui quantum ritibus Eccleſiæ Romanæ conueniat, lectoribus cenſendum linquo. Item Guido Bonatus Aſtrologus, in ſideralibus diſciplinis vniuerſo occidenti notiſſimus, & celeberrimus fuit. Item Ioannes de Monteregio germanus, nõ minor Anaximandro Mileſio, aut Syracuſano Archimede, ob Aſtronomiam cæteraſq; Mathematicas diſciplinas, à Mathia Panoniæ rege & Nurmbergenſibus perpetuo donatus ſtipendio, & in Germania, Pannonia, ac Romæ magno in pretio habitus eſt. Qui cum in Vngaria Kalendarium perpulchrum, nonnulláque alia Aſtronomica opera, magnis laboribus, celebritate ſui ingenij compoſuiſſet, Ephemeridesq́ue, inductis nouis Aſtronomiæ tabulis, reprobatiſq; Gerhardi Cremonenſis Theoricis, Romam, ad emendandam Paſthylen Dionyſij Computum, à Sixto quarto pontifice maximo accitus, dum plurima poſteritati parat, non ſine magna ſtudioſorum iactura, morbo perijt. Vſus eſt præceptore Georgio Burbacchio, in Mathematicis excellentiſſimo, cuius Theoricæ adhuc in vſu reſtant, quas hactenus nemo tentauit commẽtari nec corrigere. Sunt & propemodum alij infiniti, qui in vola manus pro numero ſeptem planetarum, totidẽ montes effinxere. Exinde Chyromantia dicta eſt, quòd ex lineis ibidem apparentibus, hominis complexio, affectus, vita, fortuna facilè cognoſci poſſunt per linearum harmonicam correſpondentiam, ſeu per cæleſtia hæc quædam ſtygmata, nobis à Deo, & natura illic impreſſa. Et q̃ Deus autore Iob poſuit in manibus hominum, vt inde noſcat vnuſquiſq; opera ſua. Hac Chyromantia vſus eſt P thagoras, qui adoleſcentum mores, naturas & ingenia, ex oris & vultus, totiuſq; corporis filo ac habitu coniecturabatur, quemq́ue idoneum iudicabat, eum in diſciplinam recipi iubebat. Idem cõſueuiſſe facere Pharaonem Indorum regem narrat Philoſtratus. De hac Chyromantia ſcripſiſſe dicuntur viri grauiſſimi, tum doctiſſimi: Hermes, Alchyndus, Pythagoras, Pharaotes Indus, Zopirus Helenus, Ptholomeus, Ariſtoteles, qui ad Alexandrum ſuum diſcipulum ſcripſit, Capitulo [illegible]. Scias certo Alexander, quod nil vacui & otioſi facit Deus glorioſus, ſed omnia facta ſunt ex cauſa probabili, & certiſſima ratione. Ideoq; nil magni tentes, præter cõſilium alicuius periti in ſcientia Aſtrorum, nec inſipientium dictis fidem adhibeas, qui dicunt ſcientiam Aſtrorum ita difficilem, quod nemo ad ipſius cognitionem peruenire poſſit. Neſciunt quid dicunt, quia apud potentiã intellectus nihil eſt difficile, & cuncta ſunt ſcibilia ſecundum viam rationis. Sunt alij non minus ſtulti, dicentes, Deum cuncta præuidiſſe & præordinaſſe ab æterno, & cuncta futura de neceſſitate euenire: vnde dicũt quod

Ptholomeus. Campanus. Guido Bonatus. Monteregio. Anaximãder. Archimedes. Burbacchius. Chyromãtia. Iob. Pythagoras. Pharao Philoſtratus. Autores Chyromãtiæ.

ni

nil prodeſt futura præcognoſcere, ex quo debeant neceſſario euenire. Quid
ergo valet ſcientia ſtellarum, Aſtrologia, qua futura præcognoſcuntur Er-
rant ſimiliter & turpiter falluntur, quia quamuis quædam ſunt neceſſariò
futura, tamen ſi præſciantur, lenius tolerantur. Verbi gratia, quando homi-
nes futuram aëris hyemalis tempeſtatem, nimis frigidam præcognoſcentes,
remedia tempori prouident: ſimiliter ſi futura ſit ſterilitas rigida, ſi peſtis in
tali loco futura ſit, & ſic de alÿs. Item ſcripſit Alpharabius, Galenus, Auicē-
na, Raſis, Iulianus, Marternus, Loxius, Philemon, Palemon, Conſtantinus
Africanus. Ex Romanis denique principibus Lucius Sylla, Cæſar dictator Romani Chyromā-
eius: Ex poſterioribus tandem Petrus Apponenſis, Albertus Teutonicus, tici.
Michael Scotus, Antiochus, Michael Sanauarola, Antonius Cermiſomus,
Petrus de Archa; Andreas Coruus, Bartholomeus Cocles, Tricaſſus, Ioan-
nes Indagine, plerique alÿ doctiſsimi medici. Intereà ridiculoſa quædam
Plinÿ dicta hîc recitare libuit, qui Ariſtotelē cauillatur, quòd lineis manuū
aliquid tribuerit, dicens Ariſtotelem non modò credidiſſe vitæ aliqua eſſe Plinius.
præſcita in corporibus ipſis, verùm etiam breuis vitæ ſigna prodidiſſe, dicen
tem: Raros dētes, prælongos digitos, plumbeum colorem, pluresque in manu
inciſuras: contrà longæ eſſe vitæ incuruos humeris, & in manu duas inciſu- Phyſiogno mia.
ras habentes, auribus amplis, & plures quàm 32. dentes habentes. Item Po-
lydorus de inuentoribus rerū, vir certiſsimè doctus, ſed in hac opinione ſom- Polydorus
nolentus & ebrius dixit, illis, qui Chyromantiam exercent, egeſtatem ſem-
per imperare. Qui (vt ait Cicero ſub finem primi libri de Diuinatione) ſibi ſe-
mitam nō ſapiunt, alÿs viam monſtrant, & quibus diuitias pollicentur, ab eis
drachmas ipſi petunt. Illius ſententiam ridiculoſam reſpuo. Non nouit Ioan-
nem Indagine, peritiſsimum Chyromanticum Decanum fuiſſe maioris Ec-
cleſiæ Franckofordianæ, nec Lucam Ganricum Chyromanticum & peritiſ-
ſimum Aſtrologum, qui ſibi quotannis pro Matheſeos etiam rariſsimis le-
ctionibus Ferrariæ 1500. ducatis imperabat: & tādem Epiſcopatu Phonenſi
prouiſus. Stultum eſſet multos, & infinitos alios Mathematicos in mediū hîc
afferre, quum inter omnes artes, quas Iuriſtæ alÿque de pane lucrando con-
numerant, hæc longè primatum obtineat, quæ omnes reliquas ſcientias &
artes citra ſui cognitionem imperfectas linquit, præſertim Medicinam. Nā
totius corporis temperies (vti ex Galeno medici conſtanter affirmant) ex tra Galeno.
ctu ſolius volæ manus percipi poteſt, cur non ergo ex eiuſdem manus con-
ſtitutione, quoniam corpus temperaturam, mores quoq; ſequuntur (ingeniū,
temperiem, morbos, ſanitatemq; indicabimus? Nam neque fruſtra à Pytha-
goricis probata fuit Chyromantia, neque nouum eſt, eos ex lineamentis cor-
porum mores conieciſſe. Et ſi medici (prout dictum eſt) ex manus tractu tē-
periem corporis denunciare audent, longè certius Chyromanticus ex certis
inciſuris & lineis manuum (quas non fruſtrà â natura creatas ſcimus) mor-
bos, mores, fortunas, vitæque terminos prædicire & præſcere poteſt. Quum
humana manus (teſte Ariſtotele) facta ſit, tanquam inſtrumentum inſtrumē
torum in humano corpore, & organum organorum. Ac rurſum, ſi germanæ
ſunt ſcientiæ & diſciplinæ, Chyromantia, Phyſiognomantia, Pedomantia, &

Aſtrolo-

*Aſtrologia, vt omnib. liquet: fatebimur haſce in maximo pretio ſemper fuiſſe
habitas, nec à Religione & Romanæ ſedis obedientia aliquo modo alienas
eſſe. Nam omnes Philoſophi expertiſsimi, ſanctiq; viri imo & ipſe Chriſtus*
Chriſtus. *Phyſiognomiæ non parum attribuit. Nam Saluator noſter Chriſtus ex ocu-
lis totum hominem dijudicat. Et iam vulgus ex fronte pudoris impudentiæ-
que certa ſigna conijcere audet. Et in ſumma ipſe Socrates à Phyſiognomia*
Socratres. *notatus impudentiæ aut impudicitiæ, ac perditæ libidinis, cùm alioqui eſſet
continentiſsimus, integerrimæque vitæ, liberè tamen faſſus eſt, natura qui-
dem plus æquo in Venerē eſſe propenſum, verum ſtudio atq; ratione ductus,*
Trogus. *illos effrenes motus mitigaſſe. Trogus quoque ſeueriſsimus autor (teſte Pli-
nio) ex facie totum hominem deſcribere non erubuit. Nam frons, inquit, v-*
Phyſiognomia. *bi magna eſt, ſegnem animum ſubeſſe ſignificat: quibus parua, mobilem: qui-
bus rotunda, iracundum: quibus ſupercilia porriguntur in rectum, molles no-
tat: quibus iuxta naſum flexa ſunt, auſteros: quibus iuxta tempora inflexa,
deriſores: quibus in totum demiſſa, maleuolos & inuidos. Oculi quibuſcunq;
ſunt longi, maleficos eſſe iudicant. Qui carnoſos è naribus angulos habent,
malitiæ nota infeſtantur. Candidi pars extenta impudicitiæ notam habet.
Qui identidem aperire & claudere ſolent, inconſtantiæ nota vexātur. Au-
rium magnitudo loquacitatem & ſtultitiam denotat, hæc Trogus. Adamā*
Adamantus. *tus hoc Trogo non inferior, Sophiſta, Medicus non vulgaris, Phyſiognomi-
ca deſcripſit, medicinæ & Medicis non minus vtilia atque neceſſaria, quàm
circa iudicia prædictionesque verſantur. Ariſtoteles etiam non modò Phyſi-*
Ariſtoteles *ognomiæ, ſed & Chyromanticæ (vt antea dictum eſt) meminit, atq; eis mul-
tum tribuit. Infinitique alij, non minoris autoritatis viri, harum artium me-
minerunt. Nec mirū igitur, ſi multi moderni viri etiam doctiſsimi huius ar-
tis Chyromantiæ, Phyſiognomiæ, Pedomantiæ, & Aſtrologiæ, multa verita
ti non aliena, ſcripſerunt. Quorum exempla ſequutus, magnam orbis partem
oberrans, omnium probatiſsimorum hinc inde opiniones colligens, idem in o-
cto hos libros redigere volui, poſteritati me accommodans. Et ne noſtra in-
uidus opera clam denigrare poſsit, exempla & multa experientia in ſexto li-
bro veritati conformia adieci, ex quibus, aperto ingenio propenſior, & obli-
gatior infinitæ clemētiæ ſuæq; diuinæ eſsētiæ fui immortales gratias referre,
quæ mihi & poſteritati tantam ſcientiam elargire ſua clementia dignata eſt,
vt quæ cauēda sūt (reſeruatis reſeruādis) vt prius facilius quiuis euitare poſsit
& mediantibus futuris bonis ad æternam beatitudinem aſpirare.*

QVOD ASTROLOGIA SIT NON RARO CHYROmanticis neceſſaria, & de laude ipſius, & Matheſis ipſiusque quatuor quantitatum.

CAPVT II.

POTIOREM ætatis meæ partem LIII. annos nunc natus, in diuerſis ſtudiorum generibus verſatus, totam fere Europam, magnam Africæ, Aſiæ, Ameriæq; partem perluſtraui, expertiſsimorū viro-

virorum vbique varias in diuerſis facultatibus opiniones colligens, collectas (vt par erat) in publicis Scholis & Academijs auditoribus communicaui, præſertim Romæ, Ferrariæ, Venetijs, Paduæ, Florentiæ, Panhormi, publicè legendi prouinciam ſuſcipiens, doctißimorum Mathematicorum, aliarumque facultatum, virorum opinionibus collectis, Thymocratis, Euclidis, Archimedis, Hipparci, Milei, Ptholomei, Omar, Haly Albenragel, Haly Albencorath, Alchabity, Albumaſaris, Victruuij, Guidonis Bonati, Copernici, Meſſahalach, Petri de Aliaco, Alphonſi regis, Iacobi Stabulenſis, Ioannis Farnelij, Ioannis Sacrobuſto, Iulij Firmici, Gardiani, Appiani, Hermetis, Almaſoris, Marci Manilij, Horontij, Anthonij Myſaldi, Gemmæ Friſij, Burbachij, Glariani, Munſteri, Hygmij, Sconeri, Luce, Gaurici, Habrahami, Arabumque, Syriorum, Caldeorum, Aegyptiorumque: omnibus itaque benê conſideratis facultatibus, Matheſim in primo gradu certitudinis cum ſuis quantitatibus, meritò inter cæteras facultates, & artes, longè perferre non distuli: citra quam imperfectæ omnes & reliquæ ſorores ſcientiæ relinquuntur. Illa enim certis & ocularibus demonſtrationib. ſeſe commendat. Est etenim Mathematica ars quæ per certas demonſtrationes quantitatis, cōtinuê, vel diſcretè ſui effectū denūciat. A Metaphyſica (teſte Philiſopho) nō diſcrepans, quandoquidè vtraq;, ſed diuerſimodè de quantitate conſiderat. Metaphyſicus enim cōſiderat de omnibus quantitatibus, ꝓut ſunt entia. Mathematicus vero conſiderat de quantitate, & ſubiecto, de quibus principaliter agitur. Mathematicæ quattuor ſunt quantitates: Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia. Cuius ſpecies Phyſiognomia, Padomātia, Aſtrologia, & Chyromantia, de quibus hîc tractare libuit. Aſtronomiam à natura inductam ratio probat, vtilitas & experientia ſtudioſis in inueſtigandis rebus cæleſtibus, ad naturalium effectuū vtilitatē pernoſcendam, curioſitatē quandam generat. Illa enim de ſyderum magnitudinibus, motibus, & distantijs tractat, humanos ex his tenebris & großiori aëre in ſuperiorē lucidißimamq; manſionem tantis luminaribus diſtinctam, euocat. Quid enim iucundius eße poteſt, quàm fixas ſtellarū imagines ab erraticis, ſiue erroneis diſcernere, nominibusq; deſignare, earumq; coniunctiones, aſpectus varios, Solis labores. Lunæq; defectus præuidere, ex quorum præſcientia, infortunatas inclinationes euitare licet. Nec eſt dubitandum, ex motu cæleſtiū corporum, plurimos futurarū rerum euentus ꝓuenire, eis præſertim, qui ex libero arbitrio nō dependent, neq; procedunt. Nec vllo modo culpandi ſunt, qui naturales effectus planetarum, ac ſtellarū nouerunt. Legimus enim luminaria cæli ad hoc eſſe ꝓducta, vt ſint in ſigna, dies, tēpora, & annos: Nemo prætereâ ignorat, hæc inferiora corpora ex ſuperiorū influentijs gubernari, quod Aſtrologica ratione probari poteſt. Aſtrologia enim, ſecundum terminū, eſt aſtrorum ratio, verum, ſecundū ſubiectū (teſte Amonio) eſt circa aſtrorū poſituras & ſitus, verſatio, et eſt eorū, quæ in cælis fiunt, in rebus humanis effectuū diuinatrix: Aſtronomia verò, ſermocinationē cōtēplatur, ab Yonicho filio Noæ inuenta, cuius experientia præuidit & prædixit ortum & ruinam quattuor regno-

Autores doctiſsimi.

Mathematicæ diffinitio.

Quantitates Mathematicæ.

Aſtrologię diffinitio.

Aſtronomię diffinitio.

Yonichus Noæ.

regnorum, conſiliumq́ue fertur dediſſe Nemroth, quomodo regnare poſſet, cuius doctrinam & inuentionẽ ſecuti ſunt Aſſirij, qui pro natura ſitus ſuæ Regionis cælum nudum, & vndiq; apertum vbi cõtemplarentur, ſyderũ motus (teſte Cicerone) obſeruauerunt. Inde Caldei ſtudioſiſſimi ſciẽtiam effecêre ab Aegyptijs tandẽ comprobatã, quorum exẽpla ſecuti & nos, in cælo fixas ſtellarum imagines ab erraticis, nominibus & gradibus diſtinguimus, ex quarũ influxu naturæ humanæ cõplexiones, in hominibus diuerſimodè agentes, noſcuntur, & cognitu ſunt omnino neceſſariæ. Nam ſingula omnibus diebus & horis nõ conueniũt. Erraret enim ſæpe Medicus, ſi phleubotomiã quouis tẽpore, diebus, et horis, niſi extrema cogẽte neceſſitate, admitteret. Si in cõdendis receptaculis, & potionibus parãdis, Criſes Aſtrologorum calculis ſupputatas, nõ obſeruaret. Nam (vt ipſe Auicenna teſtatur) vnicuiq; quidẽ corpori, immò omni membro, immò vni corpori & vni mẽbro in vna hora & nõ in alia ineſt proprietas, ab vna medicina pari & non ab altera. Propterea etiã ſagaciter Hyppocrates 4. Aphoriſmorũ. Non omnibus diebus Pharmaca admiſit, dicens: Sub cane, & ante canẽ, & poſt canem, pharmatiæ ſunt moleſtæ. Idẽ rurſus 2. Prognoſticorũ. Eſt aũt cæleſte ſydus, in quo oportet ipſum Medicũ præuidere. Idem rurſus ſuper Aſpectibus planetarum ſcripſit in Epidimia ſua. Cuiuſmodi eſt Medicus Aſtrologiæ ignarus, nemo ſe illius manibus committat, quia nõ eſt perfectus Medicus. Nec minus Galenus de creticis diebus ſcripſit dicens: quòd regimẽ huius mundi & viuentium eſt à ſtellis & maximè à Sole & Luna. Qua de re ipſe Galenus, & Hyppocrates Aſtrologiã medicinæ collegam coluere, citra quam imperfectam medicinã ſeq; imperfectos medicos fatebantur. Dixit præterea Galenus, ſe experientia comperiſſe multorũ opinionem ſecutus, cùm quis in ægritudinem ceciderit, fueritq́ue Luna in ſigno, in quo beneuola ſtella tempore natiuitatis ſuæ fuerit reperta, is ab ægritudine tali procul dubio euadet, ſi autem in loco maleuolæ ſtellæ, non euadet. Item Galenus 8. de Ingenio ſanitatis 20. capite aſſerit, Medicos Aſtrologiam ignorantes, ſpiculatoribus & homidicis peiores eſſe, non cognoſcentes neceſſaria ad medicinam requiſita. Et ſi propemodum infinitis experimẽtis compertum ſit Aſtrologiam certiſſimam eſſe ſciẽtiam, ab eruditiſſimis cuiuſcunq; facultatis approbatam, non ceſſat tamen ignara plebs eam aſpernari, vt Aſtrologiæ nomine audito, obſtructis auribus, lumine verſo, Aſtrologorũ perſonas nominis contagio deteſtentur. Non arbitrati, à Deo homini aliquid ſingularitatis præ beſtijs conceſſum, qui brutis animalibus dedit inclinato capite, paſcua depopulari, reptilibus terrã ſparſim rimare, piſcibus æquora ſulcare, auibus aëra ſecare: homini verò omnium animaliũ prætioſiſſimo ad effigiẽ ſui redemptoris creato, reliquorũ omniũ animalium dominatori, erecta ceruice, aſtra ſyderũq; motus animaduertere, de quo Syluius Italicus compendioſè tractauit, dicens:

Medicus. Auicenna. Hyppocrates. Galenus.

Nonne vides hominem, vt celſos ad ſydera vultus
Extulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora;
Cùm pecudes volucrumq; genus formasq; ferarum
Segne atq; obſcænum paſſim ſtrauiſſet in aluum.

Idem

Idem tractauit celeberrimus Poëta Conradus Celtis in 4.lib.amorū.Elegia 4. In qua notauit laudē ſenectutis, et veterū philoſophorum meditationes. Conradus.

Qui voluit recta nos omnes eſſe figura,
Sed reliquis pronam finxit humi faciem.

Præter animi & corporis dotes, homo hoc à Deo accepit, vt ſua prouidentia, & Matheſeos diſciplinæ exercitio, herbarum multiplex genus, & virtutem à natura adminiſtratam, experientia, ac diuturno vſu inuenerit. In petris & gemmis colorum & effectuum diſtinctam varietatem exquiſiuerit. In minerarijs fodinis pretioſiſſimū æs ab altero probatū, examinauerit, hominis interiora vulnera, ſæpe reiterata Anatomia, rationem ſanandi, perceperit. Tandem Aſtrologiam ex multorum natiuitatum thematibus experiētia ſibi ſcientiam comparauit. Mirum profecto, quòd hæc inſana plebs Aſtrologiam cum ſuis ſororibus deteſtetur, tanquā prophanam ac repudiandam proclamans. Si benè legiſſent Legiſlatores Aſtrologo in ſua Aſtrologia credendum aſſerentes. l. Item ad Labeonem. ff. de iniurijs: præterea & libellum Petri de Aliaco, Cardinalis Epiſcopi Cameracenſis de concordantia Aſtrologiæ cum Theologia, Aſtrologiam non vilipenderent. Sed hîc verborum multiloquio non opus eſt, ipſa ars ſeipſam experientia commendat, vti liquebit de Chyromātia in libro ſexto, de Phyſiognomia in ſept. de Aſtrologia in octauo. Legiſlatores. Chyromātia.

QVID SIT CHYROMANTIA, ET vnde dicatur, & qui ſint Autores, CAPVT III.

CHYROMANTIA, eſt ſcientia, quæ docet modum iudicandi per inſpectionem ſignorum & lineamentorum manus, & dicitur à chyr Græco termino, id eſt, manus & mantia, ſciētia ſeu diuinatio. Et hæc ſcientia docet cognoſcere in manu humana complexiones, pœnas, dolores, nec non labores, fœlicitatem & infortunium: & tandem omnia quæ naturaliter homini poſſunt accidere & euenire. Eius ſubiectum eſt pars corporis humani, manus inquam, in qua prædicta lineamenta continentur: huiuſmodi autem ſigna dicuntur, lineæ, propter participationem, quam habēt cum linea. Et eſt linea (teſte Euclide) longitudo ſine latitudine, & profunditate, cuius extremitates, indiuiſibilia ſunt puncta per ſe, et ex his lineis eximia ſpeculatio elicitur, earū inquam longitudine, latitudine, profunditate, rectitudine, obliquitate, interciſione, applicatione, oppoſitione, coniunctione, ſeparatione, cōtinuitate, diſcontinuitate, proportione, luciditate, apparētia, palliditate, rubedine, fuſcedine, nigredine, aſperitate, mollitia, ſitu, colligatione & forma trianguli, quadranguli, circumſcriptione circuli & ſemicirculi. Sunt & in ipſa manu cruces, ſtellæ, radij, rami, litteræ a, b, c, d, e, f, g, aſcēſiones & deſcēſiones rectæ & tortuoſæ, vt ſuo loco meliùs & clariùs oſtendemus. Ex lineis quæ in manu quauis reperiuntur, quattuor ſunt principales cum ſuis ſororibus, vitalis ſcilicet, naturalis, epatis, et menſalis. In benè ſanis et diſpoſitis hominib. de quibus diligentiſſima habenda eſt ratio, nam in eis pulcherrima & Lineæ principales. Vitalis. Naturalis. Epatis. Menſal.

vtiliſſima exiſtit ſpeculatio. Quia per earum quamlibet membrorum diſpoſitiones cognoſcuntur, & complexiones, per vitalem cor & vita (qualis ſit) hominis, per naturalem caput, cerebrum, & eius accidentia, per lineam epatis, epar, & ſimilia, per menſalem, totius corporis diſpoſitiones & infirmitates perſpiciuntur. Aliæ lineæ naturales dictæ in manu viſæ repertæ (vt inquit Morbeth Cardinalis) à natura, aut ab influxibus cæleſtibus alterantibus inſeruntur, quæ ſecundum mutationem configurationum planetarum corrumpuntur, & mutantur in reuolutionibus annuatim, prout experiētia ſæpè compertum eſt. De quibus & colligatione planetarum, atque de hac celeberrima ſcientia Hermes librum elegantiſſimum ſcripſit, quem Ariſtoteles inuenit in vno templo ſuper aram Hermeti dedicatam, literis aureis ſcriptum, vt idē teſtatur Ariſtoteles, quem ad Alexandrum ſuum diſcipulum miſit ſummo gaudio & exultatione. Qui liber à Ioanne *Hiſpano tranſlatus eſt ex lingua Arabica, & Hiſpaniæ Reginæ dedicatus eſt. Albertus Magnus etiam librum de hac ſcientia edidit. Nec non Ptholomeus philoſophus, & Auicenna. Moderni quoque de Chyromantia multa tradiderunt, non equidem aſpernanda. Et ſimiliter Auerrois dicitur de hac arte compoſuiſſe. Aliqui etiam teſtantur Platonem huic ſcientiæ ſe implicuiſſe. Scripſit & Petrus Apponenſis, cuius Chyromantia perfectiſſima adhuc exſtat. Hanc artem Ariſtoteles 2. de Anima tetigit, dicens. Molles carne, aptos mente dicimus: duros verò, ineptos. Idem Auerrois commentator tangit, inquiens: Homo boni tactus, ſemper eſt diſcretus. Idem teſtatur Galenus libro primo de Complexionibus, dicens: Et palma quidem mollis perſcrutatione ſenſus, melior & aptior eſt: dura verò eſt apta retentiori. Auerrois etiam ſuper libr. Canticorum Auicennæ, in Commēto octauo inquit: Cuius manus eſt ſubtilis, ſenſus ſignificat bonitatē & intellectus. Et Auicenna libro 7. Cap. 13. de Anatomia Epatis, dicit digitos longiores ſignificare epatis longa additamenta. Idem ſentit Galenus in libris Tegni, & Albertus in ſuo libro de Animalibus, inquit Philoſophus 10. parte Problematum, problemate 49. quicunque ſectionem, quæ eſt in manu, habet, longæuus erit. Et idem 24. problematum, problemate 10. Hoc idem inſinuat in primo de hiſtoria animalium Capite 50. cùm inquit: Pars interior manus vola dicitur, ſi carnoſa eſt, & inciſuris, vitæ indicibus diſtincta, longæ vitæ ſignum affert. Itē teſtatur Albertus Magnus in primo de animalibus, tract. [illegible] Cap. penul. vbi apertiſſimè inquit: Pars interior manus propter plicaturas oſſium raſcette, & digitorum, & pectinis participat quaſdam lineationes manifeſtas, præter quattuor montes iuncturarum, quæ ſunt in parte illa, vbi eſt reſtricta, et palma, et ea quæ eſt per oſſium extrema, ſiue ſecundum latitudinem ipſarū, & tùm illæ duæ lineæ vel tres, totā ſcindunt palmam, dicunt Phyſiognomi ſignificare vitæ longitudinē: & hoc eſt, quando vna illarum linearum tendit per longitudinem vitalis, circundans curuaturam pollicis, & volam interiorem: Secunda tendat per latitudinem volæ, & ſit modicum erecta in domeſtico manus, & dicitur naturalis. Tertia oriens ab inferiori eiuſdē latitudinis, erecta à curuatura auricularis, verſus manus domeſticū tendat. Cùm*

Hermes. Ariſtoteles. Ioannes Hiſpanus Albertus Magnus Ptholomeus. Auicenna. Auerrois. Plato. Ariſtoteles. Auerrois. Galenus. Auicēna. Galenus. Albertus.

enim

enim iſtæ à virtute ſeminatiua optimè perficiantur, & in extremis longè à corde diſtantibus, ſignum eſt quod in propinquis exiſtentes ſic poſitæ multum poßint ſuper corpus influẽdo vitam. Hæc autem naturalis poſitio cauſat vitam, & vitæ longitudinem in cõtinuatione longa. Vbi autẽ tumuerint duæ breues lineæ, ſignificant multitudinem materiæ ex humore inordinato interminatè vincere ſuper virtutem informatiuam, & ſic breuiabit vitam. Guilihelmus etiam Nurice in ſuis commentarijs ait: Signa longæ vitæ ſunt, ſecaturæ in palmam tranſeuntes, ſi ſint bonæ ſignificant dearticulationem & diſcretionem membrorum, quæ longam vitam deſignãt. Hoc enim ſine dubio ſignificant ſuper fortitudinem virtutis formatiuæ, quæ ad longam vitam diſponit. Nam diſponit corpus ad melius ſecundum formam, figuram & complexionem. Idem ſcripſit Conciliator in libro de Phyſiognomia, Capite Magnæ manus. Inquit etiam Philoſophus, quorum manus palmæ fuerint interſecatæ, ſectione notabili longæuos exiſtere. Inquit Iob capite 37. Et ſigna poſuit in manibus eorum, vt omnem effectum deſignarent. Idem: Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia, qui præcipit niui, vt deſcendat in terram, & hyemis pluuijs, & hymbri fortitudinis ſuæ, qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua, ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur: ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus, flante Deo concreſcet gelu, & rurſum latiſsimè funduntur aquæ. Item Ieronymus de Manfredis Bononienſis, de hac arte ſatis digna ſcripſit, Alpharabius, & Blaſius Parmenſis aliqua problemata ſuper 4. 5. & 6. Phyſicorum deprompſerunt. Helenus Priami & Iulianus (teſte Alberto Magno) in libro ſuo de Chyromanti. Petrus Apponenſis dictus conciliator elegantiſsima Chyromantiæ opuſcula edidit, qui floruit Anno DOMINI D. CCC. XIX. amiciſsimus ſummi pontificis. Iam ex ſimilibus igitur licet colligere Chyromantiam prædeceßoribus noſtris, viris inquam doctiſsimis, gratam & acceptam fuiſſe, quamuis vox Iob figuratiuè promulgata ſit, non niſi tamen ſecundum quod reuera ſic inueniatur, ſicuti & de arcturo, hyeme, hymbribus, & gelu: hæc etenim omnia dicta ſunt figuratiuè, ſecundum tamen eorum propriam naturam priùs ſignificata. Et capite 38. dicit: Nunquid cõtingere valebis micantes ſtellas pleyadas? aut gyrum arcturi poteris dißipare? Nunquid capies Leenæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eò quòd non habeant cibos, hæc inquam figuratiuè locutus eſt, ſed tamen omnia ſecundum proprietatem, ac ſuæ naturæ conueniẽtem veritatem, ſi in omnibus alijs locutus eſt ſecundum veritatẽ ſuæ naturæ, licet figuraliter ſermonem habuerit, igitur & de manibus ac earum ſignis, operationum quoque cognitionem ſecundum rei veritatem expreßit. Quapropter Ariſtotelis aliorumque Philoſophorum autoritatibus ac ſcientijs diligenti trutinatione diſcußis mirum fuit, quibus principijs, quoue adminiculo hæc ars & ſcientia fouebatur.

Guiliel. Nurice.

Conciliator.

Iob.

Ieronymus de Manfredis.

Alpharabius.

Blaſius Parmenſis.

Helenus & Iulianus.

Ariſtoteles.

DE MODO COGNOSCENDI PRINcipia Chyromantiæ Caput IIII.

OMNIVM Philoſophorum ac Theologorum communis eſt ſententia, quattuor eſſe elementa, ex quorum compoſitione inferiorum quoque corpora aggregentur, eorumq́; commixtione diuerſæ fiunt generatorum ſpecies. Sicuti autem quattuor ſunt elemēta, quantuor quoq; ſūt qualitates in ipſis corporibus exiſtentes, & ſicuti quattuor elementa, vnum quoq; per ſe ipſum nomen ſortitur, ſcilicet ignis, aêr, aqua, terra: ita & ipſæ qualitates vnaquæq; per ſeipſam proprium nomē ſortitur, ſcilicet caliditas, frigiditas, humiditas & ſiccitas. Et non ſecùs atq; ex ipſis elementaribus corporibus omnia alia corpora ſubſiſtere dicimus: ita & omnes qualitates illis in eiſdem corporibus inexiſtere fatemur. Magis autem & minus, prout &c. magis aut minus ex ipſis elementis participare dicuntur. Nec vnaquæq; qualitas ſiue vnumquodq; elementum per ſe ſigillatim exiſtit, ſed ipſa tantum virtute exiſtente in ſimul commiſcentur, vnumq́ue ſine alijs vllo pacto in aliquo corpore perſiſtere nō poteſt, ſed ſemper aut duo, aut tria, ſiue etiam quattuor cooperātur. Et ſi alterum eorum ſemper dominetur, etiam omni æquiparantia ſiue temperantia, aut æqualitate poſita, ſcilicet frigiditas aut caliditas etiam. Vnicuiq; namq; proprium eſt ipſam caliditatem prædominari, qua deficiente, eius contraria pars augetur. Ex his autem neceſſe eſt & ad aliud prouenire, vt ſcilicet harum omnium qualitatum elementorumq́ue habita notitia, ad eorum quoq; operationem perueniatur. Quoniā autē hæc ad ſe inuicem conſequuntur, ſcilicet ignis & caliditas, aêr & frigiditas, aqua & humiditas, terra & ſiccitas, ideo quum cōmuniores probabilioresq́; ſint qualitates ipſis elemētis, ipſis etiā qualitatibus cōmuniter vtendum eſt. Et quamuis multi affirmēt frigiditatem ex aqua prouenire, potior tamē pars ab aêre frigiditatē ꝓuenire firmiter aſſerunt: ab aqua autē tanquam ab ea, per quā ad nos frigiditas primò deriuatur, licet duo tantum ſint q̄ per ſe ſimiliter ſtare poſſunt, ſcilicet caliditas & humiditas, frigiditas & ſiccitas. Non tamen quotieſcunq́; harum duæ ſimul exiſtunt, et aliæ denegātur, ſed omnes ſimul et virtualiter inexiſtere dicuntur, omnesq́; ſimul cooperari ſcilicet aliquā earum principaliter agendo, alia autē ſubſeruiendo, prout ſcilicet ad inuicem magis & minus virtualiter ſunt cōmixtæ. licet aūt hoc accidere poſſit, vt etiam dictum eſt, quòd earū aliqua prædominetur: non tamē hoc ideo prouenit, veluti inordinatè naturaliter perſiſtant, ſed prout ex eorum ſubiectorum complexione prouenire contingat. Naturaliter namq́; ipſam caliditatem prædominari decet humiditate admixta. Raròaūt ſiccitatē aut frigiditatē ipſo dominio gaudere contingit. Ex his igitur quattuor qualitatibus poſitis quælibet doctrina aut ſcientia naturarū omniū, hominū ſcilicet animaliumq́; ac plantarū herbarumq́; cognoſcitur, et ipſorum propriorum principiorū originē, cauſamq́; ꝓtraxit, prout ſcilicet ex eorū intimis operationibus conſpiciebatur accidere: hinc Medicina, hinc Phyſiognomia, hinc Chyromantia, hinc Pedomātia exortæ ſunt. Et licet ab eiſdē radicibus vna omnium ſit communis origo, diuerſus tamen conſidera-

tionis modus, & diuerſarum ſcientiarum diuerſitatem propagauit, vnde & Philoſophus 2. de Anima: Secantur, inquit, ſcientiæ, quemadmodum & res ipſæ, circa quas noſtra ipſa conſideratione verſamur. Quapropter cùm Deus & natura nihil agant fruſtrà, velimusq; ipſius Chyromantiæ veridica principia cognoſcere, neceſſe eſt, harum quatuor qualitatum miniſterio fultos, huius operis ceptum principium proſequi. Igitur (teſte Philoſopho primo de cælo & mundo) Deus & natura nil agunt fruſtra, hæcq; propoſitio vniuerſalis non ſolùm à Philoſophis, verùm & à Theologis approbatur. Si ſic ſequitur, ergo neq; fruſtra & inutile eſt ipſas lineas in manibus hominum conſtitui, nec impedit vulgaris obtrectatio, & plebis opinio, dicentis lineas manuum cauſari ex ipſarum conſtrictione, & plicatione, quod falſũ eſt, & luce clarius quilibet in ꝓprijs manibus percipere poteſt. Nam vna manus plicatio, ſtellas, triangulos, cruces, et eiuſmodi quouis modo cõſtituere poteſt. Nec inter 10000. homines nunquam duo inuenti ſunt, eaſdẽ habere lineas, nec linearum plicaturas, cùm tamen omnes vno eodemq; modo manus conſtringant. Confirmatur aũt, quia ſicuti nullã rationem cõtrariã adducere poſſunt, quare ſcilicet frons hominis lineata ſit, cùm tamen nulla ſit membrorum conſtrictio: ita & pari modo ratio iſta non valet, ſcilicet quod propter conſtrictionem manuum, lineaturæ tales appareant: & inter digitorum iuncturas in condilis, multi multas erectas lineas habent, alij paucas: ibi tamen nulla ſit flexura, nec digitorũ plicatio. Inter iuncturas aliquãdo etiam tranſuerſales lineæ reperiuntur omninò et circulares. ſi vulgus hæc cõſideret, nullo modo hæc euenire poſſe ex aliqua plicatura, ſubitò ſilebunt. Amplius confirmatur, quia ſi Aſtrologus cuiuſq; natiuitatem conſideret, inueniatq; illius hominis futuram bonam fortunam, & ipſe Chyromanticus lineas fortunatas & bene diſpoſitas inueniet, quod in experimentis mihi ſummoperè ſemper placuit, vbi alicuius hominis natiuitatis thema examinarẽ, etiam habere coniunctam ipſius hominis Chyromãtiam. nam millies expertus loquor, quod illud thema ſignificabat, huius conſideratio cõfirmabat. Si aũt Aſtrologus inueniat maximo infortunio natũ ſubijci, & Chyromanticus lineas infortunatas ſuo loco reperiet. Iterũ ſi Aſtrologus aliquos vel aliquem planetarum fauorabiliorẽ altero inueniat, Chyromãticus locum ſuum lineis pulcherrimis adornatũ videbit, et cõtrà. Si Aſtrologus aliquẽ planetam alicui inimicũ, aut infortunatũ inueniat, Chyromanticus quoq; locũ eiuſdem planetæ eidẽ attributũ inueniet, infortunatis interſecatisq; lineis obumbratum. Sed multis nõ opus eſt, ab omnibus ſapientibus collectum eſt huiuſmodi lineas nõ fruſtrà, ſed diuino quodam miniſterio protractas. Sed cur hæ quatuor lineæ principales, linea inquam vitalis, quæ vitæ noſtræ accidentia, infirmitates, ac conualeſcentiam, terminumq; oſtendunt, nomenclaturam ſuſperint, cur naturalis epatis, ac menſalis denominentur, & quod tali loco, & modo ſignato, talem effectum oſtendunt, talisque locus alteri planetarum magis approprietur, quia ſic Ariſtoteli, Alberto Conciliatori, cæterisque Philoſophis prædeceſſoribus noſtris ratione certa motis placuit, vt ſuo loco clarius patebit.

Theologi.

Notandũ.

DE PARTICVLARI COGNItione principiorum Chyromanticæ

CAPVT V.

ABI nunc peruentum eſt in notitiam principiorum Chyromantiæ per prædictas quattuos qualitates, atq; (vt Philoſophorum communis eſt ſententia) non poſſe ipſarum operationem cognoſcere, niſi ex earum notitia, Ideo de principaliori ac nobiliori qualitate ſcilicet caliditate primò agendum eſt. Ipſa enim eſt quæ à Philoſopho dicitur eſſe actiua ac formatiua virtus. In vnoquoq; corpore naturali, generabili, & corruptibili, & in rationabilib. ac irrationabilibus, ac vegetabilibus omnibus; in propria autem operatione magis aut minus egreditur, prout ab aliqua aliarum qualitatum corroboratur, ſcilicet ab ipſa humiditate, aut ſiccitate. Caliditas namque ſimul cum humiditate proportionaliter poſita peroptimè atq; proportionatè corpora ipſa protendunt ac dilatant. Si autem caliditas ipſa multum ſuperexcedat humiditatem, ita, vt quod tranſeat ad ſiccitatē, talisq; natura magis dicatur calida & ſicca, tunc ipſa caliditas multum quidem protēdit corpora, ſed parum dilatat. Vnde Philoſophus de generatione animalium: Fœtus, inquit, creſcit in longitudine nimia ex ſuperhabundantia caloris dominātis in embrione, quia multum extendit materiam, nec ſolum in animalibus rationabilibus & irrationabilibus, verum etiam in ipſis vegetabilibus. In ipſis nanq; herbis, ſcilicet caulibus, raffanis, & ignulis, veridico exēplo approbatur. Caules enim calidæ ſunt & humidæ, & in ipſis folijs latitudinem, longitudinē ea ipſa caliditate & humiditate oſtendunt. Ignula autem & folia quidem lata oſtendit, ſed cū ſit magis calida, ideo et longiores ipſis caulibus affert. Raffanus autē, qui omnium horū eſt calidiſſimos, longiora ſtrictioraq; folia habet, hoc quoq; & in arboribus manifeſtū eſt, præſertim in his patet, quæ ſunt eiuſdem generis. Malorū namque ſiue pomorum plures ſunt ſpecies, & illorū quidem quæ calidioris ſunt naturæ, ſtricta longioraq; folia habent: humidioris autem latiora breuiaq; ſuſtinent. Pleraq; ſunt alia vegetabilia, quæ maximê ſunt ſiccæ ac calidæ qualitatis, & in folijs ſuis ſunt ſubtilia longáque, vt apud huiuſmodi pertractantes clariſſimê patet. Frigiditas autem ipſi caliditati oppoſita, licet nunquā poſſit eſſe principalis in operatione ac gubernatione, attamen magnum impedimentum præbet caliditati, ita, vt per ſe dicatur in naturalibus corporum complexionibus dominari. Et ſicut caliditas cum humiditate proportionata dicitur ipſa corpora debita longitudine ac latitudine protendere: ita & ipſa frigiditas humiditate admixta, corpora quidem lata producit, ſed breuia. Si autem cum ſiccitate inueniatur admixta, longa quidem, ſed gracilia corpora ſunt. Ratio autē huius eſt (teſte Philoſopho libro de animalibus dicente) quia dominatione frigiditatis, in ſimul cum humiditate admixta, naturale calidū impeditur, vnde & corpora pinguia quidem ſunt, ſed non longa: ſi autem ſiccitas ac frigiditas ſimul inueniantur admixtæ, longitudo nō adeo impeditur, dilatationem autē facere non cōceditur propter humiditatis carentiā, ac impedimenta ipſius caloris naturalis. Et aliā pleraque

vege-

vegetabilia ſunt, quæ ſunt frigidæ ac ſiccæ complexionis ac naturæ, & magis dicuntur ſiccæ naturæ exiſtere, vnde & tenuia corpora componuntur. Si autē contigerit, ex aliquo accidente propria natura, aut virtutē ipſam alicuius vegetabilis, aut plantæ propediri, folia eius aut ipſa planta cōſtringuntur, aut reflectuntur, ſiue curuātur, ipſis quoq; conualeſcentibus, & noua quoque folia ramosq; protendunt. Si autē in nullo offenduntur, optimè concreſcūt, ac proportionata producuntur. Non ſolùm autē ex his qualitatibus conſideratur ipſorum corporum complexio ac figuratio ſiue compoſitio & forma, verùm etiam ipſa virtus intrinſeca: quæ quidē quanta qualiſue ſit in vnoquoq; corpore, ex cōmenſibilibus ipſis optimè cōprehenditur. Ea namq; quæ calida & temperata ſunt, bonum ſanguinem generant, gaudium & lætitiam inducunt, & inde ſanam & incolumem vitam præſtant: quæ autē valde calida ſiccáque ſunt, ex ſua natura ferocitatē iramq; inducunt, ac homines beſtiales, & furioſos. Illa verò quæ magis humida ſunt, quàm calida, hominem quidē lætum autumant ac hilarem, ſed in omnibus penè negotijs ſuis ſegnem ac pigrum præſtant. Ea autē quæ frigida ſunt & humida, hominem flegmaticum faciunt, & tepidum. Quæ verò frigida magis, timiditatem ac malos humores inducūt. Illa autem quæ magis ſicca ſunt & frigida, non ita acriter humores malos inducunt, ſunt tamen leuis ſubſtantiæ, & nullius penè valoris, vnde & valetudinē aut aliquam vaporis firmitatē non præſtāt: quæ ſunt omnia in veram hominis ſubſtantiam tranſmutata, & eorum operationes, ſecundum virtutē qualitatis ſuæ, eoſdem cogūt (vt ita dicatur) operari. His igitur omnib. bene cōſideratis, quoniā Deus & natura nil fruſtra agunt, in manibusq; hominū huiuſmodi lineæ inueniantur, quarū quædā ſunt longæ naturaliter, vt vitalis, menſalis: quædā ſubtiles, vt in prima iunctura auricularis litera a, et in mōte Veneris: quædam diſcontinuæ & interruptæ, vt reſcetta: quædā interſecatæ, vt in linea epatis litera b: quædem profundæ vt linea Matrimonij, ſub auriculari litera c. Quædam ſuperficiales, et rectæ, vt naturalis litera h. Quædā arcuales et reflexæ, vt in mōte Lunæ, litera d.

4



Quædam ramuſculoſæ, vt in principio menſalis, litera e. Quædam tumidæ & apparentes, vt cingulum Veneris, litera g. Quædam latæ, & male apparentes, vt Saturnina. In quibuſdam ſunt iuncturæ, aut foſſulæ, vt in vitali, litera f.

In quibuſdam ſunt quadratæ & oblongæ, vt in menſali ſub litera g. Quædam ſunt circulares & ſemicirculares, vt in naturali, litera h. Quædam ſunt triangulares & quadrangulæ, vt in monte Veneris, litera i. Quædam ſunt in forma ſtellæ aut crucis, vt in prima iunctura pollicis, litera K. Quædam parallelæ, & angulares, vt in monte Veneris, litera l. Quædā ſunt confuſæ, vt in indice, litera m. Quædam circulares, ſed oblongæ, vt in prima iunctura medij, litera n. Quædā perpendiculares, & rectæ, vt in fine naturalis, litera o. Et ſic
Iob. *de alijs, ſi ex iſtis (teſte Iob) notitia complexionis hominis, ac naturæ proprietas inquirenda ſit. Neceſſe eſt ſecundum prædictarum qualitatum operationes ac naturas illas iudicare, vt illæ caliditatem complexionis ſignificent, quæ longæ latæq́; ſunt: quæ autē longæ, ac ſubtiles exiſtunt, ſiccam calidamq́; complexionem oſtendāt: breues verò ac groſſæ, malorum humorum repletionem minentur, frigidamq́; complexionem: graciles verò & diſiunctæ, frigidam ſiccamq́; complexionem notent. Siccine omnia illa ſigna ad inuicem comparando cuiuslibet ſignificatio haberi poteſt, vt quæ calidæ ac temperatæ naturæ ſunt, ſignificent hominē lætum, benignum, ac fortunatum: quæ autē naturā calidam ſiccamq́; cōplexionem ſignificant, hominē quoq́; furioſum ac beſtialem denotēt: quæ aūt frigidæ et humidæ naturæ ſunt ſignificatiuè, hominē iniquum ac maleuolum notent: quæ aūt frigidam & ſiccā complexionē notēt, itidem & hominem infidelem, inſtabilem ac furem. Et ſic de ſingulis lineis. Oportet tamen ſecundum vniuſcuiuſq́; naturam in ſingularibus ipſarū operationibus deriuare, hisq́; mediantibus, ipſa quoq́; accidētia intrinſeca & extrinſeca pſcrutari. Hæc obiter hîc ſcripta ſunt vt facilius ſequētia cōprehēdātur.*

DE MODO IVDICANDI IN CHYromantia Caput VI.

Ptholomeus. *Dixit Ptholomeus in 12. verbo Centiloquij: Amor & odium, ne vera eueniant iudicia, phibent, ſiquidem minuunt maxima, augent minima, remouentq́; homines à rectè iudicando. Idē ſentit Philoſoph. dum dicit: Amor & odiū, & proprium cōmodum ſæpe faciunt iudiciū nō cognoſcere, & ideo in huiuſmodi non ineſt cognitio iudicandi: quia virtus animæ non poteſt recte iudiciū exorare propter cognitionē ab illa paſſione impeditā. Sed vt re ipſa fatendū eſt, plures ſunt iudicādi modi, ſecundū diuerſas hominū opiniones, quorū neglectis opinionib. qui nō ſatis intellexerūt, etſi multiloquaces, et garruli artē ſe ſcire vendicant, nil aliquādo intelligant: Ad igitur recte* Praxis.
& bene iudicandū primo manus debet eſſe benè lota, cuius fit iudiciū, poſt lotas manus debet parumper quieſcere ieiuno ſtomacho, id eſt, nō debet eſſe crapuloſus, neq́; ebrius, debet fieri examinatio linearū, tempore æſtiuo, & in loco à nimio calore ſemoto, tempore hyemis debet vitari locus nimis frigidus, nec ſit manus defatigata, nec corpus: quia calefactio extrahit ſanguinem à cētro ad circūferentiā. Nec eſt operādū ſub radijs ſolaribus: qa caliditas naturalis extrahitur à caliditate ſolis & rubefacit cutē & ſpiritus viſui reſoluuntur à
Ariſtoteles *radijs ſolaribus: quia, vt dicit Ariſtot. 2. de Anima, excellentia ſenſibilis corrumpit ſenſum, quoniam natura extrema nō patitur. Vtraq́; manus (& ſi alij*

Maſcu-

Maſculi dextram, fœminæ ſiniſtram tamen inſpiciendã volunt) examinãdæ ſunt, dein conſiderãda eſt qualitas, & manus quantitas & eius forma cũ ſuo ſitu, item tuberculorum eminentia, & depreſsio, rubedo, palliditas antedictarum linearum. conſideranda etiam eſt aggregatio & diſgregatio, digitorum tranſparentia, figura & forma eorundem, articulorum claritas & fuſcedo vnguium ac eorum forma, coniunctio, aut diſgregatio ſupremi anguli cum ſuo ſitu & figura. Præterea quoq; aduertenda eſt cordis et epatis linea, & naturalis cum menſali linea, nec non ſorores earum: ſolaris linea nõ eſt negligenda, et Mercurij conditio cũ ꝓportione naturalis. Talis enim proportio oſtendit qualitatem ingenij, prout facit Aſtrologus in natiuitatibus. A conditione Mercurij etiam multitudo linearum conſideranda eſt, nec non conſanguinei inſpiciendi ſunt filij, diuitiæ, calamitates, mors violenta, & quædam hominis illius, cuius ſit iudicium, cum ægritudinũ qualitate notabuntur, tempora cum annorũ reuolutione menſuranda ſunt, præterea lineæ de quinquennio in quinquennium, Circino, aut alio quouis inſtrumẽto. Neceſſario etiã notandus eſt cælorum motus, longitudo, et breuitas vitæ & cauſa ꝓueniens, & à qua cauſa antecedente, aut primitiua bonam fortunam aut malã, in prima, ſecunda aut tertia ætate quis habiturus ſit. Aduertatur etiam quæ ſit climatum natura & regio, parentes qui ſint, ſi fieri poteſt, quia non parum intereſt, an à natura aut propria voluntate quis in aliquem caſum incidat. Illa igitur neceſſario inquirenda ſunt & conſideranda, aut à vero iudicio deuiandum eſt. Præcipué quoq; notabitur exercitium, circa quod verſatur homo iudicandus: diuerſimodè enim iudicandum eſt, atq; aliter de Hiſpano, aliter de Gallo, aliter de Aethiope, aliter de Thrace, aliter de Germano, qui ſunt diuerſæ naturæ & à cõſuetudine & parẽtibus diuerſam inſitã habent naturã, aliter etiã de Lenone, aliter de Synedo, aliter de Nobile, aliter de Plebeio, aliter de Ruſtico, et ſic de reliquis, aliter de Maſculo, aliter de muliere. Nec aſpiciẽdus eſt homo extenuatus, quia calor naturalis eſt exhauſtus, nec aliquis ante annorũ nutritionem, nec crapuloſi inſpiciendi ſunt, prout dictũ eſt, quia fallax eſſet iudicium. Ego quidem propemodum infinitos homines à prandio, & aliquando veſperi accenſo lumine inſpexi, quorum veridicè fortunas prædixi, vt in 6. libro experimentorum continetur, ſed fallibile aliquando poteſt eſſe tale iudicium, niſi in generalibus quibuſdã. Sed hìc inquit Hermes in ſua Chyromantia. Signa ipſius manus ſunt, groſsities, tenuitas, ſudor vel humiditas, ſiccitas, aſperitas, lenitas, piloſitas, ſciſſuræ & lineationes. Ibi autem omnia ſunt ſigna naturalia, & ideo hæc ars non extenditur ad iudicandum de accidentibus animæ, quæ non habent ſigna in manu, quia non ſunt à natura, vt ars Sutoria, vel Fabrilis, & eiuſmodi. Nec negligendum eſt inſpicere vtramque manum, adinuicem proportionando, quia natura non fruſtra lineauit ſiniſtram: ſunt nonnulli ignorantes, qui tantum alteram manum inſpicere volunt, errantes in iudicio, quia nullum eſt verum teſtimonium Chyromantiæ, ſi vtraque manus ſibi nõ correſpondeat. Cauendum ne manus calloſæ ſint, prout ſunt Mechanicorum & operantium, & ſic de ſimilibus.

Hermes.

DE QVANTITATE ET QVALItate manus Caput VII.

Quãtitas manus.

IAM determinatis eis, quæ de lineis et figuris exiſtentibus in manu dicta ſunt, nunc de qualitate, & quantitate, & cæteris dicendum eſt, & primo de quantitate manus. Quantitas igitur perfecta, & pulchra cuiuſuis manus tripliciter cognoſcitur: Primò, quod in ſuo genere manus ſit ſatis magna, & decenter proportionata. Secundò, eadem ſit reſpectu corporis, cuius eſt manus. Tertiò quòd vnaquæque pars det proportionẽ alteri. Quicunque ergo habet manus nimis breues, reſpectu aliarum partium ſui corporis, cauillatorem, ſagacem, & fortem indicant. Et ſi manus ſint nimis longæ ſimul & digiti reſpectu aliarum partium, transgreſſorem, furem, inſidiatorem, & omni nequitia plenum hominem dicunt. Manus ſatis magnæ reſpectu corporis cuius ſunt, ſubtilem, callidum, ſubdolum, loquacem, & ſubſannatorem demonſtrant. Longa palma cum groſsis, & curtis digitis pigrũ, negligentem, & fatuum oſtendit. Et ſi digiti huius palmæ breuis, aut longæ ſint multum hebetati, & obtuſi, flegmaticam complexionem, & ſuas conditiones confirmant. Mulieres habentes curtam palmam, difficultate partus grauantur, & hoc propter correſpondentiam ſciſſuræ membri pudendi, cuius longitudo æqualis eſt diſtantiæ, à radice medij vſque ad raſcettam, quæ duplicata, longitudinem cuiuſuis pedis ſic habentis oſtendit. Qui verò habet longam palmam & digitos proportionatos, ingenioſus in multis erit operibus. Manus carnoſæ, & benè articulatæ cum bona ſoliditate, longam vitam denotant, concauæ manus & malè dearticulatæ, breuem. Manus longæ & graciles tyrannidem indicant. Manus tenues & curtæ, loquacem & voratorem demonſtrant. Quando manus cum brachijs ſunt ita longæ, quod erecto toto corpore, genibus appropinquent, fortitudinem animi & aptitudinem oſtendunt, & Raſis addens dixit ſublimitatem & arrogantiam, & cupiditatem regendi: ſi autem infra media femora deſinant, maleuolum, diſcordẽ, & ignorantem demonſtrant.

(Margin: Primò. Secundò. Tertiò. — Raſis.)

DE DIGITIS ET DE MODO TRActandi Caput VIII.

SI digiti ſint temperatæ magnitudinis, et honeſtæ ſpeciei, mores optimos indicant: & quando ſunt parui & tenues, ſtultum, inuidum, audacem, & ferum indicant: quando nimium tenues, ſtultitiam demonſtrant. Et ſi immoderato ſpacio à ſe diſtẽt, loquaces & leues notant: quando ſunt erecti & coniuncti ita, vt aêr non trãſpareat, notabiliter inter ipſos ſignum eſt magnæ curialitatis: quãdo ſunt collecti ita, quod nõ tranſpareant, & ſunt conglobati, auarum oſtendunt. Digiti recti, ſi flectantur verſus dorſum, inuidum, ſubtilem, ingenioſum indicant: maxime ſi ſubtiles ſint, & flectantur in vltima iunctura: quando ſunt diſperſi, paupertatem & miſeriam, & loquacitatem oſtendunt. Patet hoc ſæpè in mandicantibus. Quicunq; percutit digitos, ac ſi vellet tympanizare, ſignum eſt variæ cogitationis. Qui con-

ſuetus eſt, dum loquitur palmam percutere, vt vix poſsit abſtinere, ſignum eſt imperfectionis, & paſsionis animæ: & ſi abſtinet, oppoſitum nonat. Quando quis manus moderatê trementes, ad aliquid accipiendum extendit, ſignum eſt velocis reditus ab ira ad intellectum: quando ſcilicet talis eſt iuuenis, ſanus & ſatis fortis: & ſi ſit iuuenis, & non ſit fortis, erit melancholicus, timidus, triſtis, & malæ cogitationis: & ſi comedens eat cibo obuiam, maleuolus, guloſus, & diſcors erit: & ſi ambulans tenuerit manū clauſam, mouendo brachium, impetuoſus eſt: & ſi conſueuerit pollicem claudere inter alios digitos, eſt auarus.

DE VNGVIBVS CAPVT IX.

ANGVES lati & longi decenter, tenues, albi & ſplendidi, ſubrubentes, ſignum eſt ingenij optimi: oblongi autem & anguſti, ſoliditatem aut firmitatem demonſtrant: inflexi & tardi, impudentem rapacemq́ oſtendunt, & ſunt accipitri ſimiles. Et ſi iam talibus vnguibus reperiantur digiti valdê macri, ethicam paſsionem & ſoliditatē demonſtrant: vngues valdê breues, maleuolum & diſcordem indicant, hoc ipſum pallidi, nigri, aſperi, quaſi rotundi, luxurioſum, & Veneri deditum dicunt eſſe hominem. Quædam alba puncta in vnguibus, amicos & benedictiones pollicentur: quædam puncta nigra, inimicos, perſecutiones, & maledictiones minantur aut noua damna.

DE COLORE CAPVT X.

COLOR albus & quaſi perſpicuus, clarus, ſubrubeus æqualiter, qualitatem communem & bonitatē ingenij oſtendit. Talis enim color debet eſſe in toto corpore naturaliter benè diſpoſito. Imaginetur enim quod corpus perſpicuum, album extēdatur ſuper corpus ſanguineum, & apparebit color, niſi impediente æſtu aut frigore, aut labore, &c. mutetur color iſte. Si autem colori dicto ſupereſt rubedo, & claritas minor in manu, ſignum eſt ſanguineæ complexionis & ſuarum conditionum: & ſi talis color ſit flammeus, otioſum oſtendit, præſertim ſi ei inſit mobilitas oculorum: & ſi talis rubedo ſit fuſca, ſignum eſt groſsi & deceptoris: ſi autem talis color rubeus approquinquet viriditati, vel quaſi glaucedini plus quam albedini, nigrā choleram, & ſuas conditiones oſtēdit: ſi autem proximus fuerit citrinitati, cholericum oſtendit: ſi aūt citrinitati ſubtili quaſi albedini, qualis ſolet eſſe in conualeſcentibus, et hoc ſine magna materia, ſignū eſt emiſsionis ſpermatis & ſpirituū: & tales detinentur amore heroum: & ſpecialiter ſi oculi ſunt profundi, & mobiles: ſi autem albedo ſuperet, & rubedo ſit in tantū diminuta, vt vix appareat, ſignum eſt flegmatis & ſuæ conditionis: talis enim color ſolet appellari gliſcus: & ſi huic colori ſit admixta viriditas, mali flegmatici ſignum eſt, & ſuarum conditionum. & ille color dicitur plumbeus. Et hic commixtus cum fuſco citrino & viride, vltimum gradum malæ complexionis oſtendit.

DE TACTV CAPVT XI.

TACTVS temperatus & bonus conſiſtit in debita proportione primarum qualitatum, quæ magis appropinquant caliditati & lenitati, quàm frigiditati & aſperitati & magis carnoſitati, quam macilentiæ: talis tactus ſignat bonitatem complexionis, & optimũ ingenium, & intellectum. Tactus enim calidus lenitati admixtus, calidam & humidam complexionem oſtendit. Si autem aſperitati admiſcetur, calidam & ſiccam innuit complexionem. Si autẽ tactus ſit frigidus, lenitati admixtus, ſignum eſt flegmatis. Si verò aſperitate, ſignum eſt melancholiæ.

DE PILIS CAPVT XII.

QVICVNQVE in debita quantitate pilos decenter habuerit ſuper dorſum manus, præſertim, circa partem inferiorem, circa pollicem & digitos in prima & ſecunda iunctura, ſignum eſt bonæ complexionis & naturæ. Nimia piloſitas, inſtabilitatem notat: & ſi talis piloſitas ſit inordinata & diſperſa, inordinatam complexionem & animum oſtendit. Et paucitas pilorum animũ fœmineum oſtendit. Et ſi manus dorſo non ſint pili, ſignum eſt malorum morũ, & ſtulti, & præſumptuoſi, & effœminati viri, & deterius ſicut non habentis barbam.

NOTANDA CIRCA MANVS DISpoſitionem in ferendo iudicio, CAPVT XIII.

Primò. PRIMO antequam Chyromanticus alicuius manus lineamenta reſpiciat, opus eſt vt manus ſint lotæ, temperatæ ab opere, humectæ magis, quam aridæ: clara luce, ieiuno ſtomacho.

Secundò Secundò ſexus, ætas, patria, ſtatus, conditio, & exercitium neceſſariò conſideranda ſunt: hæc enim non parum aut affirmant, aut minuunt ſignificata linearum.

Tertiò Tertiò, num dextra magis an ſiniſtra faueat, vt plurimum etiã nocte natis, ſiniſtra fauet: dextra, die natis: & ijs, qui in aurora naſcuntur: hoc tamen intelligitur de quattuòr præcipuis lineis, reliquæ in vtráque manu notentur.

Quartò Quartò notandi colores linearum, palliditas enim fere malum denotat tẽperamentũ, quia potiſſimum ſi ſignificatũ lineæ pallidæ, bonam temperiẽ requirat. Eſt tamen vbi pallor malum minuit: nempe cum lineæ iram, ignem, ac ſimilia denotant.

Quintò fœminarum manus ferè imperfectas ſuas exprimere lineas conſi-
Quintò derandum eſt, ob caloris exilitatẽ, quod ſi accidat, contrarium: vt ſcilicet fœmina manus habeat viriles, cum ipſis lineis benè expreſſis, ipſa virago iudicabitur, atq; (vtinam non) meretrix, contrà maſculus habẽs manus molles, flaccidas, lenes, cum lineis vix apparentibus, effœminatus eſt, timidus, de natura mulierum, adeo, vt quandocunq; vincat. Interim notandum eſt aliam eſſe manum mollem, aliam gracilem.

Sexto quantitas manus notanda eſt, an ſcilicet ſit proportionata corpori ſuo. Similiter de lineis ipſis intelligendum eſt: ſic enim audaciam & bonum temperamentũ denotãt. Quibus verò manus breuiores, aut lõgiores vel graciliores ſunt, hos cauillatores, aſtutos, & maleuolos cenſendũ eſt. Sed ſi digiti nimis curti fuerint, furem, & malignitate plenum hominem. longa palma cum groſſis digitis, pigrum & fatuum notat. Mulieris manus curta difficultatem partus notat. Graciles manus t rannum: ob bilem habundantẽ. Pili multi in dorſo manus temperamentum bonum & ingenium notant. nimia tamen habundantia, inſtabilem & leuem facit. Sextò.

Notandum ſeptimo an linea aliqua de natura ſua ſit continua, an interrupta. Nam ſi contra affecta ſit, quam requiritur, minuitur ſignificatum, quo fit, vt continuitas minuat ſignificatum in aduerſis. Septimò.


Sciendum adhuc cum dicitur generaliter de Chyromantia, quod corpus diuiditur, aut ſecatur in quinque partes, & propterea generatim accipiendum, cum dicitur de capite: Caput enim vſque ad humeros accipitur. Pectus autem, ad vmbilicum antè & retrò: brachium, ab humeris ad manus extremas, & digitos quoq; habet: Gones ab vmbilico ad coxæ iuncturam antè & retro: Pes deinceps à coxæ iunctura ad pedũ digitos extremos. Hoc modo diuiſum corpus in quinque partes ſignificata generatim ſumantur, niſi particulatim mentio fiat alicuius partis, vt oculi, auris, &c.

Nunc ſummè notandum reſtat manuum lineamenta, non ita exquiſitè ſumenda, vt pingũtur. Poſſunt enim paulo euariari, aut loco, aut figura, &c. manente tamen ſignificato, neque ob leuem diſsimilitudinem ſignificatum minuitur.

Abſolutiſsimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier Hannonij Libri primi finis.


ABſolutiſsimæ Chyromantiæ liber II. in quo Chyromantiæ Theorica tractatur, XXVII. aut pluribus, à nemine in vſum productis figuris illuſtratus: hoc enim libro oſtenditur manus varia pro diuerſorum hominum opinione commenſuratio ſiue ſymmetria, & partium manus nomenclaturæ. Item de lineis principalibus cum earum ſororibus tractatur. Item de lineis accidentalibus, earumq́ diuerſis nomẽclaturis litteriſq́ diuinis. Item de hominum varia complexione. de Saturninis, Iouialibus, Martialibus, Solaribus, Venereis, Mercurialibus, & Lunaticis. Item de manus ſeptem montibus, ſeptem planetis conſecratis, eorumq́ue nominibus & ſignificatis. Item de ſpatiorum nomenclaturis inter lineas cauſatorum, inquam de Triangulo & quadrangulo, & cæt. Item de diuerſis temporum interuallis, ex debita & naturali commenſuratione perquirendis. Item de exactiſsima ac diligentiſsima linearum manus pro diuerſis temporibus, annis, menſibus, certa ratione Mathematica & Geometrica, quin & Arithmetica ſupputatione eliciendis diſtinctione pulcherrima & certiſsima hactenus à nemine vnquam in lucem prodita, nec imaginata, vti experientia facile ſuo loco eluceſcet.

DE GENERALI PARTIVM MANVS NOmenclatura, & partitione ſecundi Libri, CAPVT I.



CHyromantici fere omnes manum in tres partes primo diuiſerunt: in carpum ſcilicet, digitos, & volam: id eſt in reſtrictam ſiue raſcettam. Inter digitos vnus eſt pollex dictus ꝙ reliquis præpolleat, ex quo totius manus robur dependeat: huic proximus eſt index, dictus ab indicando. Sic medius & omnibus longior ſequitur. Medio cõtiguus eſt annularis ſiue medicus, quẽ poſtremo loco minimus ſiue articularis ſequitur. Singuli digiti præter pollicem tres habẽt articulos, pollex tantum duos. Digitorũ ꝓminentiæ condili dicũtur: ſuprema digitorũ pars, acynus ſeu vertex appellatur: pars aſcenſum digitorum antecedens, aut ſummitas manus, tarſus dicitur. Spacium inter pollicem & indicem Græci thenar appellant, Latini 12. quod extrorſus extendit. Opiſthenar, thenari opponitur. Hyppothenar Latini manus percuſsionem appellant: quod ſub imo pollicis in modum monticuli aſſurgit, ſtetos dicitur. Totius manus medius ſinus, vola erit. Et hæ particulæ diuerſis planetis aſsignantur, vt
Antiocus *in ſequenti patet figura planetarum characteribus in ſuis montibus & locis*
Tibertus *deſignata: vt ſtetos ſiue tuber aut mons pollicis, Veneri dicatur, licet Anthiocus hunc locum Marti conſecrari voluit, dicens pollicis tuberculum Marti dedico,*

2



dico, quòd omnibus alijs planetis robore & fortitudine præſtat: quemadmodum Mars influentia cæteris planetis eſt fortior, actiones etiam Marti ſubiectæ, prout ſunt illæ quæ ferro & vi fiunt, per hunc potiſſimũ digitum exercentur. Eſt enim totius manus arx, & principale robur. In hoc etiam tuberculo obſeruatum eſt, qui igne comburendi aut exercendi eſſent, vel aliam quamuis actionẽ per ignẽ effecturi, quæ omnia Martis naturam ſapiunt. Mars etiam ſoli orbe contiguo adhæret, hîc linea vitæ coniungitur, quæ ſoli vitæ datori eſt attribuata. Notandum etiam, quod illi qui Martem genituræ dominatorem habent, quaſdam in hoc tuberculo expreſſas, & cauatas lineas gerunt. Antiochi ſententiam reſpuo, cùm mons pollicis meritò Veneri dicatus ſit, quod experientia ſæpiſſimè notaui. Quid oro fortius in hoc mundo eſſe poteſt ipſo amore? Venereis enim ligulis etiam fortiſſimi, & ſapientiſſimi ſuccubuêre, vt Hercules, Sampſon, Dauid, cæterique infiniti, amoris igne & Venereis ligulis implicati fuêre, quo amore nihil eſt fortius (teſte Poeta)

Notand.

Hercules
Sampſon
Dauid

Neſcio quid ſit amor, nec amo, nec amor, nec amaui,
Sed ſcio ſi quis amat vritur igne graui.

Indicis tuberculum Ioui dicatur; Medius digitus Saturno, annularis Soli, Mercurio auricularis, vola ſiue triangulus Marti, in quo homicidia deprehendi ſolent, lunæ percuſsio conſignatur. Lineamenta manus naturalia, ſunt ſex, diuerſas nomenclaturas ſortita. Linea montem pollicis circundans, vitalis dicitur, ex cuius diſpoſitione, de vita hominis, longa aut breui habetur iudicium, huic naturalis inter pollicem & indicem adhæret. Epatis linea triangulum perficit. Hinc menſalis digitos à vola ſeparat. Reſtricta verò Manum à brachio ſeiungit. Hinc felicitatis linea, ſiue ſaturnina, à raſcetta ad medium procedens, volam in duas partes ferè ſecat. Rari ſunt homines qui has ſex lineas non habeant. Reliquæ dicuntur accidentales lineæ, quæ prædictarũ linearum ſignificata augere vel minuere ſolent. Eſt præterea alia linea quæ Lactea dicitur via, quæ propè diſcriminalem, vel ab ipſa cauda Draconis exoriens, per confinia tuberculi ferientis, ſiue percuſsionis manus ad auricularis montem labitur. Eſt & ſolaris linea, via ſolis, quæ per medium caueæ,

Vitalis.
Naturalis.
Epatis.
Menſalis
Reſtricta
Saturnina.
Via lactea.
Via ſolis

D ad

ad ſolis tuberculum graditur. Eſt alia linea, Vitalis ſoror, quæ in ſtetho Soror vitalis. inueniri ſolet, aliqui eandem Martiam appellant. Eſt et alia linea, quæ cin- Cingulũ veneris. gulum Veneris dicitur, quæ orta inter medium, & annulare, extenditur inter indicem, & medium. Eſt & alia mediæ naturali adiacens, in vola ma- Soror naturalis. nus quæ ſoror naturalis dicitur. Aliæ etiam lineæ, vt menſalis et epatis quandoque habent ſuas ſorores, vt in figura quinta ſuo loco clarè oſtenditur per literas alphabeticas in qua vnico intuitu, omnes apparent, ad prædictorum omnium faciliorem intelligentiam. Libuit hîc tabulam addere, literis alphabeticis, prout in huius ſecundi libri prima figura deſignatur, diligenter diſtinctam. Adiecta eſt præterea & alia tabella cifris, & arithmeticis figuris inſignita.


A	Linea vitæ.	1	Carpos.
B	Reſtricta.	2	Stethos.
C	Naturalis.	3	Thenar.
D	Iecorea ſiue epatis.	4	Hyppothenar.
E	Triangulus.	5	Acyni digiti.
F	Menſalis ſiue thoralis.	6	Metacondyli.
G	Thorus ſiue menſa manus.	7	Condyli.
H	Saturnina.	8	Procondyli.
I	Martia.		
K	Lactea via.		
L	Cingulum veneris.		

His benè cognitis, linearum & montium planetarum differentijs, conſideranda quoq; eſt ipſarum linearum qualitas, quantitas, ſitus, & adiacentia. In his enim linearum ſignificationibus augeri & minui ſolent vigores, eiſdem namque præteritæ aut futuræ ſignificationes demonſtrantur. Quantitas, longitudinem, latitudinem & profunditatem comprehendit. Qualitas figuram, ramos, colorem. Situs etiam conſiderandus eſt, propior ſit an magis alienus, aſcendens aut deſcendens: adiacentia ſiue accidentia, dicuntur puncta linea tubercula atque hæc modo de lineis dicta ſufficiant.

DE LINEIS ACCIDENTALIbus, Caput II.


Lactea 1. SVperſunt propemodum infinitæ lineæ accidentales dictæ, ſcilicet lactea prima, ſecunda & tertia, quæ à raſcetta orientes ad auricularem, naturalem, & menſalem ſcindentes, tendunt. Prima à raſcetta per montem manus tranſiens, auricularē verſus extenditur, terminata tamen ad menſalem circa percuſsionem, quæ hominē effœminatum, damna paſſurum cauſa mulierum denotat: eoque fortius quo magis ad Lactea 2. percuſsionē accedit. Secunda exordium ſumens in angulo dextro, etiam forte in monte pollicis, aſcendit ad montē auricularis, vltra menſalē, & denotat

bonam



bonam ſortem & fœlicitatem à mulieribus & prælatis, tertia orta circa angulum dextrum aſcendit per medium montis manus, verſus auricularem, ſignificans fœlicitatem à prælatis, & perſonis nobilibus, & potentibus, vt in præſenti figura per literas a, b, c, liquet. Eſt in præſenti figura & alia linea, dicta mercurialis, tanquàm ſoror menſalis, exordium ſumens à percuſſione, tendens verſus medium, aut indicem, litera d, deſignata.

DE TRIBVS PROSPERITATIS SIue Saturninis lineis, & via Solari, CAPVT III.




SVnt tres lineæ proſperitatis, diuerſa p earum variatione ſignificãtes. Vnius ſignificatum eſt omnibus notiſſimum: aliarum verò non tam notum. Prima Saturnina aſcendit à raſcetta vel circa verſus medium tranſiens concauũ, quaſi ſubſedens vitali & ferè ſemper malè ſignificat, niſi naturalem ſcindat, & ſit benè formata. Saturnina 1.
Secunda orta à raſcetta ſupra vitalem in monte pollicis, ſcindens vitalem, tranſit per concauum, verſut medium, & hæc indicat hominis bonam fortunam, & eò amplius quo ſit melius formata, & extendatur verſus medium. Tertia eſt linea aſcendens a raſcetta, habens principium verſus montem manus, & aſcendit per concauum, verſus indicem, ſignificat Saturn. 2. Saturn. 3.

 ficat

ſicat bonam ſortem apud magnates, aut cauſa mulieris. Nihilo minus hæ duæ poſtremæ lineæ ſunt cognitu difficiles, quia dum oriuntur ſupra vitalem, bonam ſortem & proſperitatem notant, prouenientem ex propria virtute, aut parentum gratia, ſed tertia linea in monte manus orta, ſignificat bonam ſortem per alterius fauorem & benemeritum: ſignat etiam aliquando peregrina-
Linea Solaris. *tiones. Eſt & altera linea, quæ Solaris dicitur, quæ exiens à concauo verſus annularem, ſignat magnum fauorem apud principes, prælatos & potentiſſimos homines, & eò magis quo plus extenditur in triangulo, verſus angulum dextrum: ſi tamen à naturali aſcendat verſus annularem, minuit effectum. Et ſi reperiatur inter naturalem & menſalem, ſignat amicitiam ſine lucro & fauore. Denotat etiam amicitiam nobilium perſonarum, & hominem notat affabilem, placidum, & virtuoſum.*


DE SORORIBVS QVATVOR PRINcipalium linearum, Vitalis, Naturalis, Menſalis & Epatis, Caput IIII.



ISTAE lineæ dictæ ſorores, rupturam, fractionē aut aliarum interſectionem reſtaurant, et reparant, & fortificant: vt ſi vitalis in principio eſſet interrupta, breuem vitam denotans, ſororis præſentia, in loco correſpondente: non rupta, breuem prius ſignificatam vitam prolongaret, patietur tamen habens talem rupturam, eo tempore infirmitatem, ſed liberabitur à periculo mortis: Si vtraque linea ſit benè apparens, & integra, ſuperabundantiam & exceſſiuam notat caliditatem. Si dictæ ſorores ſint tortuoſæ, aut inclinatæ in altera parte, maleuolum denotant, eoque magis quo plus appareant, & ſint profundæ, prout adhuc ſuo loco oſtendetur. Ex iſtis ſororibus lineis, perficitur iudicium Chyroman-
Notandum. *tiæ. Epaticæ ſoror ſemper benè ſignificat. Notandum eſt, quod ſoror vitalis exiſtens in concauo, verſus raſcettam, cæteris eſt perfectior & efficacior, ſed linea montis communiter circa finem, plus virtutis & efficaciæ retinet. Litera A denotat in præſenti figura ſororem vitalis. B naturalis. C menſalis. D epatis, E Saturninæ.*

DE

DE SPATIIS CONTENTIS INTER lineas in manu Caput V.




6

LIneas ſeſe mutuo contingentes ad quoſuis angulos, certum eſt quandam efficere ſuperficiē, ſicuti in præſenti triāgulo E, D, F: lineæ verò parallelæ, etiamſi ad infinitū deducantur, ſpacia inter ſe cōcludūt. Hactenus igitur abunde ſatis de lineis tractatū eſt, & de earum nomēclaturis. Reſtat de nomenclaturis ſpaciorum, inter lineas relictorum, aliquid in medium proferre, quæ literis alphabeticis diſtinximus, vt litera A, ſita inter duas parallelas lineas, menſalem inquā & naturalem, quadrangulum denotet. B intercepta inter lineas vitalem, naturalem & epatis, triangulum. D eodem in triangulo, angulum ſupremum notet. E angulum ſiniſtrum, F angulum dextrum, G bis poſita ſcilicet in triangulo, et quadrangulo denotat vtrumq; ſpacium, dici manus concauum. H tuberculum, radicem ſiue montem Iouis. I tuberculum ſiue radicē ſiue montem Saturni. K Solis. L Mercurij. M Veneris. N manus percuſſionem. O tuberculum, radicem ſiue montem Lunæ. Mons Martis in triangulo clauditur. Omnium linearum & ſpaciorum ſignificata & effectus ſuis locis abundè tractabitur.

DE LITERIS DIVINIS ET CHARActeribus planetarum Caput VI.

*QVIA fortuna cuiuslibet manus diuinis literis ſcribitur (teſte Iulia- Iulianus.
no, artis Chyromanticæ peritiſſimo) vt apud antiquos Philoſophos
& maximè Helenum priami, virum doctiſſimum in vſu erat, quo-
rum exempla ſecuti & nos de eorum ſignificationibus hæc in medium pro- Helenus priami.
ferre libuit. Sunt igitur in diuerſis partibus manus literæ diuinæ, planetarum characteres ſiue ſigna, & ſuum locum quælibet pro ſui planetæ ſitu ſortiuntur, vt mox in ſequenti figura liquebit. Nam ſuperiori loco in prima columnella character Saturni reperitur, & quicquid in eadem linea conſequitur, ſunt Saturni ſigna, & characteres. Secundo loco ſunt Iouis, Tertio Martis. Quarto Solis, Quinto Veneris. Sexto Mercurij. Septimo Lunæ. Nunc re-*



ſtat particulariter omnium characterum loca & proprietates, & quid in hominibus operentur, dicere: diuerſæ enim ſunt homines naturæ à planetis illis inſitæ. Qui igitur ſunt Saturninæ, plures habẽt lineas in tuberculo ſiue in monte Saturni, quàm alibi, præſertim lineam à raſcetta ortam, extenſam vſque ad radicem dicti montis Saturni. Tales ſunt communes amici, vtilia conſulentes: graues in mente, & duri in cogitatione: non audaces in factis: comeſtores, ſuperbi, ſimulatores, iactatores, paucorum verborum, inſociabiles, in agricultura & pulchris artificijs oblectantes, longa itinera tentantes. Si literæ diuinæ in monte Iouis reperiantur, habentes erunt

Proprietates Saturninorum.



diuites in negotijs & mercenarijs ſuis vſque ad ſenectam proſperabuntur. Qui verò pauperes, ſemper erunt in laboribus, diuites tamen patientur ægritudinem neruorum, et à filijs & proximis offendentur qui illis ingrati in omnib. ſemper erunt. Hi etiam multas iras ſuſtinebunt, ac pingues in ſenectute erunt ſine ægritudine. Si in loco Saturni figuræ ſuperius dictæ fuerint, geſtantes erunt nummoſi, & pecunias congregantes nobilium, incident tamen in ægritudinum multitudinem.

DE IOVIALIBVS HABENTES CHARACTERES Iouis in ſuo monte Caput. VII.

IOVIALES (vt de Saturninis dictum eſt) à pluralitate linearum in monte Iouis, facilè dignoſcuntur, qui ſcilicet in dicto Iouis monte, plures & pulchriores habent lineas, quàm alibi: & tales ſunt pulchri, ſapientes, iudices, fideles, religioſi, Deum timentes, benè morigerati, audaces in periculis, miſericordes, eleemoſynarij, veridici, delectores amicorum, riſu, & multitudine locutionis, & coitus gaudentes, bonum diligentes, & malum odientes: qui ſi laici fuerint, multos filios habebunt. Etſi ſuprà dictæ lineæ pulchræ & apparentes fuerint, dignitatem & prælaturam oſtendunt.



dunt. Si autem diuinæ literæ, in dicto loco Iouis fuerint, plura indicant. Litera enim A denotat diuitiarum habundantiam, veritatē, & nobilium amicitiam. B fortes & diuites, & à regibus dilectos notat. Si colorata fuerit B, religioſos aut cum religioſis verſantes indicat homines, vitæ inquam honeſtæ. C dilectos à Regibus, Duces, & Rectores exercitus. D fideles, & maiores animo, ſuo genere, cum nobilibus conuerſantes, ſed inceſtuoſos, & mulierum cauſa benè habentes, tamen proprios parentes odio habentes. F Regibus familiares, & eorum regni diſpoſitores, ſapientes in cauſis, & iudicijs diſcutiendis. G homines bonæ famæ apud notos, ſed luxurioſos: Si autem in dicto monte fuerit forma ccrcularis, O vel ſcutum, nobiles, ſapientes, diſcretos in omnibus, nobilis & ſubtilis animi, & alti, ac penè terribilis intellectus, & ſpecialiter artium profundarum ac occultarum: ſuntque amabiles vltra modum, ſed non habebunt fideles amicos, ab infantia vſque ad vltimam iuuentutem: in vltima autem iuuentute habebunt ſummum & nobilem ſtatum, & diuitiarum cauſa, ab omnibus diligentur, propter etiam fidem, & rectitudinem ſuam. Si in monte Saturni aut Solis inueniatur forma ſphærica, O aut ſcutum, habentes erunt honeſtæ vitæ, diuites omnibus diebus vitæ ſuæ: dilecti quoq; à mulieribus, quarum cauſa damnum patientur: erunt præterea valdè ſubtiles, & artium inuentores, & dilecti à principibus, & quaſi ab omnibus. Si autem in loco Iouis fueriut aliqui characteres ipſi addicti, habentes multitudine lucri abundabunt, & erunt pingues, ſed tandem notat illos fore pauperes, debiles, & habituros cogitationes peruerſas, & damnum patientur.

DE MARTIALIBVS, Caput VIII.



Martiales ſiue naturæ Martis homines, lineam vitæ & naturalem habent diuerſi coloris directam. Tales ſunt audaces, vtilia peragentes, non pigri, ad arma prompti & parati, incōſtantes, feroces, impij, ſine verecundia, inſociabiles, fornicatores, neq; egeni, neque diuites, quouſque ſe iuuare poterint. Si litera diuina A reperiatur in hoc loco, lapidei cordis homines, plenos ira, & iniquos notat. B diuites, & principum familiares, at-

que

que aliquando exercituum ductores. C magnos magiſtros, perfectos, ingenioſos, Geometriam amantes, ſed aliquando occultè offendentur. D patricidas notat, ſed fortunatos: grauabuntur tamen hepatis & iuncturæ dolore. E contẽtioſos, exindemalum patientes. & ſe vilibus mulieribus iungentes, & rarò optatas vxores conſequentes, & aliquando vxorum interfectores. F callidos, falſos, mendaces, proditores, exinde malè eis ſuccedet. G perſeuerantes cum malis viris & latronibus, & occultè maleficia machinantes. Sed ſi in loco Martis aliquod ſignum ſibi appropriatum fuerit, in cuius Chyromantia reperietur, erit audax, & pertinax, incepta perficiens vſur, pator ſeu diſsipator paternæ ſubſtantiæ, & cognatorum percuſſor.

DE SOLIS NATVRAE HOminibus, Caput IX.



N*ATVRAE Solis homines, habent lineas ſubtiles in radice mõtis Solis, pluſquam alibi. Tales ſunt naturales, inuentores, & imitatores omnium operationum, operantes quæ non didicerunt, inuentores artium, nõnunquam pauperes, perdentes beneficia à proximis & amicis illis collata: ab extraneis erunt honorati, ſunt iracundi, liberæ linguæ, ſuper ſe recurrentes, valde amabiles, erga ſe tamen ſemper contraria inuenientes, quia nullus erit eis fidelis amicus: ſunt fideliſsimi curiales, ſapientes, largi, & benigni, amicis dignis atq; non, æque tribuentes: mulierum tamen cauſa lædentur, habebuntque multos inimicos, ſed ab eis non offendentur, imò eos ſuperabunt, ſicut Sol ſuperat nubes: oportet illos omnia palam facere, quæ ab alijs occultè fiunt. In cuius manu & loco Solis litera diuina A reperitur, erit vir fortis, & ipſius parentes. Si eadẽ A litera fuerit malè diſpoſita, contrariũ notabit. B in eodem loco reperta, ſapientes, boni ingenij, dilectos à magnatibus & vniuerſo populo: & aliquãdo exaltatos ad regias dignitates notat homines. C deſtructores ſunt, ægritudines oculorum, ſtomachi, ferri, aut ignis læſiones patientes, peregrinantes, & qui ſint ſubitò moreturi, ſunt & patris interfectores, D quibus eſt in eodem loco, ſunt diuites, magni ac fortes, ab alienis diuitias acquirentes: & aliquando exaltantur ad regias dignitates. Sed ſi eadem A litera fuerit malè diſpoſita, habebunt patrem ſtultum, qui cito mortem incurret. E mulierum amatores, turpi luxuria vtentes, pro hæreditate conſequenda facit. F ſapientes bonæ memoriæ, & varijs ſcientijs decoratos. G lætos, cum principibus habitãtes, & maioribus terræ, capitis & ſtomachi ægritudines patientes. Si in loco Solis aliquod ſignorum ſibi appropriatum inueniatur*

niatur in alicuius Chyromantia, hic erit benignus, iucundus, & perfectus in multis operationibus, ſed citò iraſcibilis, & repentinum tædium cuiuſcunque rei facilè habens.

DE HOMINIBVS NATVRAE Veneris, Caput X.



QVI ſunt de natura Veneris, habent tres lineas à pollice naſcẽtes, verſus indicem. Tales ſunt bonæ fortunæ, non cogitabundi, bona non curantes, propria non cognoſcentes, delicatè viuentes ſine ſuorum cõſeruatione, & ſine labore dulces, fortunati, largè expendentes, facilè animum ad mulieres applicantes, ſagaces, & mulieres à vita extirpantes, propter earum hæreditatem, riſum & coitum diligentes: & ideo adulterinos filios ſæpè generant, ab omnibus ſunt dilecti & crediti, vultus pulchritudine, & loquelæ dulcedine, & pulchro ſermone decorati, obiecta omnia cupientes. Quibus contingit in loco Veneris habere literam diuinam A, ſunt ſine fide, mulieres pauperculas diligentes, & ab eis malum patientes, atque in ægritudine detenti. Quibus verò B eſt in eodem loco, ſunt gaudentes, ac nobilibus vtentes: in deſponſatione nobilium mulierum vtiliatem cõſequentes, ex cauſa & fide Religionis, vel mulierum bona habentes. Quibus C, ſunt iniuriatores, magni fornicatores, in conſanguinitate ſcelera perpetrantes, & à ferro vel igne in oculis læduntur. Quibus D, expoſitores erunt ſomniorũ, & occultorum inueſtigatores, viridici, terrena diligentes, turpi luxuria laborantes. Quibus E, ſunt gaudentes, & delectationem cum mulieribus ingenioſis habentes, quà de re vituperabuntur ab omnibus: in cæteris autem fortunabuntur, & bona acquirent. Quibus. F, in operibus ſuis erunt proſperantes, ad gaudia ratione ſcientiæ peruenient. Quibus G, mulierũ erunt amatores, cum quibus bona & gaudia conſequetur. Si in loco Veneris aliquis characterum ſuorum inuentus fuerit, quicunq; illum habuerit, erit fornicator, cupiens vxores alienas, plus quàm ſuas, eritq; vilis, & vilia operans, atq; vxorum aliquando interfector, vel patrui lecti violator.

DE MERCVRIALIBVS CAP. XI.

MERCVRIALES habent lineas obſcuras, & non apertas in digito Mercurij. Tales ſunt leues homines, fures fortunæ, faſtidioſi, impuri, inordinati, concubinarij, mendaces, exploratores, inſidiatores, iniuſti, omni malo pleni, ad maleficia parati: qui licet plurimis pœnis puniantur, & poſteà dimiſſi, non tamen conſiderant quæ euenire poſſunt, ſed



abſque ratione iterum ad perpetranda mala reuertuntur, ſunt inſtabiles, ſine conſtantia ſed audaces, & ſtulti Si tamen prædictæ lineæ ſint pulchræ & claræ, tales ſunt eloquentes, muſici, ſermocinatores, ingenioſi, Arithmetici, Geometræ, Augures, & optimi Rhetores, laudem & memoriam ſuorum operum exoptantes, factores & ſpeculatores profundorum ſecretorum, & valdè ſecreti, ac celantes ea, quæ habent in corde. Literā diuinam A in dicto loco Mercurij deferentes, ſunt inquiſitores omnium ſecretorum, vnde impedimentum habebunt, & ſibiipſis nocumenta facient: ſuntq́; granis linguæ, ſed peſſimi animi, quibus multi inuidebunt, atq; eis derogabūt. B negociatores ſunt, fideles, habentes magnam ſubſtātiā, fortes ac gētibus præpoſiti. C ſunt negligētes, ludorum amatores, ac lucri, quod ex furto, & omni nequitia procedit, ſcriptores, & doctores linguarū, librorum, & ſciētiarum incognitarum, falſas chartas cōponentes, ac mirabilia ſui ingenij excellentia operantes. D ſunt ſapientes, bonorum operatores, ſcientiarum doctores, Aſtronomi, ac dilecti à parentibus, pauperes, in iuuentute magna opera exercētes, ſed poſt medium vitæ diuitijs abundantes, dolorē ſtomachi, et aliarū partium patiētes, & cum dæmoniorum opera exercentibus participātes. E ſunt religioſi, mulierū opera facientes, picturas varias, & mulierū ornamēta diligētes. F ſunt periti, ac totius philoſophiæ indagatores excellētiſſimi. G ſunt bonæ vitæ, & magnæ intelligentiæ, paruas puellas & paruas mulieres diligentes, & omnia parua ſectantes. Si in loco Mercurij aliquod præmiſſorum ſignorum ſibi appropriatum (vt in præcedenti tabula apparet) inueniatur, habentes, ſunt graues loquela, ſupplicatione pleni, atque cum ſapientibus & religioſis viris commiſcentes & naturaliter elegantes.

DE LVNATICIS CAP. XII.



QVI ſunt de natura Lunæ, habent in quadrangulo hoc ſignum ♋ benè diſpoſitum. Tales enim in prima ætate ſunt egeni. In ſecunda diuites vltra modum, ita quod omnes admirantur, ſed in ſenectute reuertantur ad primum ſtatum, prout iſte planeta facit creſcendo & minuendo, qua de re ſatius eſſet tales nō ducere vxores, ſed potius alicui Principi, vel Prælato adhærere, quia

ſic ditabuntur iſti quoque, pacificam & quietam vitam diligunt, & homines ſibi ſecretos facere cupiunt. Diuina litera A in loco Lunæ reperta, cauſat diuerſas ægritudines homines pati, ac parentum ſubſtantiæ deſtructores. B homines fortunatos, religioſis commixtos, aut ipſoſmet fore religioſos. C habentes, ſunt nobiles, ſubtiles, & profundarum ſcientiarum ſcriptores, audaces tamen, & in malis operibus pergentes, vnde oculorum ægritudinem patientur, & fortè repentina morte peribunt, ſaltē longa vexabuntur ægritudine. D hi ſunt intromittentes ſe in multa magiſteria, dolorem ſtomachi ex parte oculorum mirabiliter patientes. E hi ſunt turpi libidine inuoluti, paruamque ſtabilitatem in omnibus habentes. F hi ſunt peregrini, munera quærentes, fideles, & bonæ voluntatis. G hi ſunt nobiles, & magni, & à mulieribus aut earum cauſa bona recipientes: quod ſi prædictæ figuræ non fuerint pulchræ, diuerſis ægritudinibus grauabuntur. Si in loco Lunæ aliquis ſæpè dictorum characterum, aut aliquod ſignum ſibi appropriatum reperiatur, ferentes grauabuntur ægritudine ventoſitatis, renum vel tuſsis.

DE MONTIBVS DIGITORVM SIVE EORVM RAdicibus atque de ipſis digitis, & primò de pollice & eius monte quem Veteres Veneri dicatum voluere,

CAPVT XIII.



Vbi habūdè ſatis de literis diuinis & de characteribus, qui in montibus planetarum aliquādo inueniri poſſunt, tractatū eſt: ad digitos nunc meritò procedendum eſt, qui etiam ſuos particulares habent characteres, & de eorū ſignificationibus dicendū reſtat. Et primò de pollice, qui eſt dictus digitus Veneris, eò quod mōti Veneris ſuperemi net, qui ſi ſit colore viuo, & rubēti benè diſpoſitus, bonā corporis qualitatem notat, et mulierū amatorem oſtendit hominē, veſtitus pulchros appetentē, & munditijs ſtudentem. Quod ſi in eo breuiuſcula alia linea, ſecundum vitæ lineā rectè deuoluatur, vt in litera A quæ vitalis ſoror dicitur, ſignū eſt, hominē Venereis oblectari, perpetuis diuitijs habundantē, & quo longior ſine abruptione vitalem comitetur, eò melior, etiam ſi à ſummo tubere nō incipiat, ſed fortè in medio, vt litera B aut nō longè ab imo, tenuitatē quidem rerū in prima ætate, in ſe- A B

*quētib. copiā & habūdantiā ſignificat, nōnunquā quatuor lineæ, æquo inter-
uallo, à montis ſommo, ad reſtrictam manus concurrūt, pollicenturq; diuitias,*
C *& honores, in prima ætate, vt in litera C. Si extremū pollicis articulū, pau-*
Diuitiæ. Honores *lo ſub vngue aut prope ipſam iuncturam lineæ ſcindant claræ aut lucidæ, diui-*
D *tias & honores ſtatim præſagiunt, vt litera D plerumq; ſubtilis inciſio, à ſu-*
Mors. *premo pollicis monte verſus lineam vitæ, ſignificat ferro interiturū hominē,*
E *vt litera E. quædam lucidæ lineæ, iuxta indicem ortæ, ſecantes lineam vitæ,*
Peregrinatio. *multarum peregrinationum, & longarum, per diuerſas mūdi regiones, indi-*
F Luxuria. *ces ſunt, vt litera F in quibusdam eodē ortæ loco inciſiones, ad vitæ aut cor-
dis lineam tendentes, iactatorem & ambitioſum, quiq; luxu & libidine fra-*
G Inceſtus. *ctus eſt, hominem notant. Vt litera G quædam lineæ rubicundæ, in eodem
loco, montem pollicis peragrantes, cognatorum inceſtum, & concubitum o-
ſtendunt, vel quod vix abſtinere poſſit. Vt id melius percipiatur, vtile fuerit
illius hominis Phyſiognomiam contemplari, eūque totum examinare, ne ali-*
H *quando temerè fiat iudicium. Nam omnia ſi inter ſe correſpondeant, erit ve-
rum teſtimonium, ſcilicet manus lineamenta et frontis. nam frontis linearum*
Notandum. *adminiculo, occultam hominis naturam, & futuram vitæ ſortem deprehendi
mus, id quod ſemel hoc loco dictum eſt, in omnibus obſeruari debet. Qui ſua-*
Vita læta *ues ſunt moribus, et vitæ iucundæ, lætè et hilariter conuerſantur, ac faceti*
Muſica. I *ſunt, & iocos miſcēt, Muſicis gaudentes, ſtellulas habent in hoc monte. Vt li-
tera I, eſt enim Veneris hæc integra regio, cuius hoc eſt ſtudium, et frequēter
tales montem habent pluribus ſciſſum paruis, et claris ſectionibus, habētq; fa-
ciē colore candidam, corporis compaginem decentiſſimam, oculos nigros &
præfulgidos, omninò venuſtos, læto intuitu, ore honeſto, & per omnia ſunt*
Phyſiognomia Venereorum. *Venerei, laſciui, luxui dediti, ac libidine accēſi, aleæ ſtudentes, et in iocis aſ-
ſidui, ducētes choreas, oblectātes ſe florib. roſis ac odoribus, ac iucūda omnia
appetentes, frequenter rident, compotationes ac ludos frequentātes, ſalaces,
ebrioſi, venuſti et procaces, in Venereis artibus edocendis faciles, in reliquis
difficiles, liberales, leues, miſericordes, natura non mali, pij atq; iuſti, in ami-
citia integri, & fidi, muſici, picturis & ſtatuarum artificio & pulchritudine
capti, quibus eſt vita ſplendida, res mediocris, lucri nullus ardor, neque aua-
ritiæ ſtudium, hi alios exhilarant, delitijs affluunt, voluptatem colunt, luxui,
delicijs, ac lætitiæ dediti ſunt, quos nulla res facile permouet, minime cogita-
bundi, ſed præſentibus contenti, anxietatem omnē vilipendentes. In ſumma,
qui ſic viuit, ſic moriatur oportet. In his profectò cōſideranda eſt cuiusuis na-*
K *tura. nam ex manus nuda inſpectione, id ita correctè fieri nequit, ſed ex toti-
us habitudinis contemplatione. Qui præterea in pollice minimas habēt fiſſu-
ras inordinatas, nec pari interuallo, ſed ſparſim inter ſe diuerſas, eos haud du
biè libidinoſos et impuros, ſed interius macilentos, etiā cōtentioſos, et qui cum*
A *mulieribus lites facilè conferant, ac moroſos ac difficiles eſſe, nemo dubitat:
cumq; libidine ita æſtuent, vt ſatiari facilè nō poſſint, exquirātq; ibi genera in
ſueti vſus, et mōſtro ſimillima, cōuerſationis ſunt non iucundæ et vitæ inſua-
uis, nullius ſapientiæ ſtudiū affectant. nec in doctrinis proficiunt, ſed ad alia*

ca

capaciores ſunt, ſciteq́; ea exercent, quæ manutiuo opere fiunt, quæ ad luxum ſpectant, omnia ingenioſè excogitant: Qui tales ſunt, & talia manus lineamenta habent, in eorum genitura ferè ſemper Venerem in ſexta aut octaua domo habent, ſiccine concordat Aſtrologia cum ſorore Chyromantia. Qui circa primã iuncturam pollicis, vt litera L oſtenditur, rimulam quandam habēt, aut lineam totam iuncturam circumambientem, ſuspendio intereunt, quod experientia ſæpè compertum eſt, patitur tamen aliquando hæc regula exceptionem. Sed alia ſuſpendij adhuc ſunt indicia: qui tribus aut quatuor lineis in latum ſub prima iunctura cōſciſſum habent pollicem, in iuuentute diuitijs & honoribus amplificantur: vt litera M patet. Si verò ſuper primam iuncturam habent, in prouectiori ætate ſuperuenient dictæ diuitiæ & honores, tandem in ſenectute, ſi prope ſecundam iuncturam hæ ſectiones inuentæ fuerint. In muliere hæc linea inuenta fraudulentam, & non bonam notat mulierem. Mulieres ſignum Solis in monte Veneris impreſſum habentes: vt litera N patet, ſunt libidinoſæ nimis, perditæ, adulteræ, ſeſe vltrò proſtituentes, ac intemperatæ, & in coitu inſatiabiles: cuius nuptæ primam in pollice iuncturam tres interſectiones parum impari interuallo ſecant: vt in litera O ei à marito proprio vulnerationis, aut necis imminere periculum iudicandũ eſt, eamq́, cui ſubtus ſecundam iuncturam, paruulæ & multæ ſunt cruces, piã & religioni deditã denotari: rurſumque duas tantùm huiuſmodi notas quæ habēt, litigioſas, infideles, petulantes, procaces eſſe nemo dubitat. Idem ſerè de habentibus in eodem loco plures ramuſculos.

Aſtrologia. Chyromantia.

Suſpendium.

M


Diuitiæ. Honor.

N

O

DE INDICE ET EIVS MONTE AC Iouialibus, Caput. XIIII.

9




OMNIVM planetarum beneficētiſſimus princeps eſt Iupiter, qui ſub hora ſua notos (vt narrant Mathematici) ita fouet, vt ſi non obſtaret aliorum planetarum malitia, immortales ferè reſeruaret: is ſuam ſedem ſub indice retinet, qui ſi fuerit planus & leuigatus, honeſtatem vitæ, ac bonitatē naturæ deſignat, eóque magis, ſi à digito ipſo paruulæ quædam & ſubobſcuræ rimulæ non magno inter ſe ſpacio diſtiterint, tunc etiam honores & dignitates à Principibus portendunt. Clara quædam ſectio & recta, in ipſa indicis radice or-

Honores & dignitates.

ta, & à media propè naturali, ad tuberis eius angulum tranſuerſum mouens ſe, animi magnitudinem, & rerum maximarum curam notat, habentes famam appetent, & gloria cupient inſigniri. Paruula quædam linea à mēſali ad indicis montem tendens, idē vt prius notat: atq; has dictas ſectiones, ſi tranſuerſæ quædam rimulæ interſcindāt, capitis vulnera protendūt. Sæpè indicem à medio ſeparat ſectio quædam clara ac rubicūda, & inteſtinorum vitia arguit, eorumq́ue imbecillitatē in viris: nam mulieres hāc habētes in partu periclitaturas periculum eſt, eóque magis quo magis rubeat. Aiunt violenta morte periturum, in cuius manu à menſalis fine orta ſectio, tuber Iouis rectà petat. Cruces in loco Iouis apparentes, honorū acceſſiōes, et dignitatū incremēta præſagiūt, toties atq; cruces repertæ ſint, compertumq́; ſæpè eſt ſacerdotia, & dignitates aſſecutos eccleſiaſticas abundè fuiſſe, qui talia ſigna ferrēt, et Iouiales dicuntur fortunæ ſucceſſu fœliciſſimi, corpus habent modice cōpactū, forma ad modum gracili, & venuſta, coloris candidi, capillo ſpiſſo, oculis decenter compoſitis, ſunt mundi lætitiæ dediti: Ipſorum natura eſt, animi magnitudo & elatio, magnorum appetens, liberalitas, aliquando vltra ſuas facultates, regnandi deſiderium, alijs cupiunt imperare, in ſūmis rebus occupātur, infirmorū impatientes, ac mediocritatis cōtemptores, honeſti, nobiles, gloriæ cupidi, et famæ captatores, læti interim, iucūditati et lætitiæ dediti, ſæpenumero inflati & turgidi, magnis apti negotijs, ac ad regū faſtigiū plane āhelātes, fidei opinione clari, amicitiarum ſtudioſi, ſimplices, et à fraudibus abhorrentes, paci ſtudētes, per omnia probi, vt plurimū ſapientiæ etiā dediti, ciuili prudentia inſigniter præditi, conſilio pollentes, nec eloquentiæ expertes: Eorum inceſſus neq; nimium citus, neq́; tardus eſt, conſtantes ſunt animo, nulli hominum fœliciores ſunt, nulli votorum facilius compotes: Magnorum virorū ſemper patrocinio tuti ſunt, et principum teſtimonio commēdantnr, amant vxores, amāt proles, ac ſuos pie diligunt, ſucceſſu tēporis fortunati ſunt, cibi ſunt appetentes, & ideo ſæpe ſtomachi cruditate laborant, aut circa epar, nam & valetudinē turbat eis crapula, alioqui diuturniori vitæ apti eſſent: Iouiales ſæpe claras habent voces, dentes duos ſuperiores eminentes, citò paupertatem & pubertatem egredientes: hæc in ſumma de eis, quorū in genitura Iuppiter abſque

IO



Vulnus capitis.

Inteſtinorū vitium.

Mors violenta.

Dignitas

Beneficia.

Iouialiū natura & conditio

Iuppiter dominus geniturę.

abſque alterius mali commixtione dominus eſt. Cæterū ſi qua mulier in extremo indicis articulo circa manum multas habuerit lineas tranſuerſales, in latum tendentes, ei ex morte propinquorum aut affinium hæreditates amplas aiunt ſucceſſuras: quòd ſi in medio articulo eaſdem præferat, inuidam, mendacem, & fraudulentam eam arguunt. Item eiſdem ſignis ſi montem Iouis conſciſſum habeat, iracundiæ, amarulentæ moroſitatis, & ingenij ſuſpicione eam infamant. Compertum eſt etiam eas multas proles poſſe parere, ſi aliqua mulier in medio articulo habeat tres lucidas ſectiones, ſecundum digiti longitudinem deſcendentes, quarum media breuis, & vna parte obtuſior ſit, perq́ue eas tranſuerſim, & in latum ſectionem aliam clariorem, duasq́ue obſcuras, quæ mediam illam breuiuſculam non attingunt. Improbitatis & impudicæ mulieris etiam ſignum erit, ſi ſtellulas cum hemiciclo in monte Iouis habeat. Tres lineæ ſe variè curuātes, penè æquo interuallo in latum extrema parte infra vltimam iuncturam, indicem per latum ſcindentes, mulieris impuritatem arguunt. Contrà, ſi cuius medium articulum ſcindant in longum, ſectiones, quarum in medio ſtella aliqua ſit, caſtitatis & pudoris argumentum eſt. Qui in latere Iouiali ſtellam aut crucem habet claram, & viui coloris, quam nullæ interſecent aut confundant aliæ ſectiones, aut rugæ, habentes lineam quandam à medij tubere ad reſtrictam ſæpe ſunt imbecilles, meticuloſi, puſillanimes, ſed inuidi & auari. Alij dicunt qui hanc lineam cōſciſſam ea parte manus habet, ſi eos aliquando capi, & in cuſtodia vel in carcere poni contingat, aut ibi morituros, aut ſupplicio affici, vel difficulter liberari.

Hæreditas.
Impudicitia.
Caſtitas
Pudor.
Inuidia.
Auaritia.
Carcer.
Mors.

DE MONTE MEDII SIVE SATVRNI, ac de eius digito & Saturninis hominibus, Caput XV.

DICTVM *fuit in præcedentibus medium digitum Saturno conceſſum fuiſſe, eò quòd ſuo monti ſupereminet. Qui ſi planus penitùs fuerit, & ſine rugis ſiue ſectionibus ſimplicem hominem notat, laborioſum, ſedulum, fraudis expertum: Si verò à menſali rima procedens montem Saturni ſecet, hominem denotat mirifice anxium, & qui quotidianis commoueatur curis; quem ſollicitudines inquietum reddunt, qui aßiduè aliquid meditetur ſeq́ue conficiat intra, & quanquam hæc agat nunquam tamen aut perrarò locupletetur: complures ibi ſectiones, vitam notant cum inopia anxiam, & in magna rerum penuria laborioſam, atque carceres, & ſæpe torturas in eis pati. Vbi à radice annularis ad Saturni tuber, quædam ſe recuruat ſectio, hominem pigrum, torpentem, ignauum, ac deſidem, ſtolidum, inſipientem, temerarium, ſtupidum, qui nil agit ſcitu, nonnunquam audeat aliquid impudentur, rudi intellectu, mente ſtolida. Mulier plures habēs ſectiones inter Solis & Saturni digitos in longū deſcēdentes, quàm inter Solis & Mercurij, cùm ibi quoq; habeat quasdā generationi*

Carcer.
Generatio in apta muliere.

apta

II



Genera- tioni ap- ta mulier

apta eſt, & maſculos ſæpè cõcipit. Poteſt tamen hæc regula aliquãdo pati exceptionẽ, hoc ſcitè exploratum eſt, ſi aliquæ à principalibus lineis paruæ ſectiones ad Saturni montem protendantur, hominem malæ qualitatis, nec vitæ admodũ eſſe probæ, indicium eſt. Si in manu muliebri in prima digiti iunctura crux aut ſtellula inueniatur, ſterilitatis eſſe argumentum.

Mulier ſterilis.

Qui montẽ hunc plurimis rimis variè inſciſſum habet, aliorũ perinde digitorum rimoſis tuberculis, eum Saturninũ eſſe nõ eſt diffidendũ.

Saturni- nus.

Quo loco referre arbitror eius planetæ habitudines, pallent hi plurimũ, & inuenuſta ſunt facie, ac defixis in terram oculis tardiuſculè incedunt, Melancholici & interdũ recuruo etiam tergo, moribus ſunt ſæpe improbis: nam malicioſos facit Saturnus, ſubdolos & fraudulẽtos, gaudẽt eſſe ſoli, ac ſibi viuũt, nec ferè alijs operam dãt, aut amicis vacãt, cibo non vſque adeo ſibi indulgent, potatores verò ſunt ſtrenui, quanquã ſæpè edunt, et nõnunquam voraces sũt:

Vorax.

Etiam agitãtur cõtinuò miſeris curarũ inquietudinibus, neque vnquam à ſolicitudine liberi ſunt, & anxiè affliguntur amariſſimis cogitationibus, ſemper triſti meticuloſa agitantes animo, vita eſt eis placida apud paludes & ſtagna, ſordidè viuunt, per omnia loquuntur tardè & pauca, nonnunquam propter aſſiduam cõtemplationem auſcultare alios non poſſunt, frigent natura, imbecilli ſunt corpore, valetudinarij, vox eſt obſcura, & raucum quiddam ſubmurmurant, ac impedita sũt lingua, inuident alijs facilè, ſuntque omnium tenaciſſimi: itaque & quos odio proſequi decreuerunt, irremiſſibiliter et infenſiſſimè faciunt, quos volunt, amãt: Cogitationes eorum ſunt velle ædificare, arbores plantare, agros colere, & aliquid diu manſurum incipere: nec admodum amant mulieres, itaq; & prolibus rarò dant operam, plerunque ſteriles moriendo, ſenſibus obtuſis, & intellectu hebeti, libertatis ſunt mirabiliter tenaces, eãque contumaciſſimè tuentur, nec ferunt dominos, & ſeruire in extremis iudicant malis, regnorum vt nulli hominum impatientiſſimi, gaudent nigro, itaque ſic veſtiunt, & omnia eo colore confecta circum ſe volunt, ſuſpicantur facilè, & facilè metuunt, atq; hi ſomniorum etiam habent curam, humilia cogitantes.

Expoſitio Chyromantię Saturninorũ.

Et hæc hactenus de Saturninis, præterea ſignum in prima medij iunctura impreſſum, ſi quidem mulieris fuerit bonũ, ſin viri contrarium protendit, mulier quoq; ferens in di

cta

cta iunctura quinq; aut ſex lineas ſeorſum in digiti longum demiſſas, ſignãt filium eam parituram, qui aliquando ſacerdos futurus ſit: ſed quæ in eadem iunctura ſtellam habet, interfectam iri dicunt.

DE MONTE ET DIGITO ANNVLARI & eius ſignificatione, & natura ſolarium, CAPVT VI.

12



EST annularis mons, qui inter digitum et menſalē quadam intercapedine prominet, à vulgo dictus ſolaris, ab illius igitur radice ad menſalem vſque, ſi protēdantur lineæ minuſculæ, idem perinde faciunt, quod apud aſtrologos Mercurius, hominē acri, feliciq; ingenio, varijs deditum diſciplinis, arrogantem, & cum quodam ſupercilio eloquentem, dignitatum capacē, tam ſecularium, quam ſpiritualium: fit interdū quod geminatim in modū parallelarum diſtent æquè, quod obſeruandū eſt. Nihil fere differt niſi quod magniloquentiam admittit, ſobrietatem & honeſtatem: ſecus ſi aliunde in illas ducantur aliæ, vel intrinſecus ſe ſecuerint, oppoſitum ſignificabunt, niſi forte omnino ſe ſe non interſecent, id apprime fauſtum, ominoſumq; habetur, quod inimicos omnes vincet, poſternetq; ſub ſe. Iam ſi neq; contigerint digitum, neq; æqua-
liter locentur à menſali, verum prætendant ad vicinum digitum iuxta alte- Vitę muta
rationem linearum, etiam ſtatus et vitæ mutationem notat. Item ſi plures ru- tio.
bicundæ lineæ tenues, per eundem montem ducãtur, iucundum, hilarem, prudentem ſignabunt. Quæ tamen ſi fuerint tortuoſæ ac rubicūdæ, dolores indicant, quibus iam actu quis affligitur: pallidæ identidem cruciatus, verū præteritos niſi interſecantes ſe in modum crucis (vt dicunt) fuerint: protractæ verò à menſali per montem Solis ad primam iuncturam, prouidū, res ſuas prudēter moderantem. Et de his eſt verum iudiciū ſi pulchræ fuerint dictæ lineæ & dictus locus eis pulchre fuerit ornatus. Eſt et aliud ſignū videlicet, ſi duæ lineæ tortuoſæ, parallelæ, protenſæ à reſtricta, quæ fœliciſſima pronūciant in
dignitatibus acquirendis et quicquid ad optimas virtutes ſpectat ſcientiam, Dignitates
prudentiam, liberalitatem. Item ſi ad inuicem concurrant multæ lineæ ſupra iuncturā primam, ſitq; fœmina, quæ has habeat, idē prædicat prorſus, hoc adiecto quod ea maritis locupletabitur, habebiturque in honore etiam denotat,

ſed monaſticam vitam nō feret, ſi in ſecunda iunctura fuerint, ſemper in honore erit. Verum inter eos qui de eodem ſunt ſtemmate, vbique enim tā in viris quàm fœminis diuitias notant, peſsimum verò ſi ad ſolarē vſque proceſſerint.

DE MONTE ET DIGITO MERcuriali, & de natura Merculiarium, Caput XVII.



MONS auricularis ſiue Mercurij eſt inter minimū digitum et menſalem. Permagni refert planus ſit hic, nec ne, neruis ꝑlixus, an obductus lineis, et coloratus. Repurgatꝰ enim à verrucis, à ſqualoribus, ac neruis decenter coloratus, tunc conſtanti animo virū oſtendit, in virgine integritatē: vbi linea gracilis, picturatáque à menſa orta, ad radicē montis diametro procedēs deſcenderit, liberalitatē notat. Eædem perplures ſimiliter inter menſam & auricularem ſumentes exordia, tot nuptias præ ſe ferunt, quot illinc trahuntur lineæ: tamen longitudinem, contractionem, exilitatem, & colorem animaduerti volunt Chyromantici. Pallidæ prædictas nuptias peractas notant: oblongæ & optimo colore tinctæ, contrahendas in futurum dicunt. Euenit verò haud rarò, vt ſi harum aliquæ inueniantur craſsiores & rubicundæ, homines mendaces, ſubuerſores, fures, raptores, deinde omni flagitiorū genere contaminatos ſignificent. Et hactenus de parallelis & rectis lineis. Si recurua vel circularis aliqua, demiſſa ſit ex eodem digito decliuis ad medium, præclaram indolem denotat, de quo multa ſit ſpes, qui ad omnem fortunā tandem futurus ſit idoneus. Mulier habēs paruulas et retortas lineas, è ſuperiori parte auricularis, conditionē indicat, quæ fermè toti fœminarū cohorti familiaris eſt, nempe inſolentiam, garrulitatē, inconſtantiam. Phyſiognomia omniū Mercurialium hæc fere eſt, color medius inter albū et nigrum, frons eleuata, rotōda facies, oculi perpulchri in felium morē, nō omninò nigri, barba nigra, ſed rara, corpuſculū gracile, ſtatura decens, labia tenuia, naſus præacutus, vox gracilis et eadē prompta, motus velox, id etiam ex mēte præſagire licet: ſi variegatus plurimis rectis lineis fuerit, ſecundū conuerſationē, erit docilis ingenij, ſectarū amator, audax, ſcortator, fidelis, procliuus ad mēdacia, oſor ſuperſtitionis

Conſtantia.

Nuptiæ

Fur. Mendax.

Phyſiognomia Mercurialium

templis & oraculis non multum tribuens, ad omnes artes idoneus, præſertim Matheſim, & Geometriam, omnium horarum homo, Doctor, Poëta, Mathematicus, ſcientia præditus linguarum, ſcrutator arcanorum, Philoſophus, cordatus, modeſtus, etiam verboſus, ſed neminem lædẽs, eis artibus Mechanicis ſtudens quæ politiores ſunt, & mũdiores, ſcilicet picturis & huiuſmodi, agriculturis tamen paulò plus, infortunatus, & infeſtatione phantaſmatum plus quàm cæteri homines, ferens ſigna quæ hîc in prima iunctura pinguntur, erit Rhetoricæ ſtudioſus, arrogans, ſuperſtitioſus, ingenij procacis, ſignum ferens quod in ſecunda eſt iunctura, inſignem prædicatorem oſtendit, ſi obuersũ ſit, varijs obnoxium paſſionibus, horribilibus ſomnijs, & malis phantaſmatibus. Et quæ in tertia iunctura ſunt, paupertatis ſigna ſunt, inediæ, tenuitatis. Et hæc de auriculari.

DE BAZI TRIANGVLARI ET DE his lunaticis quibus præeſt Luna, CAPVT XVIII.

14




*V*ITALIS, *naturalis, & linea epatis figurã ſimul coniũctæ triangularẽ faciũt, qui triãgulus ſi æquis angulis cõſtituatur, ſanitatẽ, incolumitatem, florentem nõ ſolũ corpore hominẽ, ſed etiã animo indicat. Si obſcuris lineis conſtituatur, aut circũ ſe puncta vel puncturas habeat, de ſtomacho et epate prognoſticandum erit, nempe indigeſtionem ſignificabit Morpheam, torturã, ſpaſmũ, plegma, conſtrictionẽ alui, dolorẽ ſtomachi, et coſtarũ, præcipuè ſi palleant puncta: porrò ſi dictus triangulus fuerit benè obductus cute rubra. Rubor tamẽ ille ſi ad lineã vitæ ꝓpenſior quàm ad naturalẽ fuerit, dolorẽ capitis minatur: & è diuerſo pneuripimoniã, tuſſim, ethicã, ſqualorem oris, ſi ad naturalem rubor ille conuertatur, id quoq; ſcitu dignũ eſt: ſi figura talis rotunda ⊙ appareat, amiſſionem vnius oculi notat. Si duo circuli appareãt, vtriuſq; oculi erit perditio et eſt certiſſimũ à doctiſſimis viris compertum. Idem efficiet ſtellula in loco Lunæ cõperta, quæ nepharium ac ſceleratiſſimũ ſignificat. Lunatici ſunt facie albi, modico perfuſi rubore, coniuncta habent ſupercilia, facies et maxillæ illis inflatæ ſunt, oculi ſunt inæquales ſubnigri, fortaſſè ſignati notula aliqua in facie, nullius frugi, languidi, inſtabiles,*

pigri, inſipientes, inopes, atque id in prima ætate, in ſecunda verò ditiores euadent: in tertia, rurſus in miſeriã labẽtur, deliri, infortunati, nati ad peragrandum perpetuò terrã, ægritudines eorũ ſunt Epilentia, Paraliſis, guttæ caducæ, torturæ vultus, niſi luna ſit in radice natiuitatis, Solem vel Iouem ſibi habent benè propitium.

Epilentia. Paraliſis.

DE LOCO MARTIS ET NATVRA Martialium, Caput XIX.

15




MARtis locus præcisè eſt in medio trianguli, in quo ſi alius paruus inueniatur triangulus, vt apparet in præſenti figura, ſecundum oẽs proprietates Martialium prognoſticandũ eſt. Et quo maior fuerit, eò amplificãdus eſt vitij catalogus, præſertim ſi latus & benè collocatus lineis fuerit: hîc non erit prætermittenda Phyſiognomia, citrà quam non ita exactè fit iudicium. Martialis autẽ quiuis faciẽ habet rubei coloris, veluti à Sole combuſtus, pauci capillitij, & eodem criſpo, minutis oculis, corpore aliquantulum incuruo, et acri, ſeuero'q; aſpectu, animo audax, auarus, fraudulẽtus, raptor, infidelis, inſignis nugator, inuerecundus, leuis, inconſtans, iracundus, ſeditioſus, ſuſpitioſus, impatiens, homicida, iactabundus, deriſor, periurus, falſarius rerũ omniũ quæ adulterari poſſunt. Et hæc hactenus de montibus, digitis, eorumq; ſignificatis, et hominum natura diuerſa, ſecundum Planetas habundê tractatum fuit, prout placuit Ioanni de Indagine: nunc ad reliquum procedendum reſtat.

DE SIGNIS ALIQVIBVS EXTRAORDINArijs, quæ in montibus aliquando accidunt, & de eorum ſignificationibus, Cap. XX.

MArtialis dicendus eſt, qui aliquãdo laqueo ſuffocabitur, qui ſigna in manu ſua ferat, quæ in triangulo per literã A demonſtrantur. Si iuxta menſam manus hæc tria habuerit, audaciam, pertinaciam, ſeueritatem, patrimonij diſsipationem, oppreſſorem affinium, & cognatorum ſuorum ſignat, vt litera B notatur. Si in loco Veneris in prima iunctura, tale ſignum fuerit, vt litera C patet, in rebus om-

nibus

16



nibus proſperitatem plerumq; denotat. In ſecunda iunctura, paupertatem, iuxta vnguem, leproſam ſobolem, vt litera E. Alioqui ſemper in loco Veneris Venerium indicat & inceſtuoſum, adulterum, percuſſorem vxoris, præſertim ſi in mõticulo hæc ſigna reperiantur: in prima iũctura digiti Iouis, tale ſignũ à litera F oſtenſum, adulterum notat, in ſuperioribus iuncturis, opes denotantur in ſenectute, vt litera G. In Saturnino digito hæc ſigna Saturninum hominem declarãt, cuius natura (vt dictum eſt) facile cognoſcitur vt litera H. In Solis loco hoc ſignum longæuam vitam & proſperita- Mercuriales.
tem indicat. Mercuriales ſunt, qui hæc ſigna ferunt ſignificantia beneficia & alia officia, triſtitiam, melancholiam, & anguſtias, vt litera B & H oſtenditur. In loco Lunæ, à reſtricta ſi aſcendant lineæ, vt litera L apparent, ignauiam indicant, alioqui in loco Iouis bardum et ſtultum, maximè ſi fœmina ſit, quæ naturaliter non multum ſapit. Et hæc hactenus de ſignis, quæ in montibus, digitis, & iuncturis manuum accidere poſſunt. De natura etiam cuiuslibet hominis, qua inclinatur, & ad quos effectus ſit procliuior, ſatis enarrata ſunt, nunc vlterius progrediendum eſt.

DE LINEAE VITAE DIVISIONE, prout Tricaſſo placuit, Caput XXI.

M*VLTIS rationibus mouemur principio lineam vitæ, eiuſque ſitum & accidentia, diuiſionemque exponere. Primò notanda eſt cauſa, cur hæc linea plus cæteris indicet iudicium vitæ noſtræ, per quam ſi prima fronte conſpiciatur hominis vita breuis, fruſtra vlterius indagandũ eſſet de illius nati dignitatibus, & accidentibus, quæ illi euenire in vita poſſent, cùm ille morte præuentus, eis minus potiri poſſet. Secundò conſiderandus eſt diligenter ſitus dictæ lineæ, & eius ſignificatio. Tertiò notanda ſunt accidentia, quæ circa hanc lineam ex aliarum influentijs & conuenientia accidere & præuideri ſolent. Quod ad primum ſpectat in generatione omnis perfecti animalis in primo principio corporalis, quod à conceptione ſui generatur per ſemen, in matrice ſeminatum, virtute caliditatis, & virtutis actiuæ, Cor, in quo conſiſtit omnis virtus actiua, & conſeruatiua*


Primò

Secundò

Tertiò

Primum.

17



totius corporis cuiu'uis animalis (vt aiunt Philoſophi) eſt cōſtitutū in medio cuiuſuis corporis animalis, vt æqualiter vnicuiq; membro poſſit virtutem & ſuam proprietatē contribuere, prout naturali diſpoſitione illi conueniat. Igitur habens cor qualitatem elementarem, & virtutem actiuam ſua ꝓpria & naturali operatione ꝓtendēdi et formādi ſigna et lineas prout proportionātur et tēperantur alijs qualitatib. conſtitutis, ideo ſimilibus lineis inuentis in noſtris manibus effectuum & operationum noſtrarum ſignificatiuis, oportet fateri illas eſſe ſignificatiuas vitæ noſtræ, & viuendi rationis, quæ experientia ſæpe expertæ ſunt pro earum quantitate, luciditate, integritate maiori aut minori: & ab hac linea vitali aliæ videntur dependere, & habere originem, & eſt linea vitalis, quæ extenditur in medio ſpacio, inter pollicem & indicem, aſcendens in medio palmæ verſus raſcettam & brachium, & ex eius diſpoſitione fit iudicium vitæ breuis aut longæ, conſideratis ſuo ſitu, poſitione, cōtinuatione, diſcontinuatione, longitudine, breuitate, groſſitie, ſubtilitate, profunditate, & malē apparentia. Quod ad ſecundum notandum eſt, quod vitalis debet eſſe longa, integra, continua, profunda, apparens, & non multum lata in ſuperficie manus: Et ſic inuenta, ſignat bonam hominis complexionem, naturam temperatam, calorem naturalem nō eſſe ſuperexcedentem, nec ſuperatum ab alijs qualitatibus elementaribus. Si verò fuerit multum lata & groſſa, indicat naturalem caliditatem ſuperexcedentem, & per conſequens hominis naturam ferocem & beſtialem: Si verò lata fuerit non groſſa, malam hominis complexionem & diſpoſitionem, naturamq́ue infirmam, in eo ſcilicet tempore quo ſecundum dimenſionem inuenta fuerit larga. Et notandum eſt prout Tricaſſo placet in ſuo recognito Chyromantiæ libro, Venetijs impreſſo, Anno 1535. quod vitalis debeat metiri in ſua longitudine, modo ſequenti, pro temporis ratione, vt, pro decem primis annis (accipiente vitali ſuum principium in medio montis indicis eaque debitè formata) debet accipi ſpatium correſpondens oppoſito medij montis medij, et ſolet tantæ eſſet longitudinis, ——— obſeruata tamen ſemper proportione manus cuiuſuis hominis, in qua inuenitur, ætate, pro alijs decem annis minus ſpacium a cipiendum eſt in vitali, prout hæc indicat linea, ——— pro conſequentibus decem alijs annis, adhuc minus occupatur ſpatium,

Linea vitalis.

Secundum.

Natura Ferox beſtialis.

Vitalis dimenſio.

ſpacium, vt in hac linea patet——— & pro alijs ſubſequentibus decẽ adhuc minus, & ſic minuendo proportionaliter, quò magis & propior ſit commenſuratio verſus raſcettam, vt in antecedenti patet figura. Notandũ, quòd hæc vitalis commenſuratio debet proportionaliter metiri ſecundum cuiuslibet hominis manus diſpoſitionem: quia alij vitalem verſus concauum inclinatam habent, alij verſus montem, nihilo minus ſemper ſpacium 30. annorum reperietur in oppoſito ſpacio mediæ radicis pollicis. Siccine obſeruata hac commenſuratione diuidendo hoc ſpacium in tres partes, pro ratione trium decenniorum, iam dictorum, & alia proportionaliter diuidendo de decẽnio in decennium, facile diſcernitur vitæ longitudo aut breuitas. Sed Lector huic commẽſurationi parum attribuat: quandoquidem ſopiuit & omninò in hac dormiuit ne dicam errauit Tricaſſus.

DE ALIA COMMENSVRAtione ſecundum Tricaſſum Caput XXII.

18




IMPRIMIS notandum eſt, ſicuti vita noſtra in tribus ætatibus diuiditur: prima inquam, ſecunda & tertia: ſiccine et linea vitæ in tribus partibus diuiditur correſpondentibus hiſce tribus ætatibus. Nihilo minus etſi diuidatur in hiſce tribus partibus vna maior eſt altera parte. Pars enim tertiæ ætatis longè minor eſt parte primæ ætatis, & pars ſecũdæ ætatis minor eſt parte primæ ætatis, & maior parte tertiæ: quia maior longitudo lineæ vitalis attribuitur primæ ætati, quam ſecundæ, & maior longitudo ſecundæ ætatis, quàm tertiæ. Siccine maior prodibit notitia, ſi proportionaliter commenſuretur linea vitalis, de decennio in decennium, prout Tricaſſus fatetur, ſe experentia ſæpe comperiſſe, & quidem verè, ad cuius maiorem cognitionem adiecta eſt præſens figura. Verbi gratia, detur primis decem annis tantum ſpacij à principio vitalis, atque eſt vſque ad literam A, & alijs decem, ad literam B, & ſequentibus decem ad literam C, & aliud concedatur decennium ad literam D: ſiccine ſucceſſiuè de decennio

nio in decenniũ: ita tamen, quod quò plus multiplicetur numerus decennarius, eò minus ſpacij attribuatur ſubſequentibus decennijs, eoq; minus, quò plus ad finem vitalis ſpacium accedat. Et eſt notandum, quòd non debet fieri ſimpliciter iudicium linearum et figurarum, prout ſunt formatæ, ſed ꝓportionaliter & ſecundum ſimilitudinem ſuæ formationis. Aliæ lineæ menſalis ſcilicet, naturalis. Quadrangulus ipſius manus etiam in ſuas partes proportionales diuiditur. Mons etiam manus diuiditur, ſecundum aliarum linearum diuiſionem: nam ſtella vel aliud ſignum ſignificans diuitias, aut erit in fine montis, in puncto A, & notabit diuitias futuras in tertia ætate, ſcilicet circa ann. 50. Si autem in puncto B, affluent in ſecunda ætate circa 30. annũ. Si verò in puncto C, in prima ætate, et ſic de alijs. Notandum quoque circa fractionem lineæ vitalis, quod breuitas aut longitudo vitæ indicatur: nam ſi linea vitalis aliquo in loco fuerit interrupta, vt apparet in puncto A, non ſignificat terminum vitæ, ſed infirmitatẽ eo tempore ſuperueniẽtem, ſed tantò erit natus diuturnior, quantò rami ſubſequentes ſe magis hinc inde extẽderint: poteſt etiam adiuuari ab alia linea ſubſedente, attamen iudicium ferendum eſt de termino vitæ, ſecundum oppoſitionẽ rectam, quam ipſi ramuſculi perfeciſſent, ſi linea vitalis in integrum pertranſiſſet. Si autem quaſi ſubitò videatur refracta,

Mors. *nec ramuſculi extendantur, vt in puncto C, ſubita morte mori, aut vulneratum finire, aut breui infirmitate hominem ſignat deficere, prout ex alijs etiam percipi poteſt lineis, magiſque aut minus talis ſignificatio confirmatur ſecundum linearum proportionem, vt in præſcripta præſenti figura.*

DE DIVISIONE SPACII CONNVBII ET alia montis Veneris diuiſione, prout non ſatis correctè Tricaſſo placuit, Caput XXIII.




19

LINEAE Matrimonium ſignificantes, etiam ſunt menſurabiles, pro ratione proportionis: in quo accident tales amores aut matrimonia, vnde proportionaliter metiẽdo ſpacium inter radicem auricularis, & menſalẽ in medio ipſius montis, dicũtur eſſe 30. anni. Nihilo minus ſemper proportionaliter prius ſpacium dando, accõmodando tempus in tẽpus, vt 15. 18. 20. 25. 27. 30. 36. 40. & ſimiliter proportionãdo reliquos annos à 14. vſq; ad 50. vel circiter ab anno in annum,

annum: & pro huius maiori notitia præcedentem adiecimus figuram cum ipſius diuiſione & expoſitione montis pollicis, & linearum concurrentium in ſimili ſignificatione: vnde notandum eſt, quòd mons pollicis proportionaliter eſt diuiſus, & metiri debet, prout in præſenti figura, ſicuti dictæ lineæ tẽpus ſignificant, quo talis ſignificatio ſortietur ſuum effectum, & ſic de alijs.

DE COMMENSVRATIONE quattuor principalium linearum, Caput XXIIII.


20



Diuiſa modò, ꝓut Tricaſſo placuit, linea vitali, & aliæ pro eadẽ ratione & proportione metiri poſſunt. Naturalis et menſalis vniformes sũt, quoad mẽſurationem, ſcilicet eas diuidendo in tres partes proportionatas cum tribus præcipuis ætatibus vitæ noſtræ ſecundum noſtram doctrinam diuidendo & metiendo vitam noſtram, & viuendi rationem: Prima ætas durat ad 25. annum. Secunda ad 50. Tertia à 50. ad finem & terminum vitæ noſtræ. Notandum tamẽ eſt, quòd dictæ lineæ non metiendæ ſunt aliquando prout formatæ ſunt in manibus, ſed pro certa ſua proportione, qualẽ habere debent. Nam naturalis debet eſſe longa vſque ad montem manus extenſa, in oppoſito ſpacio medij montis auricularis, incipiens à medio monte indicis. Menſalis debet aſcendere vltra oppoſitum ſpacium montis medij, & ſi fuerit maioris quantitatis, iam dicta non conueniet menſura ſuæ commenſurationi. Nam in earum commenſuratione accipitur quantitas iam dicta, & proportionata. Igitur pro menſura naturalis, pro prima ætate, ſiue tempore annorum 25. metiendum eſt à principio ipſius vſq; ad oppoſitum ſpaciũ medij mõtis medij, & pro ſecũda ætate, ſiue ab annis 25. vſq; 50. eſt metiendum à dicto ſpacio medij vſq; ad medium montis annularis: reliquum ſeruiet pro reliquo termino vitæ. Menſalis verò pro prima ætate ſiue annis 25. metietur à principio ſui vſq; ad oppoſitum medij montis auricularis, et à 25. annis pro ſecunda ætate metienda eſt à termino primæ ætatis, à medio inquam monte auricularis, vſq; ad medium montẽ annularis. Reliquum vitæ vſq; ad mediũ

montem medij linea epathica nullam ſeruat debitā menſuram. Quadrangulus etiam in tres partes diſſecatur pro ratione trium ætatum prædictarū. Pro primis 25. annis vel prima ætate, accipitur terminus à medio montis indicis, vsq; ad medium montis medij, et â medio montis medij: pro alijs 25. ann. ſiue ſecunda ætate, vſq; ad medium montis annularis, & ab hoc loco reſiduum annorū vitæ accipitur vſq; ad medium montis auricularis. Et pro ratione huius commenſurationis fiunt indicia de dignitatibus, officijs, & bonis fortuitis, alijsq; caſib. qui euenire poſſunt, tali aut tali tempore, qui ſignificantur per lineas interſecatas in forma crucis in ipſo quadrangulo, ſcilicet quo tempore accidere debeant, & quo anno ætatis illius nati, in cuius manu hæ cruces et ſigna repeRiuntur, vt lucidè in præſenti patet figura.

DE VERA, LEGITIMA, ET MATHEMATICA menſuratione lineæ vitalis, nunquam amplius viſa, CAPVT XXV.



21

ANihilatis, Tricaſſi, Coclitis, & Corui, aliorumq; omnium linearum iniustis menſurationibus, Mathematicā, Geometricam, Arithmetica ſupputatione distinctā hanc perfectā adiecimus manus hominis Symmetriam. Vitalis namq; perfecta diuiſio talis, vt in hac figura patet, debet eſſe, quàm facilè quiuis mediocriter doctus experietur. Si alter pes circini in medio radicis indicis firmetur, altero ad medium radicis annularis extenſo, linea quadrantis ad vitalē deducatur, in cuius cōtactu primi decem anni cuiuſuis conſignantur, vti patet per prædictas cōmenſurationes per lineā à medio radicis medij, ad contactū vitalis demiſſā, prout patet in præſenti figura, deinde remanēte firmo altero circini pede in medio radicis indicis, vt dictum eſt, alter pes (quia in præcedentibus dimenſionibus dictum fuit, inæqualibus diſtantijs ſiue ſpacijs ætates metiendas, & ſemper eaſdem minui, quo magis ad raſcettam accedunt) inter annularem & auricularem præcisè dirigatur, qui rurſus ad contactum vitalis deducendus eſt, vt prius, in cuius contactu, decem alij anni ſcilicet 20. indicabuntur. Tertiò collocandus eſt pes circini (altero ſemper firmato in radice indicis) in medio radicis auricularis, & rur.


& rurſus deducenda linea ad vitalem, in cuius contactu annus nati 30. prodibit, ſcilicet in medio lineæ vitalis, prout Tricaſſus, etiam alij voluerunt, 30. annum ibi inueniri, quibus & ego conſentio, ſed non eorum ruditati, qui rationem Mathematicam & Geometricam ignorarunt. Vt igitur pateat ibidem medium eſſe vitalis, deducatur ab vngue pollicis linea quædam, quæ medium radicis pollicis ſcindens, recto tramite ad vitalem deducatur, certum erit lineam illam ſic ductam vitalem in duas partes æquales diſsecaturam, vitalem inquam proportionatam & raſcettam attingentem vel propè. Quartò adhuc altero circini pede in medio dictæ radicis indicis firmato, & altero ad finem auricularis in contactu percuſsionis extenſo, deducenda eſt rurſus linea ad contactum vitalis, qui annos nati 40. commonſtrabit. Quintò, quòd apprimè notandum eſt, collocandus pes circini ad contactum menſalis cum percuſsione, remanente (vt ſæpè dictum eſt) altero pede ad radicem indicis, & ſic deducta linea ad contactum vitalis prodibit diuiſio ætatis nati 50. annorum. Sextò eodem ſic firmato circino eadē amplitudo diſtantiæ præcedentis lineæ, quæ annos 50. à 40. diſiungebat in vitali pede circini acceptetur & deducatur linea præpoſteri ſcilicet ad percuſsionem voluendo, 60. annos promulgabit, & ſemper inæqualibus ſpacijs (vt in alijs cōmenſurationibus dictum fuit) diſtinctos oſtendet: ab hoc poſtremo ſpacio licto, ſi auferatur in vitali tertia pars amplitudinis, extenſo paulò remotius circini pede, prodibit locus annorum 70. à quorum rurſus poſteriori licto ſpacio, ſi rurſus extenſo pede circini, tertia pars auferatur, annos commonſtrabit 80. ſiccine continuando vſque ad annos ætatis hominis 100, & vltra. Hoc modo facilè inuenientur exacta hominum tempora in vitali, quæ hactenus nemo correctè calculo aliquo inuenit non ſine ſtudioſorum iactura.

DE DEBITA CVIVSVIS MANVS proportione, Caput XXVI.

SÆPISSIME *cum huic noſtræ abſolutiſsimæ Chyromantiæ operam darem, ſtudioſæ iuuentuti me accomodans, vt Typis, debitis figuris & proportionatis correctū Chyromantiæ librum commendarē, multos pictores conſului, qui proportionatas manus in lignorū ſuperficie depingerent, nullum inter multos repperi, qui id præſtare aut poſſet, aut ſciret, coactus fui calamo, iuuante circino, eas, propria manu delinire. Nā in hoc opere & iudicio exactiſsima requiritur manuum proportio, quam hactenus (ſaluo præiudicio, & arrogantia) ignorarunt omnes noſtri Chyromantici, præſertim ſemijnſanus Tricaſsus, qui ſeuerè nimis Conclitem & Coruū iniurijs afficit, improbans pictam Corui Chyromantiam, quibus notaui Tricaſſum cum ipſo Coclite, Mathematicos non fuiſſe, ſed aliqualiter practicos Chyromanticos: nam Matheſis verborum multiloquio non eget, ſed ocularibus & pictis demon-*

mon-

Manus proportio.



monſtrationibus, quibus ſtuduit Coruus, cui (aliorū reiectis nō bene ſanis opinionib.) conſentio. Debita manus proportio eſt, vt palma manus circa radices digitorū per tranſuerſum diuidatur in quattuor partes æquales, quibus altitudo maioris ſiue medij digiti reſpondere debet: eiſdem iam dictis partibus integra palma à radice medij ad raſcettā diuidenda eſt, iſta quòd longitudo latitudinem vna parte excreſcat, & erunt quinq; partes æquales, cui longitudini reſpōdebit altitudo indicis ad radicem pollicis, vt in præſenti figura lucidè patet. Craſsitudo digitorum erit ferè quarta pars latitudinis, vt ſcilicet ſi vna ex quattuor dictis æqualibus partibus in octo æquales minutias diuidatur, craſsitudo digiti cuiuſuis ſeptem partes, ſiue ſeptem minutias continebit. Pollex cæteris digitis eſt craſsior & potentior. Index tres partes lōgitudinis medij cum $\frac{1}{2}$ recipiet, annularis $\frac{1}{2}$ auricularis $2\frac{1}{2}$. Extremitas pollicis complicati, debet attingere radicem indicis, & excedere ſemipartem ex quattuor. Sic erit manus proportionata, cuius nunc dictam Symmetriam velim PICTORES, Cælatores, STATVARIOS, ARCHITECTORES obſeruare, ex cuius manus proportione facilè totam humani corporis Symmetriam perfectam elicerent.

DE DELINIATIONE LINEARUM MANUS CAPUT XXVII & poſtremum.

DE DELINIATIONE LInearum manus Caput XXVII & poſtremum.

INfinitis propemodum hominibus vtriuſq; ſexus, fortunæ caſus elapſos ſignificaui, futuroſque prædixi: ſaluo arrogantiæ ſcrupulo nunquam me fefellit iudicium: quoniam exactiſsimè cuiuſuis manus lineamenta examinare volui, vniuſcuiusq; lineæ ad alterius ſignificata cōparare, vt ſi in vtraq; manu alicuius rei ſignificatiua linea reperiretur, ꝓ vero haberē teſtimonio,

23



monio. Et hic hactenus meus fuit procedendi modus. Ideo vtramque manum, vt in figura apparet, in charta depinxi digitorum extremitates notans, colores linearum, & ea quæ in fine primi libri dicta ſunt, diligenter obſeruans, circino longitudinem linearum è vola excipiens, vnguium magnitudinem, & puncta in eis, & reliqua obſeruanda. Demum domi otioſè omnium linearũ proportionem, &c. animaduerti, exinde iudicium temperatè deſcripſi, quod hactenus nunquam me fefellit. Et hæc pro ſecundo Libro dicta ſufficiant, nunc ad Praxim, & Chyromantiæ exercitium procedendum eſt.

Abſolutiſsimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier
Hannonij Libri ſecundi finis.

ABSOLVTISSIMAE CHYROMANTIAE IOANNIS TAISNIER HANNONII V. I.

Doctoris, Poëtæ Laureati, Muſici excellentiſsimi, Liber incipit tertius, in quo ſigillatim de principalibus lineis eorumque ſignificatis tractatur, & primò, de linea vitali.

DE LINEA VITALI, ET QVARE dicatur vitalis, Cap. I.

EXHIBITIS hactenus principijs Chyromantiæ, nunc ſigillatim de vnaquaque linea tractandum eſt, & primo de linea vitali, ex cuius cognitione, & aliarum facilis elicitur cognitio. Notandum igitur primò, quod vna pars manus dicitur inferior, alia ſuperior, non tamen ideo quòd cognoſcatur aſcenſus & deſcenſus linearum, non quod perfectiorem aut imperfectiorem conſequatur effectum, ſed vt facilius earum deſcriptio, aut ſitus, ſiue formatio intelligatur, quod ſic apparet, quia & Doctores quoque indifferenter aſſumunt aſcenſum ſiue deſcenſum, & quidem non ſecundum ipſarum partium poſitionem, aut figurationem, magis autem ſecundum comparationem vnius lineæ ad aliam, ſiue vnius ſitus, aut loci ad alium ſitum, aut locum. Primò igitur notandum, quare vitalis hac nomenclatura deſignetur. Secundò de ipſius vitalis propria ſignificatione. Tertiò de alijs accidentibus in ipſa vitali, eorundemq́ ſignificationibus. Quo ad primum dicendum eſt pro ſententia & approbatione omnium philoſophorum, quod cor eſt primum in omnium animaliũ generatione, & in eo fundatur omnis vis actiua, ſiue conſeruatiua totius corporis noſtri & animalium, vnde medium cuiuſuis animalis occupat tanquam princeps in medio regni ſui. Sicut Sol in medio Planetarũ mirabiliter conſtitutus, vndequaque æqualiter ſuos radios extendens influit: ſic cor æqualiter vnicuique parti in medio corporis exiſtens, proprietatem ſuam confert. Cũ autem caliditas ſit ipſa virtus actiua, & formatiua corporis noſtri, eiuſq́ virtus et operatio propria ſit materiam in longitudinem extendere, non ſolùm corporis noſtri, verum etiam & omnium corporum aliorum animalium, omnium vegetabilium, ſequitur quod cum huiuſmodi lineæ in manibus noſtris exiſtentes, omnium operationum hominum ſignificatiuæ ſunt, et illa ſignificatio vitæ humanæ dicitur, quam cæteris longiorem depræhenſum eſt: Hæc autem illa eſt vitalis, Vitalis. *quæ inter indicem, & tuberculum pollicis principium ſumens, ipſum montem pollicis circumdando ad raſcettam protendit, vnde & vitalis linea dicitur, eò quod per ipſam vitæ humanæ momenta, ac tempora perquiruntur. Eius namque habita conſideratione, ſcilicet ipſius ſitus, aut poſitionis, cõtinuationis, aut diſcõtinuationis longitudinis, aut breuitatis, groſsitiei, ac ſubtilitatis, profunditatis, ac malæ apparentiæ, faciliter iudicatur quanta & qualis foret vita hominis. Quo autem ad ſecundum ſciẽdum eſt, quòd ſi vitalis longa ac cõtinua*

profundaq́ ſit, æqualitatem, ac temperantiam caloris naturalis oſtendit. Caliditas enim humiditate temperata, materiam protendit ac dilatat. Si autem aliqua ex parte latior ſit, aut profundior, ſignificat in eo tempore in iracundiam aut in aliquam aliam paſſionem confundi, vnde quando vitalis in principio verſus angulum ſupremum, eſt ſubtilis & apparens, bonitatem animi notat. Si autem eſſet groſſa nimis, hominem rudem ac maleuolum notat, propter ipſam ſuperabundantiam caloris naturalis, inconuenientis tunc tempori & ætati. Natura enim illo tempore, omni ſiccitate ac frigiditate carere debet, et humiditate ipſam caliditatē temperare. Si autem longa ſit, & diſperſa, hominem beſtialem, & iracundum oſtendit, niſi fortê iuuetur ab ipſa linea capitis (vt ſuo loco) notat enim vehementem calorem naturalem prædominantem, et ex conſequenti, naturalem ac complexionē ſiccam ac cholericā ſupra modū. Si verò longa, gracilisq́ ſit, ſignat prædominationē ſiccitatis ac frigiditatis ſupra calidum naturale, vnde et debilitatē naturæ protendit, et de facili vitæ breuitatem. Si autē ſit breuis et tumida, ſignat humiditatem, ac frigiditatem naturæ, & ideo vitæ augurat breuitatem. Et ſicuti qualitates iſtæ, malos humores inducunt: ita quoq; malos mores prædicunt. Qui namq́ ſunt frigidæ ac ſiccæ complexionis, infideles, inſtabilesq́ ſunt: vnde et ex lineæ vitalis ſubtilitate percipiuntur. Qui autem ſunt humidæ ac frigidæ naturæ, iniqui, doloſi, ſunt & maleuoli. Quo ad tertium, ſciendum eſt, quod quamuis hi, qui ſunt cōplexionis calidæ et humidæ, ſunt longæui natura, et ſimiliter hi, qui ſunt complexionis ſiccæ, poſſunt etiam naturaliter eſſe longæui: attamen et aliquando contingit, vt aliquo accidente præpediti, ſint vitæ breuioris, vnde huiuſmodi accidentium ſigna, in ipſa vitali reperiuntur. Quoniam aūt huiuſmodi accidētia, quædam ſunt ab intrinſeco, & quædā ab extrinſeco, quædam ſubitò, quædam ſucceſſiuè operantia, ideo & horū omnium ſunt ſigna particularia, prout & talia accidentia futura ſunt. Si namq́ naturali infirmitate et accidenti intrinſeco quis moriatur, talisq́ effectus ſucceſſiuè futurus ſit, tunc ipſa vitalis fracta ac diſcontinua inuenitur, ſed in ipſa diſcōtinuatione, rami ipſius vitalis ſibi inuicem ſubſident, ac ille ramuſculus, qui verſus montē pollicis hæret, reflectitur ad ſuperius, & ſignificat ſuffocationē caloris naturalis, & quidē non ſubitò, ſed paulatim debilitari. Vnde et ramuſculus ille aliquantulum reflectitur et arcuatur, notat priuationē ipſius caloris, nec ſe poſſe ad propriam operationem extēdere. Si autem naturali intrinſecoq́ accidente ſuccumbere debeat, et hoc ſubitò quodāmodo et inopinatê futurū ſit, tunc talis diſcontinuatio aut fractio lineæ, fit quodāmodo repentè ac ſubitô, ita quod ramuſculi ipſius vitalis non ſubſident, vnus ad alterum, ſed quaſi coactæ ad inuicem diſgregantur, nempe ipſius quidem caloris naturalis ſuffocationem prætendūt, inopinatè tamen ac ſubitò: quæ tamen omnia ab ipſius caloris naturalis imperfectione accidere dicuntur, eò quòd inſufficiens ſit huiuſmodi contrarijs accidētibus ſeſe obicē ponere, nec aliquo effectu deficere dicitur, aut debilitari. Magis aūt ſubitò et inopinatè quodāmodo ſuffocatur, vnde & ſubtilis ipſa vitalis diſiungitur. Si aūt huiuſmodi accidentia ab extrinſeco prouenire debeāt,

tunc

tunc ipſa vitalis non inuenitur diſiuncta aut diſcontinua, ſed quædam ſigna inueniuntur illi inexiſtere, per quæ talia futura poſſunt præcognoſci. Aliquādo quædam ſigna inueniuntur per quæ manifeſtè atque euidenter ipſa vitalis interſecatur, ſcilicet à quibuſdam lineis venītibus ab ipſo monte pollicis, verſus concauum aut montem manus, et hoc ſignat, quod calor quidem naturalis in ſua diſpoſitione naturali perſiſtet, ſed tali accidente extrinſecò impeditus, aut ſucceſsiuè deficiet, ſi talis linea interſecans non multum apparens fuerit, aut ſubito ſuffocabitur, ſi ipſa vitalis maiori apparentia, ab ipſa linea interſecante ſuperetur: hæc autem ſigna præcipuè offenſionem ex capite, ſiue in capite notant. Sunt autem & alia ſigna, quæ præcipuè offenſionem cordis oſtendunt: ratio autem illorum eſt, quia quando futurum eſt, vt ipſum offendatur, in quo principaliter ipſa actiua virtus ac calor naturalis perſiſtit, illo eodemque tempore, ſuo in loco, in quo vel per quod tale tempus ſiue ætas connotatur, illa eadem ſigna inueniuntur, ex quibus dinoſcitur ipſa virtus actiua, ac calor naturalis, ſuper proportionem ſuam accendi, aut debilitari: Et ſi quidem vehementi acceſsione, aliquantulum ipſa vitalis dilatatur, ita vt videatur figuram ferè circularē ambire, ſubitò fit operatio illa, nec per ſpacium valet extendi: vtpote cum puer vermibus moleſtatur (nam præſertim circa præcordia accedunt) aut cum quis circa præcordia dolore aut humoribus Melancholicis contriſtatur: ſi autem proprio vulnere offendendus ſit, ſignū illud non multum poteſt dilatari. Nam ſignificat calorem, omnē virtutem ſuam in ipſo corde cōferre, ex affluitione autem ſanguinis, citius etiam debilitari: Vnde nec linea vitalis in illo loco debet in latum protendi, quia ſubitò & debiliter effectum ſuum conſequetur. Alia etiam eſt differentia, omnium ſignorum ſuprà dictorum, ſcilicet quod ſigna intrinſeca ac naturalia, cum in propinquo ſunt affutura, pallida ſunt ac mortificata, quæ autem ab extrinſeco effectus ſuos connotant, rubea ſunt & caloris viuacis. Ratio autem huius eſt, quia quæ ab accidenti intrinſeco proueniunt, impedimentum quoq; ipſius caloris naturalis connotant, & hoc ex ſuffocatione calidi naturalis, vnde & mortificata apparent. Quæ autem ab extrinſeco accidunt, ſignificant quidem impedimentum caloris naturalis, ſed non intrinſecum, vnde & ipſa vitalis continuatur ex ſe, licet ab illiuſmodi ſignis interſecetur, ſignaque interſecantia rubea ſunt eô quòd viuacitatem ac vigoroſitatem ipſius operatoris extrinſeci oſtendant: quo autem viciniores ſunt, eò efficaciorem effectum oſtendunt. Hoc autem intelligendum eſt de omnibus illis ſignis, quæ offenſionē vitæ oſtendunt, ſed nō immediatè ad ipſum cor pertinent: verum autem offenſio cordis abſq; vulnere, aliquantulum rubeis ſignis denotatur, eò quòd caliditatem quandam oſtendant, non tamen æqualem aut temperatam, magis autem ſucceſsiuè & ſupra modum, vnde et viuaci colore non perſiſtunt, ſed mortificato. Quoniam autē ipſa, Deus aut natura ſicut in ſuperfluis nō habundat: ita nec in neceſſarÿs deficit, videmusque quod aliqui ſunt, qui accidentibus naturalibus ac intrinſecis ipſo facto deficiunt, alÿ etiam ipſis accidentibus extrinſecis ſuccumbunt, plerique autem ſunt, qui propter huiuſmodi accidentia intrinſeca, & extrinſeca,




inpe-

in pericula vitæ incidunt, ſed tamen euadunt. Ideo et eorũ noticia in his ſignis habenda eſt, attamen non niſi quod ex naturalium qualitatum prædictarum operatione percipiatur. Quapropter & ad earundem infirmitatum accidentiũ euaſionem, ſed etiam ſigna talia euaſionem periculorũ ſignificatiua ſunt. Primum aũt eſt et debilius alio, quãdo in ipſo mõte pollicis inuenitur quædã linea ipſam vitalẽ ſecundans aut ſequens, hæcq; vt plurimũ indiuiſa ac diſcontinua eſt. Secundum aũt eſt & hoc fortius, quando inter montem manus, verſus raſcettam ac concauum, linea quædã extenditur non multum aberrans ab ipſa vitali, quæ Saturnina dicitur. Quotieſcunq; aũt quiſpiam mortis periculum eſt incurſurus, et euadet, ſẽper in eo loco vbi vitalis fracta eſt, inuenitur aliquod prædictorum ſignorum, præſertim ſecundum. Sicuti namq; per talem fractionem dinoſcitur impedimẽtũ, aut ſuffocatio caloris naturalis, niſi iuuetur alio aliquo adminiculo: ita & ex tali ſigno ſiue linea ſignificatur, quòd calor naturalis conualeſcet, nec ſuffocabitur, licet aliqualiter impediatur ab illo accidente intrinſeco, aut extrinſeco, prout futurum eſt. Sicuti namque ipſum calidum ſiue calor naturalis, ipſam lineam vitalem protenderet, niſi ex aliquo accidente impediretur: ita & conualiturus aliam lineam conſtituit, vigoroſitatem ſuam præmonſtrans, licet tali infortunio præpediatur. Quo autem magis talis linea corroboratiua, profunda eſt verſus raſcettam, eò calorem facilius à periculis adiuuari protendit. Eſt adhuc amplius ſciendum, quòd vitalis aliquãdo eſt bifurcata in principio, aliquando verſus raſcettam. Quando in principio bifurcata inuenitur, ſignificat vehementem caliditatem, ſed tamẽ in bono occupari. Ratio huius eſt, quia nõ in vna tantùm operatione perſiſtit, ſed in diuerſis famulatur. Itaque ipſa humiditate cõpeſcitur, nec talis caliditas in furiam exhalatur: magis aũt humores malos comprimens, ingeniũ, naturalesq; virtutes attollit, ac ſubleuat. Et hoc intelligendũ eſt, quãdo intra verſus concauum ramum protendit. Si aũt ſuperius verſus tuberculum pollicis ramus aſcendat, aliqualem exhalationem, aut ſiccitatem, aut frigiditatẽ mixtam connotaret: & ideo mentis leuitatem infidelitatemq; ſignificaret. Quando aũt ipſa vitalis bifurcata inuenitur, ac in longũ protenditur, magnã exhalationem, caliditatemq; ſuperexcedentẽ notat. Et quoniam tunc temporis, ſcilicet quando homo iuxta ipſius cõmenſurationem (vt ſæpè dictum eſt) ad illam vſq; ætatem peruenit, non adeò habundat in humiditate, ſicuti in iuuentute, et per conſequens in vehementẽ ac ſuperfluam caliditatem peruenit, et inde in ſiccam complexionem labitur. Pluribus enim attritus curis, aut negotijs aliqualiq; humiditate, calor naturalis auxiliatus, in plures quoq; operationes virtutem ſuam extendit: vnde & ex hoc mentis leuitas percipitur, ſed tamen talis virtute naturalis caloris, in magna ac ſublimia tendit, licet rarò hoc aut illud adipiſcatur. Falluntur arbitrantes vitaem loriendam â raſcetta, ipſamque manum debere conſiderari ex ipſius participatione ad alia corporis membra, finẽ conſtituentes inter tuberculum pollicis, et montem indicis. De reliquis accidentibus vitalis, eorumque ſignificatis, facilis erit cognitio ex idealibus & ſequentibus ordine figuris:

Saturnina.

Mortis periculum


H Linea



1

3

2

1 *Linea vitæ longa & recta viuo colore perlucida, vitam longam, paucas infirmitates præſagit, & quanto plus montem pollicis circundat lata et profunda, eò addit & vitæ ſecuritatem.*

2 *Vitalis breuis & lineolis interciſa, breuitatem vitæ, aduerſam valetudinem, virum imbecillem, et hominem notat rarò quid, ad effectum et optatum finem producturum.*

3 *Subtilis vitalis, ſtricta, naturalem verſus tendens, hominē dicit boni conſilij, magni intellectus, ſubtilis, ac plane regalis animi.*


4

5

6


4 *Vitalis lata malè colorata contrarium ſignat, groſſa & profunda, diuerſi coloris, per puncta pallens, ac lucida, malitiam, calliditatem, inuidiam, garrulitatem, iactantiam, ac ſubiypſi placentem, notat hominem.*


5 *Valde groſſa rubicunda, ſalacem hominem, inpurum, inconſtantē, notat: Liuida cum quadā rubedine permixta, iracundum, & quaſi furioſum notat: & ſi valdè rubeat, cum plumbea quadam liuiditate, inconſtantem, vagum, proditorem, diſcordias & lites ſerentem, iracundumq; notat: rubea ad reſtrictam, crudelitatem.*

6 *Bifurcata in angulo ſupremo inſtabilem, vagabundum, ac omnibus agendis virum mirabilem oſtendit, & fatuum.*

Con-

7




8


9



7 Contorta verſus naturalem, & rubra, deceptorem, petulantem, luxurioſum, iniquum, & peruerſi ingenij notat hominem.

8 *Crux in angulo ſupremo cum lineolis, ſalacem, pudoris prodigum, & extremè improbum, præſertim in muliere: & crux in fine, mulierem nephariam, ſceleroſam, ac aliquando extremo ſupplicio puniendam propter ſcelus notat: ſemper enim crux in eo loco malum indicat.*

9 *Breuis vita & ſubita mors, per breuitatem vitalis, & lineas parallelas adiacentes denotatur.*

11



10



12


10 *Diuitias, honores, ac profectionem, rami verſus naturalem aſcendentes indicant, ſed verſus reſtrictam deſcendentes paupertatem, & à ſeruis & domeſticis deceptionem & infidelitatem oſtendunt.*




11 *Hominem poſt multa diſcrimina & varias fortunæ iactationes, diuitias, & bona habiturum, rami directè verſus triangulum proiecti notant, & lineæ paruæ vitalem interſecantes, infirmitates multas minantur.*

12 *Puncta ſiue grana, ſalacem, impudicum, fornicatorem, contentioſum, & in diſcrimine vitæ, propter ſanguinis effuſionem, verſantem in ſeditione, cuius ipſe autor fuerit, & quòd aliquando grauiter vulnerabitur indicant.* X *lineæ criſpæ & tortuoſæ principium vitalis interſecantes, futuram lepram notant: nam peruerſum epatis calorem indicant.*


13

14




13 *Vitalis cum naturali et hepatica, benè proportionata et colorata, lōgā vitam, bonitatem naturæ, ingenij et complexionis notat: ſed circuli punctati in linea vitæ, vnius aut duorum oculorum amiſsionem notant.* 14 *Crux à linea vitæ tendens ad triangulum, luxuriam, libidinoſam, ac impudicam mulierem denotat, ſcilicet cum duabus lineis ſupernè et tribus infernè aſſociata, & tres lineæ in fine vitalis, verſus reſtrictam, mulierē ob ſcelus extremo ſupplicio puniendam notant.* 15 *Si ab alia parte vitæ, naturalis interſectiones habuerit, ab inferiori parte lineæ, directè quaſi iacentes ac ſurſum erectas, malum ex eis conijcitur, aut dolor capitis qui ex abundantia à ſtomacho proueniat.*


16

17

18



16 *Rami breues à vitali verſus concauum, iracundum et beſtialem notant. Vitalis groſſa bellicoſum et ſanguinis effuſorē et vulneratorē innuit.* 17 *Inordinata puncta ſuper vitalem, hominem litigioſum & alios ferientem cauſa mulierum interpretatur.* 18 *Vitalis à naturali, notabili ſpacio diſiuncta, nullis lineis interpoſitis, crudelē hominem, auarū, et male moriturū minatur.*

19

20

21


19 *Crux in fine vitalis, à quauis parte ſit, bonum vitæ finem ac ſtatum competentem, ſed in principio inuenta, dignitatis & bonorū notat perditionem. Et naturalis à vitali diſiuncta, lineis paruis interiacentibus, prodigum, ſtultum, & tandem pauperem minatur hominem.* 20 *Si in eodem loco lineæ ab alijs in modum crucis interſecentur, perſecutionem, & inimicorum odium ſignant, & quod fortè ab eis ſuperabitur.* 21 *Tortuoſa declinans verſus montem Veneris, offenſionem ignis aut à re ignita notat.*




22

23

24


22 *Vitalis verſus naturalem bifurcata, fidelem, amabilem, ſapientē, & morigeratum ſignat hominem: Lineæ verò in fine vitalis intra montem, verſus raſcettam labentes, bonorum minantur perditionem.*

23 *Rami in principio vitalis per montem Veneris tendentes in altum, diuitias promittunt.*




24 *Si ex vtraque parte eo modo reperiantur, diuitias ſimul cum dignitatibus offerunt.*


25

26
27


25 *Lineæ paruæ vitalis principium interſecantes, et claræ, tot atq; erunt filios promittunt, quæ vitalis ſi multum inclinetur verſus montem Lunæ, circa raſcettam, vitam longam prætendit.*

26 *Linea vnita cum vitali circa angulum ſupremum & cum naturali, veneficatum, intoxicatum, aut incantatum iri, aut ab animali venenoſo morderi notat: etiam vulnus letale linea à vitali ad naturalem deſcendens indicat.*




27 *Vitalis ſi fuerit bifurcata, vulnus armis à longinquo loco infligendum oſtendit. Soror vitalis continua & integra in parte interiori, ſi à principio exordium ſumat in omni parte luxuriam & diuitias notat.*

28  29  30 

28 *Linea cadens in fine vitalis, in monte Veneris, timidum hominem, malè ſperantem & dubitantem malum ſibi euenturum notat: linea quoq; à vitali per menſalem & naturalem verſus medium tendens, hominem proprijs vitijs decollatum, aut ſuſpenſum iri notat.*

29 *Vitalis groſſa & profunda in concauo, rudem & malè proportionatum notat hominem: longæ vitali, breuis adiuncta naturalis, fatuum naturaliter, extra patriam moriturum, loquacem, infidelem, paruæ memoriæ, multa iactantem, & nil ad effectum producentem notat.*

30 *Vitalis tumida & larga in principio, baſtardum notat: Vitalis diuiſa & diſcontinua, mortem ſecundum diuiſionis proportionem indicat: Si tamen adſit ſoror vitalis à quauis parte dabit mortis remedium & exceptionem.*

31  32  33 


31 *Linea parua & tortuoſa in fine vitalis circa raſcettam, magnam minatur infirmitatem. Lineæ interſecatæ in principio vitalis, verſus radicem montis pollicis, caſum ab animali quadrupede notat, & eò maiorem quo lineæ fuerint profundiores: etiam notant præcipitium.*

32 *Lineæ ſemicirculares oppoſitæ, vitalem in ſui medio linquentes, cordis percuſsionem notant, quæ ſi omninò circulares ſint, accidiſſe indicant:*

Lineæ verò ſemicirculares in fine vitalis, oculorum offenſiones præſagiunt.

33 *Coniunctio vitalis cum naturali & menſali in angulo ſupremo, tantum periculi nato protendit, vt interim ſe natum fuiſſe pœniteat.*

Item triangulus circa principium vitalis in monte pollicis dignitatis amiſsionem minatur.




34 *Lineæ in principio vitalis, verſus pollicem, ſeſe in formam ſtellæ interſecantes, hominem glorioſum & fœlicem pro ſuo ſtatu, & conditione notant, ſed ſi ſit breuis, breuem vitam notabit pro proportione lineæ.*

35 *Semicircularis linea vitæ, in principio verſus indicem, paſsiones cordis notat: idem facit ſemicirculus illi adiunctus, ſed lineæ in principio vitalis, verſus pollicem iacentes, diſcordiam cum parentibus & conſanguineis notant.*

36 *Bifurcata vitalis in angulo ſupremo, & alter ramus naturalem tangens, hominem liberalem, honeſtum, fidelem, ingenioſũ, prædicit. Idem ſi triangulum vtroque ramo conſtituat.*

☞ *Soror vitalis in cõcauo vel circa, ab altera linea interſecata, præcipitium minatur.*



37 *Linea à vitali verſus medium aſcendens ſicut ſulcus, hominem expertum artis diuinatricis, & ſomniorum interpretatorem notat:*
Sed bifurcata vitalis in fine circa raſcettam, volubilem hominem & infidelẽ notat.

38 *Vitalis bifurcata, ſcindens vitalem, infortunium capitis, & fortè vulnus letale indicat:*

Sed linea à vitali deſcendens, ad raſcettam, inſtabilem notat hominem.

39 *Paruæ puncturæ, non profundæ in vitali, hominem cogitabundum & Melancholicum determinant, phantaſiam, dolores cordis, & infidelitatem: Sed vitalis in fine interciſa in modum crucis, temperatum notat hominem.*

40 Per-




40 
41 
42 

40 *Perſecutionem rami ad montem Veneris aſcendentes à vitali indicant. Linea verò à vitali ad concauum tendens, laſciuum & infortunatum notat hominem. Et ramuſculi in fine vitalis, in ſenectute miſeriam & paupertatem.*

41 *Vitalis coniuncta naturali & epatis lineæ in ſupremo angulo, verſus menſalē recuruata, maximum præſagit periculum: ita, quòd natus vitam ſæpè cum morte commutare vellet.*

42 *Linea à vitali ad auricularem tendens, hominem gratum apud magnates & nobiles præſagit, & augmentum bonorum, cauſa mulierum.*

Sed arcualis linea à vitali, verſus pollicem tendens, inimicum mortalem, ſed impotentem notat.

43 
44 
45 

43 *Linea quaſi circularis in principio vitalis, periculum mortis veneno aut ſuffocatione protendit: obſeruetur tempus pro proportione loci.*




Item lineæ in vitali ſicut foſſulæ, percuſſiones circa cor, & illas partes notant.

44 *Vitalis tumens circa finem, Cholericum notat: eóque magis, quò maior eſt triangulus.*

Item ſupra principium vitalis, linea quædam apparens & craſſa, naturam & complexionem calidam & ſiccam, fatuum, inſtabilem, & infidelem notat hominem.

45 *Circa finem vitalis parua crux, bonum vitæ finem annuit. Sed ſi eadem ſub vitali apud raſcettam inueniatur, bonorum & dignitatis amiſſionem notat, & ſi foſſula inueniatur, mortem ſubitam & violentam minatur.*

46 *Vi-*



46

47

48


46 Vitalis interrupta & reflexa verſus montem Veneris, infirmitatem dicit mortalem: ſed ſi rami illinc extendantur, ipſam notat, ſed non mortalē. Item vitalis cum naturali vnita ſine interſectione, hominem ſtudioſum, quietum, & purificum notat.

47 Vitalis tumida vltra angulum ſupremum, iracundum, homicidam, & naturâ fatuum notat.

Vitalis multum inclinata in fine verſus montem, longam vitam dicit, ſed ſoror diuiſa, luxuriam, laſciuiam nefandam notat.


48 Linea deſcendens groſſa à dorſo et ſuperiori parte, vitalē interſecans, tangit naturalem, venenum & intoxicationem minatur, et eò magis, quo plus naturalem interſecat. Item crux in concauo circa vitalem, vel triangulus, perditionem diuitiarum, dignitatis, officij, & fortè exilium ſignat.

49

50

51


49 Linea à vitali aſcendens ad medium, intransq; primā iuncturā verſus annularem, carceres cū mortis periculo: ſi verſus indicē intraret, maius eſſet periculum, et minus ſi iuncturas non intret. Item vitalis larga et groſſa in ſua ſuperficie verſus concauum, hominem rufum & naturaliter rudem notat.

50 Linea à vitali aliqualiter verſus indicem per concauū tendens, naturalemq; ſcindens, amicabilem, honeſtum et virtuoſum notat hominem, et augētem diuitias. Item linea tortuoſa verſus montem inclinata, infirmitatem cum periculo vitæ præſagit: ſi eſſet recta, longam vitam notaret.

51 Figuræ quaſi quadratæ aut obliquæ in fine vitalis, faſtidium maximum & quaſi exilium & habitationem extra patriam notāt. Item ſtella ſiue crux ſuper principium vitalis, hominem fœlicem, & fortunatum, ſi tamē fuerit ramuſculoſa, offenſionem ab animali quadrupede notat.



52 Vitalis diſcontinua et inclinata verſus Saturninā ſecundum proportionem diſcōtinuationis, infirmitatē nō ſine periculo vitæ notat Itē lineæ vitalem tangētes ex cōcauo, quaſi ſubſequentes, bonorū perditionē notāt: Si crux addatur, diuitiarū et dignitatis amiſsionem notat. 53 Vitalis extenſa et curua in principio verſus indicē, paſsionē humoris melacholici, et ſæpè pati dolorē cordis, et offuſcationē capitis exprimit. Itē ſoror vitalis ſola in cōcauo, tortuoſa et interſecata, præcipitiū cum magna offenſione & graues notat infirmitates. 54 Linea à vitali ad mōtem Solis exiens, honores, dignitates apud magnates & potentes, et fortunam cauſà mulierum notat. Item ſeparatus angulus & linea à ſuperiori loco vitalis interſecans angulū, voluptuoſum, laſciuum, loquacem, vitioſum & guloſum notat hominem.





55 Circa finem vitalis ramuſculi ſubtiles, indicant debilitatem caloris naturalis, inde malignum & infidelem hominem, & eò plus, quò angulus ſit acutior, aut magis ſeparatus: Item mortem violentam punctus ille profundus in vitali repertus, continuò indicat.

56 Linea tortuoſa ſuppoſita vitali circa raſcettam, grauem notat infirmitatem. Si ibidem vitalis fuerit ſubtilis aut diſcontinua nec adiūcta Saturnina ſoror vitalis ſit, mortem dicit. Item crux ſuper vitalem, dignitatem, honorem, & vtilitatem deſignat, & eo magis ſi duplicetur tangens vitalem aut propè ſit. 57 Linea arcualis à principio vitalis aſcendens ad pollicem, vel è contra, malignitatē animi, infortunium, et luxuriam nefandā arguit. Itē ſemicirculares lineæ in principio vitalis, paſsionem cordis, ſi lōgiores ſint, cordis infirmitates: ſi multum longæ, faſtidia ſecundum proportionem temporis in tempore iuuentutis 10.11.12.13 *annorum, periculum ſuffocationis à vermib.*

Vita

58


59

60


58 Vitalis ad raſcettam extenſa, & inde ramuſculis reflexis verſus montem, in eo tempore infirmitatem notat, cum offenſione & paßione capitis, et eò plus, quo magis recuruetur, & ſi deſit ſoror aut Saturnina, mortem notat. Item crux ſuper vitalem, cuius rami vitalem interſecant, infirmitatem mortalem notat: ſi rami foſſulas in vitali faciunt, mortem annuunt.

59 Vitalis interrupta, cui linea arcualis adijcitur, vel crux quædam, infirmitatem mortalem, & recidiuo morbo ſubito interire, & breui negligentia deficere. Item larga vitalis circa raſcettam, lites, controuerſias, inimicitias indicat.

60 Figura circularis oblonga in vitali, faſtidia, præſertim ab anno 26. vſq; ad finem vitæ: vnita cum vitali, graue & longum faſtidium, ſed tandem inſperatum affert bonum. Item duæ lineæ à fine vitalis aſcendentes, hominem bonæ famæ, probum, timentem Deum, & in patria moriturum notat.

61


62

63


61 Foſſulæ nigræ aut quadratæ figuræ in principio vitalis, homicidia ſaltē, hominem Martialem, & ſanguinolentum notant. Si foßulæ calloſæ fuerint, hominem in alterius homicidium facilè conſentientem notant. Item linea ab alijs lineis oppreſſa, circa augulum dextrum ad radicem medij exiens, infirmitatem incurabilem notat, fortè ethicam paßionem.


62 Duæ lineæ à raſcetta vitalem ſcindentes, ad angulum pollicis tendentes, hominem frequenter in lucro verſari cum periculo, ne à fidis (quos putat) amicis lucrum ſuffuretur: Item infirmitatem hominis linea in fine ſuperiacens notat.

63 Linea vitalis habens ramos extenſos verſus mediam naturalem, diuitias, honores, ac profectiones deſignat.





64 Si linea vitalis iam dictos ramuſculos inferius extendat, verſus reſtrictam, paupertatem, & à ſeruis & domeſticis deceptionem, ac eorum infidelitatem ſemper indicat. 65 Si verò directè tales ramuſculi tendant ad mediam naturalem, per triangulum, ſignificant hominem poſt multa diſcrimina & varias fortunæ iactationes diuitias et bona habiturum. 66 Tres lineæ ſub linea vitæ in fine verſus raſcettam in manu mulieris inuentæ, ob ſuũ ſcelus ſupplicio puniendam indicit extremo.



67 Quando paruæ quædam lineæ ſuperius ſcindunt aut tangũt lineã vitæ, corporis infirmitates ac ægritudines prædicũt: Si vero ab alia parte lineæ naturalis habuerit talis ſectiones ab inferiori parte lineæ directè quaſi iacentes ac ſurſum erectas, malum notat, & dolorem capitis qui ex abundantia & ſtomachi fumis proueniet, aut talem genuinũ morbum aliquẽ: tres lineæ in fine lineæ repertæ, malum denotant.

DE LINEA NATVRALI, ET QVARE Naturalis dicatur, Caput II.

NOTVM eſt per præcedentia, vitalem in medio partium manus ſituari, principium habens inter pollicem & indicem. Quoniam autem (teſte Philoſopho) primum in animali generatur cor: Secundò cerebrũ, quod etiam ab ipſo corde principium habet, ideo ex hoc duo ſequũtur: primũ ſcilicet, quòd ſicuti à corde cerebrũ oritur: ſic & in eo loco, in quo vitalis oritur, illic itidem & linea cerebri conſtituatur. Sicuti autem ab ipſo corde vitales ſpiritus in reliquas corporis partes: ita & à cerebro ſpiritus animales per totum corpus diffunduntur. Ex ipſius autẽ corporis animalis motibus & qualitatibus, animalis natura noſcitur, ſi id in omnibus animalibus percipitur, tantò fortius in animali rationali credendum eſt ineſſe: eorũ namq; differentia ab alijs animalibus, præſertim in capite & cerebro viget. Nã illa irrationabilia dicuntur: nos autẽ rationales intellectualesq; nuncupamur. Vnde et meritò naturalis linea nũcupatur, licet propriè linea capitis dicatur, eò, quod præcipuè & capitis complexionem oſtendat.

Naturalis linea capitis.

Quidam autem nuncuparunt naturalẽ, ſed melius adiuncta particula me-

dia

dia naturalis vocatur. Falſa namq; eſt multorum ratio approbata, vt ſcilicet quatuor primæ lineæ, naturales dicãtur, eô quòd cõmuniter ex propria natura, in manibus vniuſcuiusq; reperiãtur. Sic namq; et reliquæ omnes naturales dici poſſẽt, quia naturaliter vnicuiq; inſunt, prout effectus ipſos naturales cõſecuturi ſunt. Id autẽ naturale dicitur propriè, per quod vniuſcuiusq; natura percipi poteſt. Quapropter magis dicitur naturalis, ex ſua propria ſignificatione, quàm ex alia quauis denominatione. Linea aũt capitis dicitur eò quòd principaliter effectus ſuos prouenire ex capite demõſtret. Ratio eſt, quòd ſimplici vocabulo ac conuenientiori dicitur linea naturalis. Quo aũt ad ipſius lineæ diſpoſitionẽ, ſiue qualitatẽ, ſciendum primò quòd huiuſmodi linea debet in ſui principio cõiungi vitali, in oppoſito medij montis indicis, ibiq; angulum ſupremũ claudere, formare, ſiue cõiungere, ſic notat largitatẽ hominis, fidelem, ingenioſum, magnanimũ, et facilè bona operantẽ. Ratio eſt, quia tunc ſignificatur perfectio ac æqualitas ipſius caloris naturalis, ac æqua diffuſio calidi naturalis, ad ipſum cerebrum. Vnde et humores mali virtute caliditatis reſoluuntur, nec aliqua malignitate officiunt ipſi capiti. Si autem illa in angulo ſupremo non vniatur vitali, ſed aliqualiter ſit diſtans, ſignat hominẽ proprij capitis, iracundumq;, & talis in iuuentute ſua omnia vilipendet, ſcilicet diuitias, honorẽ, parentes, ſuæ tantũmodo voluntati adhærens: erit etiam leuis capite, ac infidelis. Ratio eſt, quia ſignificat ſuperexcedendiã calidi naturalis, ad ſiccitatẽ tendens, & facit hominẽ furioſum, nec pericula perpendentẽ, & hoc propter organũ phantaſiæ, quod ex tali ſiccitate quodãmodo in confuſo perſiſtit, ipſaq; phantaſmata conuolantia raro aut nunquã veritatem rerum trutinare permittunt. Quanto aũt magis naturalis à vitali recedit in angulo dextro, eò magis ſignificat ſuperexcedentiã caloris naturalis, vnde et ipſa linea naturalis, à vitalis principio deciditur, et per conſequens, ſiccã cõplexionẽ magis denotat. Et plerũq; hi ſunt cholericæ aut ſanguineæ naturæ, niſi fortè tale ſpaciũ ſit rugoſum, aut ſiccũ et durum, tunc namq; ſiccam frigidamq; notat cõplexionẽ, et per conſequens, hominẽ pernicioſum, magis aũt proditorem, prodigũ, et inutilem. Si aũt aliqui rami fuerint, tale ſpacium interſecantes, ſignificat aliqualẽ habitudinem ſiue æqualitatem, inter cor et cerebrum, vnde & huiuſmodi effectuum malignitatẽ minuit. Si aũt tales rami fuerint interciſi, augent maliciã, et ad peiores effectus inducũt, & eò magis quò magis ſunt interciſi, vnde et aliquando exules à patria fieri prædicũt, ob ſui capitis inſtabilitatem, ac mentis peruerſitatem. Si autem in illo ſpacio, verſus vitalem, aut in ipſa vitali, fuerint quædam ſpacia veluti foſſulæ, malè apparẽtes & calloſæ ſiue duræ, ſignificãt homicidia, aut vulnera mortalia. Ratio eſt, quia ſignificant vehementem, & inopinatam ſubitamq; operationem calidi naturalis, cum cholerica ſiccaque ſuperfluitate humorum, vnde & facilè in huiuſmodi operationibus exire demonſtrant. Secundò ſciendum eſt, quòd naturalis debet eſſe recta, integra, & continua, profunda, & apparens vſque ad montem manus, tunc namque ſignificat bonitatem cerebri, ac bonam naturæ complexionem, ingenijque nobilitatem, & excellentiam, hominemq;

fidelem, & veridicam. Ratio eſt, quia ſignificat æqualitatem ac temperanti-
am qualitatum naturalium, & complexionem temperatam, et eò magis, quo
vitali magis fuerit coniuncta in angulo ſupremo. Si autē fuerit breuis, tumi-
da ac profunda, hominem phantaſticum et duræ ceruicis oſtendit, ac maleuo-
lum. Ratio eſt, quia ſignificat ſuperfluam abundantiam frigiditatis, ac hu-
miditatis, & ex conſequenti malorum humorum, ex quibus etiam & morū
inæqualitas ſequitur, vnde etiam infidelitatem oſtendit. Si verò longa mul-
tum, lataq́ fuerit, hominem furioſum, ac beſtialem oſtendit, ac choleræ peſſi-
mæ. Ratio eſt, quia ſignificat ſuperexcedentiam ſiccitatis ac caliditatis. Et
non mirū eſſet, ſi huiuſmodi homines in aliquā penuriam laberentur, aut ali-
quod infortunium ſuſtinerent in ipſa ſubſtantia ac diuitijs propter ipſorū ca-
pitis duritiem, ac obſtinationem, & eò magis quo naturalis in fine ſui, eſt ve-
luti tortuoſa, aut diſcontinua, vel malè apparens, aut in angulo ſupremo non
coniungatur vitali. Si autem fuerit ſubtilis, & longa, aut malè apparens, infi-
delitatem notat, proditoremq́ ac cerebri volubilitatem. Ratio eſt quia notat
complexionem frigidam & ſiccam. Etſi aliquando calor naturalis operetur,
non tamen niſi in malū ſuas operationes cōuertit, propter complexionis ſic-
citatem, et ideo quodammodo ſemper malum ſonat. Aliquando autem contin-
git quod naturalis eſt tortuoſa & groſſa ac aliquantulum extenſa, et tunc ſi-
gnificat malignitatem animi, ac iniquitatem peſſimam, ſed tamen aliquando
fidem ſeruare ac veridicū eſſe. Cum aliquibus quidem hoc erit, non autē cum
omnibus vniuerſaliter, & ſemper aliquod malum doloſè cogitabit: ſignificat
enim abundantiam humiditatis ac frigiditatis, & aliquando adeò excedere,
quod aliqualiter calor naturalis ab omni (vt ita dicatur) operatione ſubtra-
hatur, ſed tamen præualens penitus non ſuffocabitur, et aliquando in bonam
operationem inducet. Quandoque verò eſt tortuoſa, & ſubtilis, & aliquan-
tulum extenſa, & tunc notat hominem iniquum, ac peſſimum, & infideliſſi-
mum, in quocunq́ genere, & in quocunq́ loco, & tempore. Ratio eſt, quia nō
ſolùm ſignificat frigiditatem & ſiccitatē naturæ vel complexionis, ſed etiam
quodammodo calorem naturalem ſuffocari penitus: vnde nullam virtutē ha-
bet in ipſa phātaſticatione, nec in ſeipſo aliquam rationem aut bonum virtu-
tis ſuſtinere poteſt. Sciendum quoque quòd naturalis, in proceſſu ſuo aliquā-
do eſt diſtans multum à vitali circa finem, aliquando autem reſtringitur cir-
ca finem: et ſiquidem, quando diſtat apparenter multum à vitali, in finē quaſi
videatur palmam ſecare verſus montē, ſignificat hominem audacem, ac ma-
gnanimum, ac boni capitis. Ratio eſt, quia ſignificat æqualitatem ſiue tempe-
rantiam humiditatis cum calore naturali ſeu dominiū calidi naturalis ſuper
alias qualitates. Hoc autem eò magis ſignificat quo angulus ſupremus nō eſt
acutus, aut ſtrictus, magis largus ſiue amplus, cōiunctus tamē naturali ſiue et-
iā vitali ſimul vnitis. Si aūt in progreſſu ſuo verſus vitalē extendatur, ſigni-
ficat hominem timidum, auarum, et aliquando non fideliter agentē ſiue ope-
rantem. Ratio autem eſt, quia notat debilitatē caloris naturalis non præua-
lentis ſe in propriam operationem exerere, nec ipſum caput ſiue cerebrum
per

per ſe ipſum ſubſiſtere: vnde & vitali in progreſſu ſuo cohæreret. Hoc autem magis ſignificat, quò angulus ſupremus fuerit acutus et ſtrictus, aũt etiã ſeparatus multum. Notandum quòd aliquando contingit, quòd angulus ſupremus eſt ſtrictus aut acutus et naturalis in fine ſui non flectitur verſus vitalẽ quaſi reſtringendo ſe more prædicto: magis aũt eſt, quaſi ſecans palmam per tranſuerſum, et tunc ſignificat timiditatẽ naturalem ſiue hominem timidum. Attamen nõ tã timidus eſt, quoniã in ſocietate aut poſt temporis interuallũ, & ſi non omninò audax fiat, attamen diſcurſum rationis non amittit. Ratio eſt, quia ſignificat aliquale impedimentũ caloris naturalis in ſui principio, at tamen etiam conualeſcentiã demonſtrat, rationisq; claritatẽ ac robur animi. Quo aũt ad alia ſigna ipſi lineæ adhærentia ſiue accidentia, ſciendũ eſt quòd aliqua ſigna ſunt, quæ ſuper naturalem reperiuntur, verſus triangulum, et videntur veluti cruces paruæ, et plerunq; ſunt verſus ipsũ angulum ſupremum incipiendo, & ſignificant lites et contentiones. Ratio eſt, cum naturalis ſit linea capitis aut cerebri, ipſæq; lineæ producantur ſecundũ virtutem calidi naturalis, eoq; magis quo ipſe calor naturalis vehemens fuerit, magis etiã in huiuſmodi dilatetur lineis ac ramuſculorum multiplicatione, ſequitur etiã quod quando vehemens eſt & ſuperabundans, plurimos ramuſculos oſtendat, quibus ſignificatur talis ſuperabũdantia caloris naturalis, homines inducit ad lites et contentiones. Quoniam aũt naturaliter vnicuiq; inditũ eſt, vt ſe, vitam, corpusq; tueatur, ideo ſequitur, quod etiã ad huiuſmodi contentiones, lites excitatas alij opponãtur. Hoc autem ſignificatur ex alijs lineis quæ illos ramuſculos in modum crucis interſecãt: ſignum namq; eſt quod tali ſuperexcedenti calori etiam exterius ponetur impedimentum. Si autem fuerint illuſmodi lineæ, ſed tantùm vna earum illum angulum paruum tranſcendat, ſignificat quòd talis habẽs homicidiũ perpetrabit, aut vulnera mortalia infliget, propter tales lites et contentiones. Si autem talia ſigna videantur magis ad circularitatẽ tendere, quàm ad quadraturam, tunc talia homicidia perpetrare abſque aliqua contradictione ſignificant. Aliquando etiam inueniuntur aliqua ſigna magna et multum apparentia, quæ ſunt veluti figuræ ſemicirculares, ſuper ipſam naturalem, et dicuntur ſignificare litem eccleſiaſticam, aut cũ perſonis eccleſiaſticis. Ratio eſt, quia tales lineæ ſiue figuræ ſignificant excedẽtiam caloris naturalis, & animi vehementiam, attamen cum aliquali depreſſione, eò quod nõ opponitur ei aliud contrarium, per quod magis irritetur, ſed ei potiùs ceditur, quo ad ipſam animi vehementiam. Et quoniam hi qui talis conditionis ſunt, vt ſcilicet neminem ad iracundiam prouocẽt aut huiuſmodi alterationibus inſiſtant, eccleſiaſtici ſunt aut religioſi, aut qui cum eccleſiaſticis perſonis, aut religioſis, lites habent, ſemper etiam aliquo honore illos venerentur, & niſi omni timore fuerint aſtricti, multa mala committerent. Hoc autem poſito ſeipſos refrenant, ideo dicitur, quòd talia ſigna ſiue figuræ magnæ ac ſemicirculares, ſignificãt lites cum perſonis eccleſiaſticis, aut pro re eccleſiaſtica, quod etiam accidit hac de cauſa, quia eccleſia criminoſos ac ſceleratos morti addicare non ſolet.


Sunt etiam aliquando in eodem loco vel circa quædam linulæ, ſe interſecantes ad modum ſtellæ ſuper naturalem, & ſignificãt hæreditatem præſertim mulierum cauſa. Ratio ex ſuperioribus haberi poteſt. Nam hæreditates extraordinariè non habentur, absq; æmulatione aut contrarietate: atq; attinẽtes ipſi ad inuicẽ iraſcuntur, ſed tamen ex ſimilibus ſignis talis et illius prædominatio & quidem non malo euentu, aut mali operis perpetratione, magis autem cum gloria ac multiplicatione diuitiarum. Vnde & illi ramuſculi interponuntur, in illis interſecationibus: eò quòd licet accenſio animorum, ac ſanguinis ebullitio fiat, non tamẽ ſequitur effectus aliquis, q proportionatus ſit tali caliditati ſuperexcedenti. Et quando aliquod malum futurum eſt, ex tali hæreditate, illi etiam ramuſculi ſunt ab alia nobili linea interſecati. Aliquando autem ſunt aliquæ lineæ interſecantes naturalem verſus quadrangulum manus, & notant lites cum propria matre, ex cauſa ipſius occurrente: et hoc magis cognoſcitur cum tales lineæ in quadrangulo ſunt interſecatæ, & hoc intelligitur, quando tales lineæ, ex tranſuerſo naturalẽ interſecant: ſi autẽ ex directo manus ipſam ſecarent, non debent eſſe interciſæ. Ratio eſt huius ſignificati, quia notant afflictionem mẽtis, magis quã corporis, eò quòd ex conſanguinitate dedignetur, neq; in iram accendatur, vnde et tales lineæ deſcendunt à naturali verſus partem inferiorem, ſignificantes impedimentum cerebri, imò caloris naturalis, & nocumentum capitis: & quando ſunt interciſæ in quadrangulo, tales habens erit ſuperior, et pars aduerſa ſuccumbet. Ratio eſt, quia ſignat tale impedimentum caloris naturalis debilitari, cum conualeſcentia caloris naturalis, & ex conſequenti, contra aduerſarios ipsũ habentẽ dominari. Aliæ quoq; lineæ in ipſa naturali inueniũtur verſus quadrangulum & ſunt ad inuicem interſecatæ, ad modum crucis, vnitæ autem cum ramis ex duobus capitibus, ad ipſam naturalem, et ſignificant vulnera in capite. Ratio eſt, quia ſignificant impedimentum caloris naturalis ab extrinſeco, vnde et ipſi naturali vniuntur, ſed nõ interſecant, impediũt quidem calorem, ſed nũ prouenit ex prædominatione aut ſuffocatione naturali, ſed eſt exterius illi adueniens. Quandoque verò accidit, quòd naturalis breuis eſt, in concauo manus finiens, & hoc duobus modis contingit. Aliquando namque circa finem inclinatur verſus menſalem, ac ipſi coniungitur menſali & ſignat hominem moriturum in iuuentute. Aliquando etiam breuis eſt, in neutram partem declinãs, ſed permanet recta in ſitu ſuo. Et tunc dicitur etiam mortẽ in iuuẽtute minari. Attamen maxima eſt differentia in tali ſignificato. Primo namq; modo notat impedimentum ac ſuffocationem caloris naturalis, ex maxima abundantia humiditatis ac frigiditatis, ita quòd dicitur tale ſignum ex Appoplexia mortem minari ſubitam. Secũdo autem modo ſignificat impedimentum ab extrinſeco, & hoc ex infirmitate proueniet, ita quòd talis debilitas ſiue impedimentum, non ſucceſſiuè formabitur, aut effectum ſuum producet: poſtea ſubito ex improuiſo continget, ſed ſignificat occidi, aut infirmitate aliqua prægrauatum, vitæ ſuæ terminum explere. Notãdum autem quòd in his omnibus, ac alijs ſimilibus, quæ circa vitæ terminum

Victor litium. [margin, beside "ſunt interciſæ in quadrangulo"]


Apoplexia [margin, beside "tale ſignum ex Appoplexia"]

occur-


occurrerint, ſemper conſideranda eſt, linea vitalis, quæ eſt principalis in conſideratione calidi naturalis, ac ſecundũ eiuſdem lineæ proportionem, effectus aliarum linearum, ac ſignorum iudicandum. Similiter quando dicimus vitalem ſignificare naturã cholericam, ſiue furioſam ac beſtialem, præſertim conſideranda eſt naturalis, ac ſecundum ipſius diſpoſitionem, & ſuum etiam iudicium affirmandum. Ex his quæ hactenus dicta ſunt, facilè accidentia naturalis patent, vt etiam ex ſubſequentibus figuris.



1 Naturalis diſtincta, obuerſis lineolis nullis ſciſſa, optimam valetudinem, cerebrumq́ue ſanum, ingenium viuax, & memoriæ tenacitatem notat.
2 Naturalis, tuber Lunæ pertingens, & longa, animum audacem, ac vitæ longitudinem notat, hilarem, ac fortem hominem.
3 Naturalis breuis concauum non exiens, hominem auarum, timidum, tenacem, impudentem, ac perfidioſum notat, ac animi labilem memoriam.





4 Naturalis non extenſa, ſed inter medium & annularẽ finiens, hominem deprauatum moribus, & non diuturnæ vitæ oſtendit.
5 In forma hemicicli, præter montem lunæ demigrata, et ad ipſum tuber recuruata, quanto productius exierit, tanto vitam longiorem pollicetur, ſed in ſenectute egeſtatem.
6 Eadem qua parte deſinit, ſurſum ad digitos erecta, impudentem virum, malicioſum oſtendit, ſi multum ad digitos extendatur, ſtultum & inſipientem.

7  8  9 

7 Ad raſcettam demiſſa, cupidum & impurum notat hominem. Item parua crux è regione medij, hominem intra annum moriturum indicat, præſertim ſi quadrangulus defuerit, talem breui moriturum indicat.

8 Tortuoſa naturalis non ſibi conſtans, & inæqualis ac diuerſi coloris, ſignum prauitatis, & peſsimi animi, & nonnunquam furti.




9 Surſum aſcendens & recuruata, menſalem tangens, damnum aliquod & aduerſam notat fortunam.

10  11  12 

10 *Conſtans, æqualis, colorisq; lucidi: & ſi quædam lineæ moueantur ab ea, ſignum eſt bonæ conſcientiæ & iuſtitiæ.*

11 *Groſſa, lata, cum quadam rubedine permixta, ruditatem ingenij, & prudentiæ arguit inopiam. Sed ſi duæ adiacent lineæ rubeæ, iratum & furibundum hominem notant.*

12 *Subtilis, pallens, liuida, debilitatem cerebri, ac aſcendentes à ſtomacho vapores ſignat. Et ſi circa eam duæ paruæ lineæ fuerint coniunctæ, vulnera ferro infligenda minantur.*


13  14  15 

13 Si habeat iuxta ſe ſpacia nodoſa, pallida, continua, quotquot ſunt nodi, tot homicidia admiſſa vel admittenda: qui nodi, ſi nō omninò reſoluti ac clauſi videbuntur, graſſatoris indicium eſt, non tamen homicidæ, qui cædit ac vulnerat, nòn planè tamen occidit. Si rubeant noduli, homicidam ac latronem futurum notant.

14 Puncta craſſa ac pinguia inconditos mores ac inſulſum hominem oſtendunt, qui ſi rubeant, crudelem ac præferocem hominem notant.

15 Si fuerit tortuoſa, ac per gyrum faciens ſemicirculum cum quadam obſcuritate, à quadrupedibus periculum, vel à feris interemptum iri dicit. Aut ſi tortuoſæ lineæ in ea reperiantur, indicant infælicem & infortunatum.

16 17 18




16 Verſus raſcettam bifurcata, cum quibuſdam ramuſculis, & interſectionibus, omnes illius cogitatus ad peſſima retorquet, Deum neque hominem timere videtur.

17 A radice vitæ incipiens, ac directò per mediam manum tranſiens, abſq; inciſionibus, ſignat bonum corporis ſtatum, ac cerebri incolumitatem: & cum fecerit angulum acutum, tenacitatem memoriæ, æqualitatem, & animi recreationem.

18 Tortuoſa tendens ad menſalem, maledicum, prauum, ſanguinis effuſorem, & ideo ſæpè periclitaturum vt aliquando ſuccumbat. Si habeat conciſiones, ſuperbum. Si crux in angulo ſupremo inueniatur erectà à tubere pollicis, probum, & in omne bonum procliue ingenium arguit, & ê contra.

19 20 21





19 Si ſemicirculum per gyrum fecerit, cum quadam obſcuritate, â quadrupedibus malum, & interdum mortem minatur.


20 Si tortuoſa fuerit & linearum inciſiones habuerit, infœlicem, infortu-

natum notat. Et ſi crux inueniatur, contentioſum, litigatorem, & diſcordiæ ſtudioſum.

21 Naturalis inclinata verſus medium, aut tangens menſalem in fine, effuſionem proprij ſanguinis, cum periculo vitæ dicit, & malignum hominem, forte beſtialem, inſanum, & parui cerebri.










22 Diſiuncta naturalis à vitali in angulo ſupremo, & notabiliter diſtans, & interſtitium non interrumpit aliqua linea, crudelitatem, auaritiam, et malam mortem notat. Et crux in principio, bonorum perditionem.

23 Crux in fine naturalis, à quouis latere, bonum vitæ exitum, & ſtatum competentem indicat. Et naturalis cum vitali coniuncta, & ſe mutuò non interſecantes, hominem ſtudioſum ac pacificum notat.

24 Interſecantibus ſpacium inter vitalem & naturalem lineis, prodigalitatem, & ſtultitia propria in egeſtatem peruenire notant. Item, naturalis interciſa, clara, & euidens linea in fine, ſacrilegum oſtendunt.









25 Si prædictas lineas aliæ duæ paruæ in modum crucis interſecent, perſecutionem, & inimicos notant, & fortè illorum victorē. Item, ſemicirculares lineæ ſupra naturalem, lites pro rebus eccleſiaſticis vel cum perſonis eccleſiaſticis denotant.

26 Inclinata aliqualiter in monte verſus raſcettam, hominem honoratum notat. Item, linea tortuoſa à naturali circa angulum ſupremum aſcendens ad indicem, bilinguem, & murmuratorem notat.

27 Non tranſiens concauum verſus percuſſionem, auarum, vilem animo, timidum, cholericū dicit, præſertim quadrangulo exiſtente ſtricto. Item, quotquot fuerint circuli in naturali, totidem homicidia notant, & quò magis appareant.








28 *Si imperficiuntur, minantur offenſiones letales, citra tamen mortem, ſecundum locum vbi reperiuntur in eadem ætate.*


29 *Groſſa cum ſubſequente linea, turbationem cum propria matre, ex qua cauſa poſſet ſequi ſanguinis effuſio.*

Item lineæ in fine naturalis, vulnera prædicunt, quæ ſi fuerint interciſæ, ferro vulnera inferenda minantur.

30 *Crux in oppoſito medij ſub naturali, vel in oppoſito medici, vitam breuem præſagit, eóque magis, quò plus clareat & rubeat.*

Item ſi naturalis ſit tortuoſa, & malè apparens, offenſionem ab animali quadrupede deſignat.







31 *Breues lineæ à naturali verſus menſalem tendentes circa angulum ſupremum, hominem benè morigeratum & bonæ notant conſcientiæ, liberalem & fidelem.*


32 *Lineæ conſequentes in naturali, aſtutum & ſagacem præſagiunt hominem.*

Item bifurcata in fine, mala ſecretè operantem hominem, eumque naturâ ſubnigrum depingit.

33 *Puncturæ inordinatæ, phantaſiæ offuſcationem, debile cerebrum notãt, ſi in principio, in prima ætate, in medio, in ſecunda, in fine, in tertia.*

Item lineæ paruæ à naturali ad menſalem tendentes, virtuoſum & fidelẽ notant hominem.

34

35



36


34 *Naturalis vitalem interſecans, & linea à dorſo manus veniens ad vtramque applicata, maleficatum & intoxicatum iri notat hominem.*

Item linea à naturali ad articularem tendens, reſpectuoſum monſtrat hominem.

35 *Breuem vitam ſubtilis ad palmam veniens deſignat: ſi verò menſalem verſus in fine declinet, longam vitam, ſed laborioſam dicit ſenectutem. Item lineæ in modum crucis, ſed paruæ faſtidioſam perſecutionem offerunt.*

36 *A vitali diſiuncta, manus dorſum petens in angulo ſupremo verſus indicem, periculum in bello, & ab animalibus quadrupedibus, ſed in fine interciſa, cum propria matre tribulationes affert.*

37

38

39



37 *Lineæ craſſæ & profundæ, à naturali ad menſalem tendentes, per concauum, quotquot ſunt, toties in manus inimicorum caſus, & carceres notant: & lineæ circa naturalem in fine offenſiones tibiarum.*

38 *Naturalis ſcindens palmam, verſus percuſsionem diſcontinua, verſus raſcettam aliqualiter flexa, pauperem ſenectutem & infortunatam notat. Et foſſula in naturali circa angulum ſupremum, oculorum debilitatem, & eò magis, quò à dicta foſſula aſcendant lineolæ ad menſalem.*

39 *Duæ lineæ à naturali aſcendentes ad menſalem, & ſimul coniunctæ in quadrangulo circa menſalem, bona Eccleſiaſtica poſsidere, aut ab Eccleſiaſtica perſona recipere indicant, & inopinatam bonamque fortunam.*

40 Tor-




40

41

42


40 *Tortuoſa in medio, vſurarium & auarum denotat, ſed duæ lineæ naturalem ſcindentes, verſus menſalem, & in fine coniunctæ in angulo, turbationem cum matre, eamq; matrem priùs mori indicant.*

41 *Craſſa naturalis, ſtultitiam, & eò magis, quò ſit reſpectu aliarum linearum benè proportionata, deſignat: Sed linea breuis & profunda, ſcindens naturalem in concauo, vulnera & renum notat percuſſiones.*

42 *Lineæ interſecatæ ſuper naturalem, non ſeruare vxori fidem, & è contra notant: ſed ramuſculoſa naturalis in fine, luxuriam in quacunq; parte notat, vitioſum & ſecretè malè agentem, & inhonestè amatorem clericorum.*

43

44

45


43 *Malè formata, & pluribus lineis diſiuncta, dolores in omni temporis mutatione, humidi aut pluuioſi præſertim in Autumno indicat.*

Item diſperſa & malè apparens in fine, infirmitates graues, defectum facultatis & diuitiarum notat.


44 *Linea à principio vitalis per naturalem deſcendens ad menſalem, mortem ex fluxu ſanguinis præſagit.*

Item quotquot lineæ tortuoſæ naturalem ſcindunt, totidem graues notant infirmitates.

45 *Lineæ naturalem in oppoſito medij vel annularis interſecantes, mortem in iuuentute præſagiunt.*

Item lineæ in principio naturalis ad indicem aſcendentes, fidelem & honestum deſignant hominem.

Bifur-



46 Bifurcata, in cuius fine rami per palmam latè extenduntur, debile cerebrum, ingenium tamen ſignat: & hoc ex defectu phantaſiæ, & quo magis extenduntur & reflectuntur, eò maiorem indicant ſtultitiam.

47 Naturalis in principio ramos verſus dorſum mittens, fidelitatem oſtẽdit, & de inimicis victoriam.

Item diſcontinua & tortuoſa, iniquum & proteruum elucidat hominem, ad latrocinium et omnes truphas pronum.

48 Si rami verſus menſalem reflectantur, hominem Lunaticum, phantaſticum et luxurioſum præſagiunt.

Item diuiſa et diſcontinua, cuius alter ramus ad menſalem tendit, breuem minatur mortem. Notetur proportio vitalis.



49 Interrupta & diſcontinua, falſitatem, & animi notat malignitatem. Item linea à naturali ad menſalem tendens, verſus auricularem, honeſtum & morigeratum arguit hominem.


50 Breuis naturalis, & ad menſalem illicò inclinata, mortem in iuuentute prænunciat, & fortè violentam & ſubitam: ſi menſalem non tangit, mortis euaſionem optat.

51 Scindens palmam per tranſuerſum, ſtultitiam & infœlicitatem notat.

Item caput ad ipſam vitalem inclinans, & cum ipſa non coniungitur, prodigum, & vanaglorioſum offert.

Item lineæ apparentes in fine naturalis, verſus menſalem, fidelitatem præſagiunt.

In



52 *In principio cum menſali vnita, amiſsionem diuitiarum teſtatur, præſertim naturali ramis carente, infortunatum, audacem, & imperitum hominem, mortem ſubitam, ac fortè violentam minatur.*


Item foſſula in medio, latronem, furem, & infidelem dicit hominem, cuius præſertim oculi ſunt profundi & depreſsi in capite.

53 *Scindens vitalem in principio ibidem adiuncta menſali, homicidiarium & in omni malo aſtutum ſignat hominem.*

Item bifurcata in fine, inclinans ramos bifurcationis, verſus menſalem, bilinguem, loquacem, & mendacem indicat hominem.

54 *Linea ſcindens naturalem, & ad illam ſuccedens, per multas prouincias peragrare, & ſe ſuo Marte & ingenio regere, neminem curantem, ſuperbum, & vaniglorioſum hominem notat, exilium fortè paſſurum.*

Item linea recta à naturali ad indicem aſcendens, bona futura etiam aduerſante fortuna denotat.



55 *Soror naturalis, in principio aut in fine reperta, quantò eſt longior, eò melior, hæreditatem pollicetur.*

Item foſſulæ in principio verſus angulum ſupremum, & pallidæ, debilitatem capitis ſiue oculorum in iuuentute prognoſticabuntur: Si in medio reperiantur ad 30. annos: ſi in fine, in ſenectute.


56 *Naturali in concauo finiente, interueniente ſorore, inter eam & menſalem, oſsium fracturam ac fortè tibiarum minatur.*

Item quadrangulus latus & amplus, hominem proprij capitis, inimicum laborum, prodigũ, inſcium: Si verò ſtrictus fuerit quadrangulus, caliditatē et ſiccitatem, hominemque ligitioſum & aliqualiter malignum diffinit, miſerum vitæ ſuæ finem innuit.

57 *Ex omni parte ſorore apparente, in actu habere vxorem. Idem notat, ſi naturalis ſit diſcontinua: etſi ſoror abeſſet, notat etiam morbum Gallicum, pro correſpondentia.*

Item in fine linearum interſectio, vulnera & offenſiones capitis eoq́; magis, quò ſupra naturalem magis exiſtit in triangulo.

58 59 60



58 *Aſcendens recta per tranſuerſum palmæ, & ſi vniatur cum vitali in ſupremo angulo, abundantiã caliditatis cũ parua ſiccitate, ſed cum aliquali humiditate permixta dicit.*

Item linea à triangulo naturalem ſcindens, tendensq́ue ad auricularem, hominē aliqualiter fortunatũ tandē per mulieres aut propria virtute notat.

59 *Circularis figura vicina naturali in quadrangulo offenſionem oculi notat dextri aut ſiniſtri, prout in dextra aut ſiniſtra manu reperiatur: Si verò ſunt duæ figuræ in vtroque oculo, offenſionem præſagit.*

Item puncturæ capitis debilitatem & choleram: Et ſi fuerint quadratæ vel largæ, homicidiarium monſtrant.

60 *Lata in ſuperficie, Cholericũ, furioſum, naturaliter contētioſum cum parētibus, & omnibus alijs perſonis, eoq́; magis, quò habeat lineas ſubſequētes.*

Item lineæ interſecantes ſe in triangulo, lites & inimicitiam mortalem, hominemque litigioſum, malignum & homicidiarium notant.

61 62 63



Exten-


61 *Extenſa in fine, debilitatem cerebri, & phantaſiæ arguit, eòq; magis, quò ramuſculi ſubſequuntur, & ſi fuerit multum profunda ſine ramuſculis, mortem freneticam & lunaticam minatur.*

62 *Lineæ ſubſequentes ſuper naturalem, aſtutum, & ſagacitatem animi, et naturæ integritatem, eademque bifurcata & recta, aſtutiam & ſecretè mala operantem, hypocritam & religioſum notat hominem.* Hypocrita.

Item puncturæ, oculorum offuſcationem, & cerebri debilitatem, ſi longæ & apparentes fuerint, debilitatem aut oculorum aiunt dolorem.

6 *Semicircularis linea coniuncta cum naturali in quadrangulo, grauem offenſionem, & periculum minatur oculorum, ſi duæ fuerint in vtroque oculo.*

Item curta ſiue breuis in oppoſito medij exorta, breuem vitam, animum iniquum & malignum notat.




64 *Vitalem interſecans in angulo ſupremo, lineaque recta à parte ſuperiori vtramque interſecante, intoxicatum & maleficiatum iri hominem notat, aut ab animali quadrupede offenſionem.*

65 *Naturalis extendens ramum faciénſque oblongam figuram benè apparentem, ſuper abundãtiam humorum melancholicorum notat cum offuſcatione phantaſiæ & imaginationis, & vertigine capitis per aliquod tempus, et quo maior eſt figura, tantò longior eſt infirmitas. Notetur lineæ proportio, ſi in prima, ſecunda, aut tertia accidat ætate.*

6 *Vnita cum vitali in medio ſpacio indicis in parte ſuperiori, affectum honoris conſequendi ſuo exercitio, cũ magna difficultate, vix tamen aliquid conſequi, niſi tandem, eóque plus, quo rectior eſt angulus.*

Item interrupta in principio, offenſionem tibiæ illius partis, ex præcipitio etiam capitis notat.


Item interſecata pluribus lineis, breuem vitam notat.



67 Palmam tranſuerſa, in fine tortuoſa & duplicata, vel cathenatis lineis, verſus percuſsionem mixta, infortuniū, labores, pro recuperandis bonis alio rum poteſtati fiſis, & ea non poſſe recuperare, & quò profundiores ſunt ra- mi, tantò plus ſignificant: poteſt etiam cauſari per alias perſonas, interea re- rum amiſsionem notat.

68 Malè formata, & cōtinua pluribus lineis, paſsiones graues in neruis & iuncturis pro mutatione temporis manifeſtat. Itē diſcontinua, & in fine tor tuoſa, iniquum, malignum, in latrocinio ſollicitū, & ſimili operatione notabit.

Appplexia Homicida. 69 Breuem vitam minatur naturalis intra medium, & annularem recur- uata, et fortè ſubitam apoplexiam, eoq; magis, quò ad mēſalem magis accedit. Item lineæ interſecantes in triangulo, lites, inimicitiam mortalem, hominē- que litigioſum, malignum, & homicidiarium notant.






70 Lineæ à naturali ad menſalem tendentes, hominem realem, fidelē, iu- ſtum, & eò magis, quò lineæ inter medium & indicem, aſcendant: Item incli nata & diſcontinua in quadrangulo, debilitatem notat cerebri. Item inclina ta ad triangulum, prodigum & guloſum hominem ſignat.

71 Diſcontinua & interrupta in fine, infortunia, & paupertatem in ſene- ctute: Si tortuoſa, malignum, iniquum, auarum, exiliumque extra patriam: Si verò eleuata & longa, bonorum augmentum.

Apoplexia. 72 Inclinata verſus medium, in iuuentute debilitatem capitis, cerebri, pha- taſiæ & imaginationis, ita, quod facilè ſtultus perueniret, patitur defectū, quem ſuperare facilè poteſt. Si in fine inclinetur, mors erit frenetica, ſi ſit fi- gura oblonga, apoplexiam notat.




73 Pal-

73.

74

75


62 Palmam interſecans, ſtultitiam, cerebri leuitatem, infortuniũ notat, malam mortem, & eò amplius ſi quadrangulus ſit latus, vel à ſuperiori angulo diſiunctus. Item, ſemicirculares lineæ ſuper naturalem, litigia faſtidioſa, & longa notant, in cauſa eccleſiaſtica aut beneficij.

74 Tranſuerſa palmam, aſcendensque per palmam verſus reſtrictam, vitam laborioſam de ſe præſumere, & obſtinatum caput: Item, mortem violentam & ſubitam in iuuentute, naturaq; timidum hominem, & infidelem notat naturalis per concauum tendens, ſorore verſus menſalem inclinata. Mors violenta.

75 Linea interſecans et ſubſedens, peregrinationem in diuerſis regionibus notat, & quòd nullius perſonæ habebit reſpectum, nec parentum, nec genitoris: ea de cauſa exilium ſequitur. Idem notatur, ſi altera menſalem interſecat, propria voluntate extra patriam peragrabit. Exilium.

76

77

78


76 Naturalis ſoror verſus triangulum inclinata, promiſſionem cum pluribus mulieribus notat, præſertim cũ ſupremus angulus ſit ſeparatus, malignitatem animi & grauem infirmitatem, & fortè morbum gallicum. Item, confuſa naturalis & malè apparens in fine, debilitatem cerebri notat. Ficus.

77 Fracturam oſſium notat naturalis breuis ſorore exiſtente in quadrangulo, tempus metiatur, & grauem capitis offenſionem. Item, pũcturæ, paſſionem continuam capitis, & cerebri debilitatem, periculumq́ vertiginis: proportio lineæ obſeruetur pro tempore caſus. Vertigo.

78 Figuræ oblongæ, graues paſſiones, & capitis debilitates, ſi in principio reperiantur in iuuentute, ſi in medio circa annos 30. ſi in fine, in ſenectute, cum dolore circa frontem. Item, extenſa per percuſſionem & partem manus exteriorem, vitam pauperem & miſeram: & ſi ſit diues, erit pauper & perdet bona ſua. Si ſit eleuata verſus montem manus, minus ſignificat.

 Inter-



79 *Interrupta in principio, vel diſcontinua & reflexa verſus triangulum, offenſionem capitis vulnere aut percuſſione. Item verſus vitalem in fine inclinata circa angulū, dextrum hominem iniquum, malignum, et traditorem notat.* 80 *In fine parum bifurcata & non multū extenſa verſus montem manus & percuſſionem eleuata, hominem morigeratum, catholicum: & ſi in iuuētute fuiſſet laſciuus, cholericus, tāto ipſemet ſe refrenabit, et amplius dum ad maiorem peruenerit ætatem, & erit amator religioſorum.* 81 *In formatione anguli ſupremi ſi incuruetur verſus quadrangulum, deinde reſpōdeat ad montem manus, & formet angulum aliqualiter latum et non acutū, bonum ingenium vniuerſale in omnibus notat, architectorem, agricolam, diuerſis ſcientijs oblectari, conſideretur annularis.*

DE LINEA MENSALI, ET CVR DIcatur menſalis, Caput III.

MENSALIS eſt, quæ in humano corpore ſuas habet demonſtrationes, ſicque actus humani, ſecundum ipſorum membrorum qualitatem et complexionem, regi ac gubernari dicuntur. Attamen eſt alia linea, quæ non vni tantum ac ſingulari membro attribuitur, ſed toti corpori, non equidem vt per eam omnium accidentiū cognitio eluceſcat, quæ futura ſunt in toto corpore, ſed ſimul et ſingulariter in vnoquoq; mēbro, ſed ſimul et p eā agnoſcatur vniuſcuiusq; corporis virtus aut vigoroſitas ſiue ſubſtantiæ fortitudo. Vnde & iſta linea dicitur Menſalis, id eſt, Cōmunis, eò quòd oſtendat ipſam virtutem totius corporis, ac fortitudinem ſubſtantiæ ſpecificè, licet non propriè ac per ſe oſtendat complexionem ſiue qualitatem naturæ, niſi imperfectè & à poſteriori. Nam ex ſua propria ſignificatione, tantum ea oſtendit, quæ ad ipſam virtutem actiuam ſiue operatiuam ſpectare vidētur, ſcilicet caliditatem & humiditatem ac eorum æqualitatem, alia autem non niſi per accidens. Quo autem ad qualitatem et diſpoſitionem ipſius menſalis, ſciendum eſt quòd debet eſſe recta, integra, continua, profunda, & apparens vſq; ad oppoſitum ſpacium medij, aut in monte ipſius verſus montem indicis. Sic namque diſpoſita, ſignificat bonitatem complexionis, ac bonam habilitatem aut aptitudinē ad prolium generationem. Ratio eſt, quia ſignificat æqualitatem ac temperantiam caliditatis, & humiditatis. Si autem contrario inueniretur, ſcilicet diſcontinua aut ſubtilis, ſignificat contrarium. Ratio eſt, quia notat

Menſalis proprietas.

Generatio prolium.

notat debilitatem caloris naturalis ex prædominatione aliarum qualitatum. Si autem ipſa linea ſit ramuſculoſa, ita ſcilicet, quod pluribus lineis continuetur, quarum extrema verſus quadrangulum flectantur, ſignāt hominē callidum & aſtutum, ingenioſumque, & lingua ſua plurima mala, bonaque operari, itaq; ad vtrumque lingua ſua valebit. Ratio eſt, quia naturam ac complexionem ſiccæ qualitatis oſtendit. Et ſi manus fuerit carnoſa ac pinguis, tactu etiam mollis, ſignificat quòd talis cōmuniter amicis fideliſſimus erit, inimicis autem ſubdolus ac ſupplantator. Si autem manus fuerit ſicca & aſpera, ſignificat quòd talis ex ſe erit proditor, & infidelis, amicos & inimicos communiter decipiet. Ratio eſt, quia primo modo ſignificat complexionē quidem calidam & ſiccam, ſed cum aliquali humiditate. Secundo aūt modo ſignificat ſimpliciter aut ſiccam aut calidam, aut ſiccam & frigidā complexionē, & ex conſequenti confuſionem, ſolutionem ſiue debilitatem virtutis phantaſticæ, ex quibus omnia prædicta proueniunt. Quandoq; ipſa menſalis eſt bifurcata, & ſicuti diuerſa eſt talis bifurcatio, ita & diuerſa ſignificat. Si bifurcata eſt verſus montem indicis, ſignificat bonitatē naturæ ac complexionis, ingeniique acumen et excellentiam. Ratio eſt, quia ſignificat non ſolū complexionem temperatam, ſed caliditas aliquando prædominatur, licet non ſuperexcedenter, ex quo ſequitur quædam amplitudo, ac vigoroſitas ipſorum ſpirituum vitalium, ipſorumq; humorum, fumoſitatum, ſiue vaporationum clarificatio, vnde & ingenio ſuo, ac animi nobilitate, in bonum proficiūt habentes talia ſigna. Si aūt tales rami extendantur verſus digitos, malum ſonant, ſcilicet aut hominem maleuolum, iniquum, infortunatum, infœlicem, aut laborioſum, & magnarum curarum. Ratio eſt, quia ſignificat impedimentū aut ſuffocationem, ſiue debilitatem calidi naturalis ac virtutis actiuæ. Attamen & aliquando in tali inclinatione, ramus ſuperior inclinatur verſus indicem, ita quòd in radicem ingrediatur, primam iuncturam aſcendendo, & tunc ſignificat hominem cholericum, immò quodāmodo freneticū, & aliquando ex impulſu ſiue influxu cœleſti agitari. Ratio eſt, quia ſignificat quandam ſuperexcedentiam ſiccitatis & caliditatis non continuam, ſed in aliquo tempore, aut mutatione ſingulari, ex qua talis ex complexione ſua accenditur, & in accenſione ſeu aduſtione tali, multi vapores exhalantur, & ad ipſum caput aſcendunt, concitantque virtutem phantaſticam, quæ commota cum nimia caliditate diſſoluitur, phantaſmata quoq; in confuſo perſiſtunt, ex quo de neceſſitate ſequitur, quod talis in ſenſu valde turbetur. Nam plurima quoque ſimul quodammodo cogitat, nec ſingulariter diſcernere valet, quapropter in ſeipſo iraſcitur, dedignaturq;, nec ſeipſum poteſt ſuſtinere. Sicuti autem ramuſculus iſte duplici modo inuenitur exiſtere, ita et diuerſimodè huiuſmodi effectus pducuntur. Quandoq; enim dum talis ramus indicem ingreditur, vadit per directum ipſius digiti in parte inferiori verſus mediū, et tunc ſignificat ſuprà dictis paſſionibus detineri, ſed ſatis remiſſius ac debilius, ita vt quodāmodo ex nullo tempore, in talem paſſionem incidere dicatur, & ſi aliquando, tamē rarò. Si aūt talis ramus in ingreſſu ipſius iuncturæ, tranſuerſaliter aſcendat

Aſtutia.


Proditor.

ver-

*vérſus partē ſuperiorē, ſignificat hominē in tali paſſiōe detineri modo primo
expoſito. Si aliquis inferret, id poſſe ſignificari ex ſupra dictis ramuſculis, q
ex continuatione mēſalis in quadrangulo inueniūtur, dicendū eſt hoc eſſe fal-
ſum: quia licet tales ramuſculi ſignificent ſiccam qualitatem & ex conſequē-
ti, aliqualem aduſtionem ſiue accenſionem atræ bilis, non tamē ex hoc ſequi-
tur, quòd in ſuperexcedentiā caliditatis aſcēdat, imò debilitatur calor na-
turalis, vnde & in malis operationibus, ſcilicet in fraudibus ac proditionib.
obſeruationibusque exercentur habentes. Ramuſculus autē prædictus ſigni
ficat ſiccitatem & caliditatē cum augmento ac vigoroſitate, nec tamen adeò
vehementem quod in crudelitatem poſſit adduci, niſi fortè ex aliquo infortu
nio & ſubitò, ſed ſolùm mentem rationemq; confundunt. Nec ipſa phantaſia
in operationibus ſuis, clarè ac liberè valet exire. In ſignum autem huius eſt,
quòd ramuſculus ille non directê per montē indicis aſcendit, ſed in fine incli-
natur, ſignificans remiſſiorem debilitatē aduſtionis ſiue accenſionis caloris
naturalis. Aliquando autē menſalis extenditur rectè aſcendendo ipſum mō-
tem indicis, verſus dorſum ſiue partem ſuperiorem. Et aliquando ramuſculo-
ſa eſt, aut diſcontinua & diſiuncta. Aliquando autem integra, continua, et ſi-
ne ramis. Et quando eſt integra, continua, & ſine ramis, ſignificat hominem
iracundum, crudelem, iniquiſſimū, & eò magis quô fuerit profundior & ap-
parentior. Ratio eſt, quia ſignificat ſuperexcedentiā caloris naturalis ac ſic-
citatis, ita quòd nulla humiditate aut frigiditate valeat temperari. Quando
autem eſt ramuſculoſa aut diſcontinua, ſignificat impedimentum ſiue debili-
tatem talis caliditatis, aut etiam ſiccitatis, ex qua remiſſione ſequitur quod
non eſt ita iracundus ac crudelis. Si autē ipſa linea menſalis in progreſſu ſuo,
aſcendendo verſus angulū ſupremum, ſcilicet cum cōiuncta fuerit vitali aut
naturali, hominem notat proprÿ capitis ac duræ ceruicis, & infortunÿs ma-
ximis ſuccumbere, aut periculis maximis occupari. Ratio eſt, quia ſignificat
maximam virtutem ac potentiam calidi naturalis, ita vt neminem timere ve-
lit, et hoc ex ſubreptione magis, quam ex propria virtute. Nam ex vehemen
tia caloris naturalis, ratio ipſa aliqualiter abſorbetur, nec quæ qualiaue ſint
agenda præponderabit. Et in ſignum huius, menſalis vnita eſt naturali aut
vitali, quæ proximiores eſſe dicuntur primo principio caliditatis, imò oſten-
dunt ipſum principium caliditatis, quanti valoris ac ponderoſitatis exiſtat,
ſignificaturq; calidum naturale præpotens eſſe, vt per totum corpus ſuam vi-
goroſitatem æqualiter ſuſtineat. Quod ſi aliquando menſalis naturalē aſcen
dat in concauo manus, ſignificat, quod talis habens in iuuentute ſua plurimis
ſtragibus occupabitur. Et ſi vitalis in illo tempore vitæ periculum oſtendet,
ab inimicis ſuperabitur, & vitæ ſuæ terminum explebit. Ratio antem huius
eſt, quia ſignificat vehementiam maximā calidi naturalis citò caſuram, hoc-
que magis ab extrinſeco proueniet, quamuis omnes cōatus in iuuentute ope-
rentur. Signum huius eſt, quia ſubito, & nō in proceſſu naturali coniungitur,
in quo maximè etiam oſtenditur ipſa naturalis caliditas ac proximitas prin-
cipÿ vitalis. Quod autem ad accidētia menſalis, ſciendum eſt, quod aliquando*


ni

in principio ipſius lineæ, inuenitur figura quædam oblonga arcualiter, & aliquando etiam apparet veluti foſſula, & ſignificat quod talis habens erit ſecretus ex ſe, aſtutusq́ ac callidus, amabitq́ conuerſationē et ſocietatē ſecretā, ita quod ſi malum perpetrabit, ſecretè tamen, & hoc erit proprium ipſius, & hæc vera ac propria expoſitio iſtius ſigni. Ratio eſt, quia ſignificat abundantiam caloris naturalis, humiditate permixti, ſed ad ſiccitatē tendentis, vnde & ingenioſus erit tam ad bonū, quàm ad malum, ſed ex calliditate et aſtutia ſua, rarò aut nunquā malum aliquod perpetrabit, ſolo virtutis ac honeſtatis intuitu: & hoc intelligendū eſt, quando eſt veluti figura circularis oblonga, ſi aūt eſſet veluti foſſula, notat talem aſtutiam ac cautelam in vitÿs ac inhoneſtatibus occupari, et maximè maſculinis. Ratio eſt, quia maiorem frigiditatem ac ſiccitatem abundare ſignificat. Si aūt in illo eodemq́ loco fuerint aliquæ linulæ arcuales, interſecantes menſalē, ſignificāt impedimentū ipſius potentiæ, ac vigoroſitatis ſubſtantiæ generatiuæ ab extrinſeco. Ratio eſt, quia per ipſam lineā cognoſcitur vigoroſitas, ſiue ſubſtantia totius corporis, et nō propriè ipſa complexio, maximè aūt ipſa habitudo ad prolis generationē. Quoniam aut perfectio ac vigoroſitas ipſius caloris cognoſcitur ex integritate & continuatione talis lineæ, ideo cùm contingit huiuſmodi lineā in principio interſecari, ſignificat quidem impedimentum, ſed non ex defectu calidi caloris, magis autē ab extrinſeco: vnde et dicitur ſignificare infirmitatem ſiue infirmitates, ſi plures fuerint circa genitalia, et hoc intelligendum eſt, tam interius quam exterius. Ex his autem intelligenda conceduntur reliqua, quæ in huiuſmodi exercitio conſpicienda contingunt: atq́ omnes lineæ ſimul in omni iudicio proportionandæ ſunt, vt de vnaquaque clarior habeatur ſententia.




1 Menſalis æqualis, longa, alta, et recta, bonā naturæ qualitatē, membrorum in homine principatū, robur, modeſtiā, temperantiam, et conſtantiam in bonis operibus, hominē et eius animū notat. Si nuda ſine ramis fuerit ad radicē indicis tendens, infortunatū ac inopem futurū oſtendit. 2. Crudelitatē ac vehementē iracundiam indicat ad montē Iouis extenſa, quæ ſi rubeat, detractorem arguit, ac alienæ fœlicitatis inuidentem. Item rami recti, ad montē Iouis tendētes, honoris exaltationem, magnarum diuitiarū acceſſum, et pauperem paulatim ad dignitatis apicē, & potentiam acceſſurū præſagiunt. 3. Tres lineæ aut rami ad montē Iouis, et ad angulum ſupremum tendentes, fortunatū hominem, lætum, iucundum, liberalem, nobilem, modeſtum, æqui atque hone-

ſti cultorem, qui veſtibus oblectetur honeſtis, omnis munditiei ſtudioſus, ſaporum ac ordorum varietate gaudens.



4 E regione medij finiens, mendacẽ ſibiipſi placentẽ, inconſtantẽ, fallacem, inuerecundũ, lites ac diſcordias ſeminantẽ notat. Idem, crux parua in fine, & loco Iouis, liberalẽ, veritatis amatorem, benignũ, affabilẽ, ac omni quodãmodo virtute ornatũ ſignat: et ſi fuerit iuuenis, præcocẽ bardũ. 5 Coniuncta cum naturali faciens angulum acutum, ad multa corporis & animi pericula peruenturũ notat hominem, ita quod aliquando vitæ tædeat ſuæ. Item, à quadrãgulo linea procedens in Saturni monte cum parua cruce, mortẽ coactam ſiue violentã notat. 6 Interciſa lineolis, ineptũ, inconſtantem, libidine fractum hominem, et cuius ſtudiũ erit, variè cũ mulieribus conflictari, ita vt eas nunc amet, nunc iracundè pellat, ſæpè verbis obiurgans, & interim verberibus affligat. Item, interim peſſimi argumentum eſt, ſi linea à naturali orta, medij tuber petens, menſam manus, ac menſalẽ ſcindens, in fine bifurcata: præſertim in muliberibus ea diſplicet.

Mors violenta.




7 Diuiſa et ſi pars ad montẽ Saturni tendat, altera ad naturalẽ, de vita ſæpè periclitaturum hominẽ præſagit, quamquã ex eis periculis conſeruetur. Item, obliquæ lineæ ſub radice menſalis, quotquot ſunt, totidẽ dicunt capitales inimicos. 8 Deficiente naturali, menſalis cum vitali angulum faciens, hominem indicat truncatum iri, vel mortaliter vulnerandũ, quicquid ſit nunquã ad optatũ finem perueniet. Item, ſemicirculares lineæ infirmitatem renũ, et in mulieribus debilitatem partus notant. 9 Subtilis circa montem Iouis finiens, ſuæ familiæ gubernatorẽ præſagit, et ſuper æquales fratres, et propinquos aliquando dominans eleuabitur, magnæq; fœlicitatis indiciũ eſt. Si pallida, alta, ſubtilisq; fuerit, pudicũ, caſtũ, ſed imbecillẽ morbis, ac ægritudinibus obnoxiũ. Item, interciſa, ẽ regione medij, adulterum, bilinguem, quem pauci amabunt.


Decollatio.

Adulterium.

Tuber









10 *Tuber medij non exiens, ſummæ egeſtati ac pluribus paßim periculis ac calamitatibus obnoxium hominem reddit. Item lineæ gradatim vna poſt alteram aſcendentes, quo plures, eò honoratiorem ac potentiorem dicunt, ac illi magna rerum dominia pollicentur.*

11 *In cuius manu nulla eſt menſalis, vtriuſque ſexus homo, erit maleuolus, contentioſus, iracundus, ſuſpectæ fidei, ac parum conſtantis animi, ac in omne malum facilè procliuis.*

12 *Linea à vitali tendens ad medium, menſalemq́; ſcindens, mulierem (cui ineſt aliquando) partum proprium necaſſe dicit. Item duplicata ſectio, hominem miſera morte moriturum, ſiue in viro, ſiue in muliere, mali exitus indicium eſt.* Partus occiſio.







13 *Bifurcata circa montem Iouis aut Saturni, hominem notat in vita multos labores ſubiturum, qui grauibus aliquando fatigationibus implicabitur, et quo magis rubeat, magis iracundum notat. Item, pallidæ & obliquæ lineæ inter menſalem & auricularem, nuptias præteritas oſtendunt.*

14 *Inter menſalem & locum Mercurij, linea à menſali auricularem verſus tendens, obſeruatum eſt, nec bonum, nec fortunatũ virum prædicare, ſed auarum, iracundum, triſtem, odioſum, ſordidum, malignum, qui alieni ſceleris ſocius fuerit. Item, inter menſalem & auricularem, lineæ ſibi numero pares, tot nuptias prætendunt.*

15 *Si ſectio ad montem Iouis deuoluta ſit, ei mulieri plurimas hæreditates prænunciat, & ſi magis quàm aliæ rubeat, dolorem inteſtinorum, & circa vmbilicum notat. Item, lineæ paruæ in fine menſalis, infirmitates notant in iuuentute, in medio, in ſecunda ætate, in principio, in ſenectute. Itẽ, foſſulæ in oppoſito auricularis, paßiones renum, & in muliere matricis dolores.*

16 17 18








16 Linea recta aſcendens ad annularem, bonum ingenium, ſi interciſa fuerit talis linea groſſa, impedimentum notat: Si interciſa ſit á monte Saturni, paupertate cogente fit impedimentum, ſi ex monte auricularis, occupationem in varijs negotijs & truphis.

17 Menſalis diſcontinua et ſi deſit hepatica, vel malè appareat, malam et difficilē generandi complexionem, niſi fuerit naturæ ſanguineæ. Item, bifurcata verſus indicem et medium, duplicem hominē, infidelem, et capitis leuitatem. Si rami aſcendant ad indicē, labores, anxietates, & quo magis extenduntur.

18 Extenſa per palmam in medio montis indicis, hominem crudelem, homicidiarium, & ſi in fine non habeat ramos, malam mortem minatur. Item, foſſula ſublonga ſub auriculari, puerorū amatorem, agentem et patientem notat. Si in diuerſis locis eadē figura reperiatur, cum cōſanguineis coitus exponitur.

19 20 21







19 Subtilis in principio & diſcontinua, & in fine craſſa, finiens inter medium & indicem, ab inimicis vinci notat. Si vero craſſa in principio & ſubtilis in fine, contrarium notat: Et ſi multum extendatur verſus indicem, vulnera. Item, lineolis interciſa circa annularem, tribulationes & labores à magnatibus minatur.


Podagra.

20 Puerorum amator, & ſi iuuencularum, præpoſterê tamen. Sed ſi recipiat puncturam rubram, abſtinentiam ſignat. Item linea à menſali inter medium & annularem, podagram indicat, eóque magis quò plus oppreſſa fuerit alijs lineis.

Homicida

21 Semicircularis linea circa menſalem, propriorum parentum & conſanguineorum homicidiarium notat. Item, puncturæ ſicut acu formatæ in menſali, qualeſcunque ſint, continentiam vitiorum affirmant, in quibuſcunq; natus fuerit inclinatus. Si appareant extra menſalem (quia ſecus non apparerent) continentiam indicant.

Bifur



22 *Bifurcata in fine, cuius alter ramus indicem, alter naturalem aut vitalem
petat, hominis fortunati, liberalis, ac amicabilis indiciũ eſt. Itẽ foſſula in oppo-
ſito auricularis, infirmitatem genitaliũ & amatorem vtriuſq; partis notat. Itẽ
linea à vitali ad montem manus aſcendens, parricidã aut conſanguineorũ de-* Parricida.
*figurat. 23 Ramus deſcendens ad indicem, infortunatum, & vulnere cæſum
ſubitò mori notat: Conſideretur vitalis Item inter mediũ & annularem lineæ
interſecatæ ſuper menſalem, podagrã notant. Item coniunctæ lineæ, & nõ om-* Podagra.
*ninò intercidentes, impedimentũ ferè nullũ fore indicant, at longæuum ſortie
tur effectum illius cæptũ. 24 Bifurcata, cuius alter ramus ad indicem aſcen-
dit, altero inter indicem & medium remanente, diuitias competentes, vitam
quietam & caſtitatem notat. Item duæ lineæ profundæ circa finem, mortem* Caſtitas.
violentam indicant. Mors violenta.




*Item lineæ à menſali ad annularem aſcendentes, bonum ingeniũ, & diuer-
ſarum ſcientiarũ curioſitatem: ſi interciſa, forte impedimentum, at lineæ
intercidentes ſi alijs craßiores fuerint, integrum erit impedimentum.*



25 *Extendens ramum verſus naturalem, incredulitatem & loquacitatem
arguit, ſed finiente inter indicem & medium, Saturnina ibidem cõcurrente,
periculum mortis in partu, & mamillarum dolores notat. Item lineæ in con-* Mors in patu.
cauo circa menſalem tot matrimonia protendunt: ſi interſecatæ fuerint vna Nuptiæ.
*relicta, aliam notat ſumere. 26 Linea è quãdragulo veniens verſus medium,
menſalem ſcindẽs, vulnera pro bonis proprijs, et fortè à latronibus, quæ ſi fue
rit interciſa, nõ modò verbera, ſed & mortem præſagit à latronibus, ſubtilis ad
montem indicis rectè aſcendens, damnum notat, ſi craſſa in principio poſt an-
guſtias, diuitias recuperare.*

Mors ſubitanea.

27 Linea à menſali verſus indicem aſcendens, & altera ab angulo ſupremo procedens illi vnitur formãdo angulum, mortem ſubitaneam notat, & quò acutior fuerit, eo fortius. Item crux ſupra menſalem in oppoſito annularis, labores & itinera in longinquis regionibus dicit.



28 Diſcontinua in principio, & quaſi in formã capillarem formata, naturam frigidam ſtirilemq́ indicat, & generandi impotentiã, niſi ſuperſit ſanguinea natura, & etiam malam complexionẽ. Item bifurcata inter mediũ & indicem, laborioſam et faſtidioſã vitã minatur, et quo ſit profundior, eo efficatior.

Mors ſubita.

29 Lineæ in fine menſalis ſeparatæ, ad montẽ indicis aſcendentes, mortẽ ſubitam notant. Item lineæ craſſæ circa menſalẽ infirmitatem notant. Itẽ linea à menſali ad radicẽ medij pueniens, labores, et maximas tribulationes oſtendit.

Totura.

Si ſint plures, carceres, ſi nigreſcant, torturas. 30 Puncta craſſa, rubea et inordinata in mẽſali, genitalium infirmitates præſagiunt. Item foſſula in oppoſito annularis, renum infirmitates. Item linea deſcendens intra medium et indicem ad menſalem, vulnus letale in capite, ſi ſit craſſa, minatur.


31 Directo tramite montẽ indicis tangens, hominis bonitatẽ et dignitatem patefacit. Item menſalis bifurcata in principio à quauis parte, inimicitias cauſat, et quò maior eſt bifurcatio, et quò rami magis diſtẽt, eo fortius. Item linea deſcendẽs à menſali verſus medium, bonorum fœlicitatẽ auget. 32 Rubea, et cũ alijs tribus non proportionata, offenſionem capitis, peſtem et glandulas procurat.

Peſtis.


Item linea aſcendens à menſali intra medium et annularem profunda & groſſa, labores, faſtidia, et quo craſſior, plus denotat. 33 Foſſula in oppoſito annularis à lineis ſeparata, veſicæ morbum, & dolorem matricis, & pleureſim notat.

Pleureſis.

Item diuiſa in fine, aſcendente vno ramo ad indicem, altero ad medium, ab inimicis proſequi, ſed euaſionem & victoriam promittit.



34 Menſalis ſoror, malignitatē et luxuriā præfinit. Itē aſcendens ad naturalem in fine, aut aliquis ramus, inſaniā, ſuſurrationē, adulationemq; excitat. Itē linea tortuoſa, menſalē tranſuerſa ad concauū perueniēs, in toto corpore paſſiones, & aliquando morbum infert gallicum. Morbus gallicus. 35 Semicircularis linea aſcendens à mēſali verſus mediū, carceres minatur. Itē linea recta et ſubtilis ad auricularem, liberalitatem, et in mulieribus caſtitatem admittit. Caſtitas. Item bifurcata aliqualiter verſus percuſſionem moleſtias vſque ad 20. annos, ſi trifurcata, ad 30. annos. 36 Diſcontinua, & ſicut ſcala indicem aſcendens, paulatim ad honores, ſed cum labore peruenire: ſi vero vnicus ſit ramus aſcendens ad indicē, facilè ad honoris faſtigium, modum perueniendi promittit. Item lineæ tranſuerſaliter menſalis principium interſecantes, amicitiam & beneuolētiam promittunt.





37 Linea ſcindens menſalem, in concauo nō aſcendens ad digitos, ſed inclinata in longitudinem menſalis, peregrinari, neminē exiſtimare, ſed proprio capite omnia diſponere: patris aut matris nullam habere curam notat, ſi plus in menſali hæc linea quàm in naturali tangit. Item duæ lineæ ſemicirculares, menſalis principium interſecantes genitalium infirmitates minantur.

38 Ramuſculoſa in principio vel ex pluribus lineis formata, genitalium infirmitates concludit: Et ſi adiungatur ſemicircularis linea ramos interſecans, membrum corruptum deformat. Item inclinata verſus naturalem, eiq; coniuncta, vitæ periculum, quam ſi ſcindat, non euadet mortis periculum.

39 Finiens inter indicem & medium, ſine labore & magnis cognitionibus alijs bona acquirere: item tortuoſa parum & inclinata verſus triangulum, hominem iuſtum clarificant. Item crux ſupra menſalem, inimicitias, & ſi ſit interciſa, inimicitias cum proprijs parentibus auguratur.

Non

40

41

42


40 Non inclinata verſus medium, ſed in eius oppoſito conſtans, vanam gloriam & exiliū prætendit. Item breues lineæ interſecantes, ſtomachi debilitatem, & naturalem inficiunt frigiditatem. Item menſalis ſoror ad palmam multum aſcendens, luxuriam magnam & maſtuprationem oſtendit, ſanguineamq́ue naturam & malignitatem.

41 Linea craſſa & tortuoſa, à menſali ad auricularem aſcendens, in viro auaritiam, in muliere luxuriam parat: Si recta & ſubtilis fuerit, liberalitatem dicit, in muliere caſtitatē. Itē foſſula in oppoſito medij, à qua lineæ aſcendant ad medium, inutiles peregrinationes, & ſine lucro prætendunt.

42 Diuiſa in oppoſito medij, & vno ramo directè ad indicem aſcendente, luxuriam, & voluntariè communem coitum transgredi: ſed ſi puncta in tali ramo reperiantnr, continentiam manifeſtant. Item lineæ aliqualiter longæ transuerſantes menſalem in concauo, vulnera pectoris minantur.

43

44

45



43 Rami in fine menſalis aſcendentes ad indicem, honores cum diuitijs promittunt. Item puncta in menſali apparentia, debilitatem imprægnationis, vel calculum, debilitatemq́; capitis & cerebri procedentē ex coitu & ſimili actu.

44 Diſcontinua in principio, ſed lineulis tortuoſis quaſi cathenata, mortem extra patriam pollicetur. Item aſcendens ad indicem, & in fine interciſa aliquibus lineis, vulnus in fronte minatur.

45 Inclinata in principio, vel medio verſus naturalem, mortem in iuuentute diffinit: conſideretur vitalis. Item linea continua, recta, à menſali ad annularem montem aſcendens bene proportionata, ingenium componendi libros, & alias res laude dignas exercendi. Idem ſi à radice annularis deſcendat eadem linea.

Linea

46



47



48




46 Linea ſubtilis & apparens, aſcendens à menſali ad auricularem, fidelē & ſecretum, & boni conſilij notat hominem. Item breuis & diſcontinua vel capillata, laſciuiam in viro, in muliere periculum partus notat: Item infidelitatem, & in muliere luxuriam bifurcata in fine demonſtrat.

47 Duæ lineæ æquales à menſali ad annularē, vanam gloriam & damnum mulierum cauſa duplicant. Item extendens ramum ad medium, alterū ad indicis tuberculum, euaſionem ab inimicis & liberationem, parentum odiū & per fœminas damnum: præſertim quando non ſunt multum extenſi.

48 A menſali lineæ groſſæ & breues, ad medium tendentes, vitam dicunt quietam. Item lineæ inclinatæ verſus menſalem, amicos confirmant, ſi vicini ſunt, eidem extraneos & longinquos etiam parentes, ſi interciſæ ſunt, parū poterunt præſtare.

49



50



51




49 Lata & profunda vſq; ad montem indicis, audaciam furioſam & beſtialem notat. Item linea à menſali verſus annularem aſcendens, honorē apud magnates & nobiles dominos. Item ramum extendens ad medium, alium ad naturalem, tertium ad indicem, diuitias & in ædificijs delectationem.

50 Nuſquam deflexa verſus digitos, immò directa, vanam gloriam & timiditatem: item interciſa multis lineis in oppoſito medij, damnum apud nobiles & magnates. Item lineæ in modum ſtellæ circa principium, fortunā extra patriam pollicentur.

51 Interciſa in multis locis, labores ſine requie: item lineæ arcuales in quadrangulo, deceptionem, defraudationem à ſuis familiaribus: & quò maior, eò maiora erunt damna: ſi fuerit omninò ſemicircularis, in propriam perſonam reſultant.



52 *Linea aſcendens ad annularē, lineolis multis oppreſſa, damnū apud nobiles et magnates, cū periculo vitæ. Itē lineæ cōcurrentes tanquā parallelæ, et*
Mors ſubita *in fine cōiunctæ mortē ſubitā minantur. Item diuiſa, extendens ramū ad indicem alium ad medium, infortuniū per mulieres cū vitæ periculo, et beſtialitatem quandam notant hominis.* 53 *Extendens ramū ad annularē, et alterū inter auricularem et annularem, litiū & contentionum inuentorem notat. Itē finiens inter indicem et mediū, et interciſa in fine à linea procedente ab indice, capitis offenſionem, et eò magis, quo menſalis in fine craßior fuerit.* 54 *Tale ſignū in oppoſito auricularis, inceſtū aut luxuriam cum proprijs parentibus, et eò magis, ſi in principio vitalis, in oppoſito indicis, amorem ſine effectu excitat. Item extendens ramum verſus indicem alium ad medium & intrans digitum, malignitatem & nequitiam, ingeniumq́; rude notat.*



55 *Linea breuis & groſſa menſalem interſecans, peſtem minatur in tem-*
Peſtis. *pore proportionis.*

Item à menſali linea curua aſcendens ad angulum ſupremum, & in tuberculo pollicis, Muſicis diſciplinis oblectari, etiā laſciuiam, & vanam gloriam, eoq́; fortius, quò tuberculum eſt eleuatum.

56 *Linea flexa verſus menſalem, à monte Solis aſcendens ad montem Saturni, animum & cupiditatem dominandi, & ſi illa non contingat, tamen in dominium prætendere. Item illa reflexa multum verſus menſalem, in monte indicis, exceſſum cupiditatis, ſed cauendum, ne huius loco cingulum Veneris accipiatur.*

57 *Talis figura oblonga in principio menſalis, inboneſtum amorem, abominabilem & ſecretum. Item bifurcata in fine, ſimulationem animi, malitiam in proprios parentes notat.*

DE

DE LINEA HEPATIS, ET QVARE ſic nominetur Caput IIII.


IN primo libro ſatis probatum fuit excellentiorem omnium qualitatum eſſe caliditatem, quæ dicitur actiua & formatiua corporum inferiorum, & ſecundum ipſius operationẽ, ac dominium, omnes etiam actus humanos gubernari, ac in operationes ſuas pdire, prout ſcilicet magis aut minus prædominatur malis humorib. ac qualitatibus: Etiã hac de cauſa vnuſquiſq; in operationibus ſuis talis dicitur eſſe, prout ex virtute ipſius caliditatis operationẽ ſuam exercere poteſt, vt diffuſius ibidem habetur. Ideo non in vnoquoq; corpore, ſuprà dictarũ qualitatũ fit controuerſia maxima, & quæ illarũ præpotens fuerit, illa & ipſarũ operationum fit dominatrix. Sequitur, vt vnumquodque animal, aut vegetabile quidpiam ſecundum ipſarum qualitatũ dominationẽ regatur (homine dempto) qui operationis auctor ac dominus exiſtit, eo quòd ſumma arbitrij ſui libertate fruatur: inclinatur quidẽ, ſed ipſa natura à Deo autore, cogi non permittitur, niſi propria voluntate deflexerit. Sicuti autẽ in vnoquoq; cœtu aut multitudine aliqua ſiue ſocietate, naturaliter etiã vnꝰ alteri præponitur, nec tamẽ, etſi princeps exiſtat, omnes per ſe ac ſolitariè operationes ſuas exequitur, ſed ſumma gubernatione vnicuiq; prout cuiq; opus eſt, partẽ ſuã exequẽdam proponit: idcirco ipſa natura, & in humanis corporibus, ordine quodam gubernatur, ita, quod quamuis ab ipſo corde vitales ſpiritus principiũ ſumãt, à cerebro autem ſpiritus animales per corpus diffundãtur, attamen & ab ipſo hepate: quamuis à communi quodã contubernio ſiue diſpenſatore, ipſa ſubſtantia nutritiua ac operatiua in totius corporis membra diffunditur, quæ eſt ipſe ſanguis, quiq; & ſedes animæ dicitur, propter ſuam humiditatem & caliditatem connaturalẽ. Et ſicuti ex ipſo corde vitalis lineæ eſt progreſſus, ſic à cerebro ipſi motus animales accipiuntur: ita ex ipſo hepate omnis humana cõplexio ſubſiſtit: Vnde & pleriq; doctores ipſam lineã baſim trianguli appellarunt, eò quòd ipſa hepatica prædictas lineas quodãmodò ſuſtẽtatione adaugeat, vt ſcilicet, ſi bene diſpoſita fuerit, eorum etiam bonitatem corroboret, ſi autem malè, eorũ quoq; malignitas fortificatur & accreſcit: quamuis alij ipſam dixerint baſim triãguli, eò quòd in imo ipſius trianguli perſiſtat, quod tamen falſum eſt. Communiori enim nomine linea hepatis nũcupatur, eò quod per ipſam cognoſcimus virtutem digeſtiuam & nutritiuam, & ex conſequẽti ipſam cõplexionem naturalem. Nam hepar dicitur eſſe veluti lebes in ſtomacho humano, in quo ipſa ſubſtãtia propria corporea benè digeſta cõgregatur ac in cæteras corporis partes ab ipſo hepate diffunditur, & ex cõſequenti, ſi bona fuerit digeſtio, etiã ipſius corporis complexio, temperata dicetur. Quo aũt ad ipſius lineæ diſpoſitionem, ac qualitatem, primò ſciẽdum eſt, quòd debet eſſe vnita cum vitali in angulo dextro, etiam naturali in angulo ſiniſtro, & debet eſſe recta & continua. Eo namq; modo poſita ſignificat bonam digeſtionem ac bonam complexionem, virtutemq; caloris naturalis æqualiter tẽ-

Baſis trianguli.

Hepatis diſpoſitio.

peratam. Si autem fuerit interciſa, aut diſcontinua, & non vnita ipſis dua-
bus primis lineis, ſcilicet naturali & vitali, notat malam digeſtionem ac com
plexionem deprauatam, & impedimẽtum caloris naturalis ab interiori ſiue
ab ipſo principio intrinſeco: Si autem eſſet iuncta cum vitali & in ipſa coniũ
ctione eſſet profunda & integra, & non attingeret ipſam naturalẽ, bonita-
tem complexionis ex propria natura deſignat, ſed ex proceſſu temporis ca-
lumniam pati, propter aliquod accidens ab intrinſeco proueniens, ſed ab ex
ternis cauſatum. Ratio autem huius eſt, quia ſignificat bonitatem caloris, &
ex conſequenti bonam digeſtionem ac complexionem temperatam ex ſe, ſed
huiuſmodi bonitas propter aliquod accidens exterius, quod virtutem dige-
ſtiuam ſuppeditabit aut impediet. Aliquando etiam contingit ipſam lineam
hepatis bifurcatam eſſe, & duobus modis, ſcilicet verſus vitalem & raſcet-
tam, verſus ipſam naturalem. Quando eſt bifurcata verſus vitalem & ra-
ſcettam, ſignificat naturamn iquam ac maleuolam, & leuiter in ipſis ſcele-
ribus obrui. Ratio autem huius eſt, quia ſignificat aliqualem ſuperexceden-
tiam caliditatis & ſiccitatis, ex qua proueniet euaporatio maxima ipſorum
humorum naturalium, ad cerebrum aſcendentiũ, qui virtutẽ phantacticam
& rationis diſcurſum præoccupant, vnde facilè ad quæuis prophana decur-
runt. Quando autem eſt bifurcata verſus naturalem, ſignificat debilitatem
ſtomachi ac complexionis, malamq́ue virtutem digeſtiuam. Ratio autem hu
ius eſt, quia ſignificat impedimentum ac debilitatem caloris naturalis, fri-
gidamq́ue ac ſiccam complexionem oſtendit, & ideo debilitatem capitis, in-
geniumque malum, ac rude, aut etiam hominẽ infidelem. Si quando linea he-
patis ſit ab aliqua linea interciſa, ſignificat infirmitatem accidentalem. Ra-
tio eſt, quia ſignificat calidum naturale ex aliquo extrinſeco adueniente præ-
pediri: Quando autem eſt diſcontinua aut capillaris, ſignificat infiemitatem,
ſed ex defectu interiori, ſcilicet ex debilitate calidi naturalis: Si autem eſſet
diſcontinua aut diſiuncta, & aliquibus alijs lineis quaſi ſubſequenter conti-
nuata, ſignificat corroborationem lineæ hepatis, ac euaſionem taliũ infirmi-
tatum. Notandũ eſt in eiſdẽ lineis principalibus, quod ſi linea ſit bona, ſigni-
Hermes. Ariſtoteles ficat bonitatem membri, cui reſpõdet. Ait Hermes & Ariſt. & etiã Ioannes
Ioannes Hiſpanus. Hiſpanus de linea hepatis, quod quamuis in plurib. manibus non inueniatur,
niſi in ſenectute propter exercitia operũ, & ſi in iuuentute ceſſante labore,
& cauſa legitima non apparuerit, calorem deſignat ac cutis ſubtilitatem, &
choleram, et eius proprietates, vt ſunt agilitas corporis, talis eſt velox, citò lo
quitur, amat vina fortia, cibos calidos: Si vero debilis & mollis fuerit carens
hac linea, frigiditatẽ, phlegmaticæ complexionis hominẽ notat, & eius pro-
prietates, ſcilicet pigrum, tardũ in loquendo & impeditũ, libenter dormientẽ
& ſomniãtẽ ſignat, & cũ his defectũ virtutis generatiuæ et digeſtiuæ. Et eſt
benè notandũ quod omnis ægritudo à linea vitæ ꝓcedens deſignata à corde,
pulmone, & diaphragmate trahit originẽ, & ꝑ medianã à capite et cerebro,
per baſim ab hepate et ſtomacho: qa hæc principalia mẽbra per p̃tactas lineas
Alkidus. diſtinguũtur, prout Alkidus Commẽtator in lib. de ſecretis ſecretorũ oſtẽdit:


Linea



1 *Linea hepatis longa, profunda, & lata, decenter continua et benè colorata, ſignificat bonitatē ſtomahi et hepatis: inſuper lætitiam, audaciam. Si tangit vtramque lineam vitæ & naturalis, ſignum eſt maioris operationis membrorum principalium.*

2 *Si iuxta lineam hepatis, vel in ea, ſint punctur æ paruæ, ſignificant duriciem ventris, & coſtarum dolorem & maliciam.*


3 *Quando hæc linea magis rubet verſus lineam vitæ quam alibi, dolorem capitis propter vitium hepatis ſeu ſtomachi atteſtatur.*



4 *Si fuerit magis rubra in contactu naturalis, ſignum eſt fœtidi pectoris, oris, & vniuerſalis caliditatis, ſeu diſpoſitionis ethicæ paſsionis, præcipuè ſi manus ſit calida,, macilenta & ſicca.*

5 *Ait Morbetus, linea hepatis ſi in ſuperiori parte angulū non acutum, ſed rectum conſtituat, longam vitam, & bonum ingenium oſtendit.* Morbetus.

6 *Si angulum acutum ibidem fecerit, erit deceptor et fraudulentus, ſed diu viuet & erit ingenioſus.*



7 *Linea hepatis recta, larga, in medio aliquantulum diuiſa, & riuuloſa & boni coloris, oſtendit bonam diſpoſitionem hepatis: ſi alba ſit & groſſa, in ſubſtantia multum atteſtatur ſuper calorem.*

8 *Nuſquam cum linea vitæ & naturali claudens triangularē ſuperficiem, ſignum eſt ſtultitiæ & luxuriæ.*

9 *Si in medio trianguli ſit vna linea interſecans lineas principales, diſcretum virum oſtendit in rebus dandis, &c.*



10 *Si triangulus fuerit latus cum prædicta linea, ſignū eſt non habere magnam voluntatem largiendi, ratione leuitatis: & cum extenſæ ſunt lineæ, tūc talis refrenat ſe ratione diſcretionis.*

Mala mors
Ptolomeus

11 *Si linea hepatis verſus brachium ſit bifurcata, in muliere mala mortem notat, propter peccatum commiſſum, vt quidam teſtatur: etiam Ptolomeus in ſua parua Chyromantia.*

12 *Si quædam linea hepatis lineam ſecet & tranſeat in concauum manus, ſignum eſt proximæ infirmitatis.*




13 *Si diſtet à naturali ſpatio notabili, hominem notat ſibiipſi placentem, fatuum, crudelem, vanos ſermones proferentem, inuidū, prodigum, detractorem & mendacem.*

14 *Quando angulus cauſatus à linea vitæ & hepatis fecerit crucem, bonitatem notat intellectus, & naturaliter ille inclinatur ad bonum.*

15 *Sed ſi ibi non ſit angulus, nec ſimul coniungantur hepatis & vitalis lineæ, vanitatem & inſtabilitatem hominis notant.*

Si quæ-



16 *Quando linea hepatis, ſaturnina, & naturalis, triangulum cauſant, ſignificãt diſpoſitionem ad Necromantiã, fatuitatem, vt ſæpè compertum eſt: ſi ſint proportionatæ, & ſubtiles, indagatores negotiorum antiquorum, & rerum arguit.* Necromantia.

17 *Si pluribus lineis pallidis interrupta fuerit, malam digeſtionem ſignificat, & dolores varios ex ipſa procedentes.*

18 *Quando linea notabilis non profunda in modum paruæ circatricis, ſecat dictam lineam in medio, ægritudinem ſignificat præſentem, propinquã aut illico futuram: ſi fuerit rubra, ſi carni ſit ſimilis, ægritudo præteryt.*

DE RASCETTA, ET QVARE SIC dicitur, Caput V.

ANTEQVAM de raſcetta vlterius procedendũ ſit, eſt notandum quod quotieſcunque in aliquo loco inueniuntur aliquæ lineæ interſecatæ in modum crucis, ſemper ſignificant aliquod bonum, licet cum aliquali contrarietate magis, aut minus, ſecũdum influentiam illius Planetæ cui attributum eſt dominium illud. Ratio autem huius eſt, quia ſignificat bonum ex influxu illius Planetæ, ſed in aliquo præpediri: attamen niſi alter illorum ramuſculorum interſecetur, ſemper bonum finẽ conſequetur. Quando autem inueniuntur in modum ſtellæ figuratæ, ſignificat minus bonum. Ratio autem eſt, quia ſignificat maiorem perfectionem caloris naturalis ac influxus bonitatem illius Planetæ, cuius eſt locus, in cuius ſignum, multiplicatur interſectio linearum. Sciendum quoque, quod quotieſcunq; inuenitur aliqua figura circularis in aliquo loco, bonum ſignificat, præterquam in dominio Lunæ, in quo communiter malum ſignificat: ſimiliter etiam in loco Mercurÿ. Ratio autem huius eſt, quia ex hoc ſignificatur, quòd Planeta illius loci influit in tali ſubiecto, vt ſecundum virtutem ac proprietatem ſuam, etiam talis habens in operationibus ſuis egrediatur, & hoc ſecundum perfectam propriam virtutem, ac proprium influxum augetur ac deficit, ſecundũ acceſſum ac receſſum à Sole illuminante: & ita omnia quæ ſub influxu ſuo conſiſtunt, creſcunt & deficiunt, aut neceſſe eſt poſt augmentationem deficere. Et ideo figura circularis, in loco Lunæ, communiter infortunium notat, mutabilitatemque ſiue diminutionem rerum mobilium, & maximè maritimarum ſiue aqua-


(margin: ✳ ☉ ☽)

aquaticarum, ſiue in negotijs aut exercitijs aqueis. Mercurius autem qui ho-
☿ minem callidum & aſtutum facit (cùm præſertim ſuper aliquam virtutē ſu-
am operatur, nullo alio planeta coadiuuāte) ad latrocinia, ac perditiones ip-
ſum inducit, vnde & figura circularis malum ſonat, id eſt, maximam calidi-
♄ ♂ tatem, & in malo occupari. Hoc idem dici poteſt de Saturno, licet neceſſe ſit
♀ aliqua alia linea corroborari. Mars autem & Venus non adeò ſunt maleuoli.
☽ Tertiò notandū eſt, quod linea capillaris ſiue bifurcata, omnibus in locis ma
☿ lum ſonat, præter quam in loco Lunæ, aut etiam Mercurij. Ratio autem huius
eſt, quia ſignificat effectū illius planetæ diminui, nec perſiſtere in illa ſua pro
prietate, ita quodammodo quod ſicut dicitur, quod talis linea eſt diuiſa aut bi
furcata, et etiam faciat, ſiue inducat animum duplicatum, vt ſcilicet quamuis
talem effectum proſequatur, non tamen ex toto, ſed pleraque alia conſiderat
& firmiter animo ſuo circa aliquod tale nō perſiſtit, ſed vt vnum aſſequatur
aliquando aliud operetur. Quartò ſciendum eſt, quòd quotieſcunq; aliquis lo-
cus alicuius planetæ eſt rugoſus, aut depreſſus, ſiue malè diſpoſitus, malum ſi-
gnificat. Ratio autem huius eſt, quia ſignificat, quod talis habens in natiuita
te ſua, poſſidet ipſum planetam infortunatū: vnde et ipſe eſt rugoſus, eò quòd
influxus planetæ malus ex ſe eſt, aut debilis, nec valēs proprium locū ad per-
Raſcetta. fectionem reducere, & hæc omnia valdè notanda ſunt, tanquā neceſſaria in
omnibus iudicijs dandis. Nunc de raſcetta. Raſcetta debet eſſe lenis & non
rogoſa, & eleuata verſus inferiorem partem manus, & ſignificat bonam cō-
plexionem. Ratio autem eſt, primò, quia ſignificat Martem fortunatū, nec
in caliditate ex ſuperexcedentia dominari. Secundò ſignificat etiam Lunam
æquali temperātia caliditatis cum humiditate ſua, non propter hoc ipſum ca-
lidum naturale præpediri. Si fuerit ipſa linea, quæ brachium aut manum di-
uidere videtur, continua, & integra, apparens & profunda, ſignificat homi-
nem fortunatum ac etiam quietum, attamen cum labore iuuentutē ſuam ex-
ercebit: ſi autem talis linea eſſet veluti cathenula coniuncta ac continuata,
ſignat laborioſam vitam, ſed tamen propterea fortunabitur, ſi aliquo alio ſi-
gno, ferens adiutus fuerit. Ratio huius eſt, quia ſignificat primo aliqualē for-
tunam rerum mutabilium, ſtabilitatemque ac firmum propoſitum, ex æquali
tate complexionis ac caloris naturalis ſignat per continuationem lineæ, ac
profunditatem apparentiamq;. Secundo autem modo, ſignat contrarium, in-
ſuperque laborem maximum ex ſua bonitate propter amicos, nullā ideo ex-
pectans remunerationem. Ratio eſt, quia ſignificat aliqualem debilitatē ca-
lidi naturalis, & quidē aliquando continuari, aliquando præpediri, aliquan-
do fortunari, et aliquādo infortunijs agitari, et hoc præſertim ex Lunæ vir-
tutis influxu: vnde & in operibus ſuis paruam aut nullam accipet remunera-
tionem. Si in ipſa raſcetta fuerit aliqua linea, quæ ab inferiori parte manus
verſus angulum dextrum aſcendit, ſignificat hominem fortunari in iuuentu
te ſua, ſed reuera maximum periculum mutationis imminet illi, & quamuis
fortuna nō totaliter contrarietur illi, attamē deficiet ab incæptis. Ratio eſt,
quia ſignificat gratiā cum aliquo domino, aut nobili, aut Prælato, ex influxu

Lunæ & aſpectu Iouis, in cuius ſignum, Luna rectè aſcendit & apparenter verſus angulum dextrum vel citra, deficiente autem dominio, fortuna quoq; deficiet, id eſt, diminuetur: Et ſi fuerit Saturnus infortunatus, fortaſsis ſuccumbet aduerſarijs ſuis. Hoc autem tunc percipi poteſt, cùm talis linea euidẽter interſecatur, & locus Saturni valdè deprimitur, aut pluribus lineis offuſcatur. Si autem talis linea fuerit biſurcata, adiuuabitur prudentia propria, propter ipſius animi duplicitatem ac cautelam. Si in raſcetta inueniantur lineæ vt crux interſecatæ, ſignificant hæreditatem futuram, aut bonum aliquod, quo quiete viuere poterit, & lætè, & eo magis, quò reperiantur cũ pluribus interſectionibus, veluti ſtellæ. Aduertendum tamen, quòd ſi inueniantur eſſe veluti crux, verſus finem vitalis, talis hæreditas erit cum lite ac controuerſia maxima. Ratio eſt, quia tunc inuenitur in dominio Martis. Si ab ipſa raſcetta inueniantur lineæ deſcendẽtes in montem manus, verſus partẽ inferiorem, ſignant infortuniũ in rebus mobilibus, & fortaſsis in nauigationibus, & in partibus remotis, & extraneis. Ratio eſt, quia ſignificant debilitatem influxus Lunæ, ruinamq́ue minantur, ac defectum propriæ ſubſtantiæ. Si autem lineæ aſcenderint à raſcetta verſus naturalem, notant augmentum ſubſtantiæ ex mercimonijs, atque aquarum nauigatione. Raſcetta igitur dicitur illud ſpatium, quod eſt inter duas lineas, vnam ſcilicet exiſtentem ex parte brachij, alteram ex parte manus: ſi illud ſpatium ſit purum, benè coloratum, bonam notat complexionem: ſi è contra, contrarium notat.

☽ ♃

Raſcettæ diffinitio.




1 Raſcetta continua, & integra apparens, & profunda, ſignificat hominem fortunatum, ac etiam quietum, attamen cum labore iuuentutem ſuam tranſigere: debet eſſe lenis, & non rugoſa, & ſignificat bonam complexionẽ.

2 Raſcetta veluti cathenula coniuncta, aut continuata, notat laborioſam vitam, ſed propterea non fortunabitur, ni alio ſigno ferens adiutus fuerit.

3 Si in raſcetta fuerit aliqua linea, quæ ab inferiori parte manus verſus angulum dextrum aſcendat, hominem fortunatum in iuuentute, ſed maximum periculum mutationis, & quamuis fortuna illi non contrarietur totaliter, attamen deficiet ab incœptis.

O Si


4 5 6



4 *Si linea ab inferiori parte manus per raſcettam ad angulum dextrum veniens, fuerit bifurcata, notat quòd adiuuabitur ex prudentia ſua, & animi ſui duplicitate, & cautela.* 5 *Crux aut ſtellæ in raſcetta interſectæ, hæreditatem futuram, aut bonum aliquod, quo poßit quietè, & lætè viuere, & eò magis quò reperiantur cum pluribus ſectionibus, veluti ſtellæ.*

6 *Si ab ipſa raſcetta inueniantur lineæ deſcendentes in montem manus verſus partem iuferiorem, infortunium in rebus mobilibus, & fortaßis in nauigatione, & in partibus remotis, & extraneis.*

7 8 9



7 *Si lineæ aſcenderint à raſcetta verſus naturalem, augmentum ſubſtãtiæ pollicentur ex mercimonijs atque aquarum nauigatione.* 8 *Si ſpatium raſcettæ inter duas lineas ſit purum, & benè coloratum: bonam notat complexionem: ſin è contra, contrarium.* 6 *Linea quæ eſt ex parte manus, ſi fuerit cõtinua, decenter recta, & benè colorata, tendens ad ſuperius, ſi ſit diues, ſemper erit, & ſi pauper, infortunatus, emendabitur eius fortuna: præſertim quando dicta linea habet ramos rectos non inciſos.*

10 11 12




Quando

10 *Quando ab illa linea, quæ eſt ex parte brachij, oriatur quædam linea recta, continua, benè colorata, extenſa vſq; ad naturalem, in principio competentem vitam ſignificat, in fine verò meliorem.*

11 *Si hæc linea oriatur à radice brachij, & extendatur vſque ad radicem primam medici, à latere auricularis, proſperitatem oſtendit: & ſi non tangit digitum medici, vxoribus aut amaſijs copulabitur.*


12 *Si ſuper radicem brachij in raſcetta fuerint quatuor lineæ, ſcindentes brachium per tranſuerſum, & ſint cōtinuæ, et coniunctæ, honorem et ſtatum notant ex morte alterius.*



13 *Si in radice brachij, prope montem pollicis iuxta lineam vitæ, reperiantur tres vel plures ſtellæ, accuſationes & diffamationes per mulieres oſtentant. Multum enim eum aggrauare conabuntur mulieres, tandem ab illarum malicia euadet.*

14 *Si quædam linea à medio brachij deſcendat per raſcettam manus, talis non habebit fideles amicos, licet fidelis ſit, humilis, ſapiens, amabilis valdè, et morigeratus, non confidat amico, ſed ſibijpſi & per ſeipſum negotietur.*

15 *Si talis linea oriatur à radice brachij, & ſit interciſa & malè diſpoſita, talis libertate priuabitur, & in ſeruitutem redigetur, & fortaſsis condemnabitur.*



16 *Si quædam lineæ veniant à raſcetta, & aſcendant per montem pollicis, et tales lineæ ſint diſperſæ, tendentes in pollicem in vltima parte ſui, à cōſanguineis vel propinquis deprædabitur, vel capietur: vnde fortè exulabit.*

17 *Si quædam linea à brachio percurrat per raſcettam in fine montis polli-cis, vel in fine lineæ vitæ vel iuxta eam, nobilitatem notat animi.*


18 *Si quædam linea continua, benè colorata, deſcendat à brachio in pollicem, producet leuiter ad finem quæcunque incœperit: & ſi ſit interciſa, aut diſperſa contrarium ſignificat.*



19 *Si quædam lineæ oriantur à brachio, venientes per raſcettam ad manum, ſintque interciſæ, & in extremitate coniunctæ hominem ad ſenium peruentum, in patria, & propria domo moriturum notant.*

20 *Si tales lineæ ad inuicem ſe reſpexerint, quantò maior erit diſtantia inter eas, tantò diutius in locis extraneis morabitur.*




21 *Si aliquæ lineæ è medio radicis brachij per raſcettam tranſierint, non hærebit talis in vno loco, ſed viatoris, & ſerui vitam habebit.*



22 *Si talis linea tangat lineam vitæ, vel naturalem, erunt mutationes in lucro, & niſi iſtarum vnam tangat, erunt ſine lucro.*

23 *Si talis linea tranſeat per montem manus, notat nauigationes, & itinera Maris, & in aquis, in vno loco ſubmergetur.*




24 *Si talis linea per montem manus veniens, vadat ad indicem, ad logam peregrinationem mittetur.*

25  26  27 

25 Sd ſi tendat ad annularem verſus auricularem, bonum venturum ex improuiſo notat.

26 Si ſint quædam lineæ paruæ & curuæ, in radice brachij, reſpicientes ab extra, quot lineæ fuerint, tot breues peregrinationes notant.


27 Si quædam linea oriatur à radice brachij, tranſiens per raſcettam, & pectus manus ad auricularem, liberum & ſeruum fugitiuum notat: ſi plures lineæ fuerint, quæ, vt ſuprà, ibi plures fugient: ſi rubeat, furibundum notat: ſi ſit parua, & ſubtilis, vigilem.

28  29  30 

28 Si quædam linea oriatur à concauo manus, iuxta lineam vitæ, & habuerit ramum tendentem ad brachium ſimilem radio procedenti ex aliquo, intra ſex annos infirmabitur.

29 Si partes, quæ ſunt circa brachium, ſunt groſsiores, & quæ verſus manum, ſunt ſubtiliores, in ſpacio duorum annorum ſequitur infirmitas.


30 Si quatuor lineæ æquali menſura fuerint continuæ, brachium circumquaque diuidentes, benè coloratæ, 80. annorum ætatem indicabunt: Si verò duo ramuli ſupernè fuerint acutum angulum facientes, hominẽ notant ad mortuorum hæreditatem ſucceſſurum, in cuius ſenectute honorẽ, diuitias & quietam vitam pollicentur, eoque magis quò in dicto angulo, vel circa * ſtella, vel ✠ inueniatur: ſed poſtmodum paucis ægritudinibus ſubijcitur. * ✠



31 *Si in manu duæ ſuperiores lineæ raſcettæ, craſſæ & latæ fuerint, ad mediam vſque vitæ ætatem fortitudinem, & diuitiarum copiam ſignificabunt: vltra verò mediam ætatem diuitiarum diminutionem, & vitæ indicabunt debilitatem.*

32 *Si quatuor (vt hîc apparet) lineæ in reſtricta inueniantur, 80. annorum ætatem notant, ſed in prima & ſecunda ætate paupertatem, & virium debilitatem, ſed vltra mediam ætatem rerũ & fortitudinis augmentũ pollicētur.*

33 *Si prima craſſa, ſecunda ſubtilis, tertia craſſa, quarta rurſus ſubtilis fuerint, in prima ætate fortitudinem & diuitias, in ſecunda, vtriuſq; diminutionem, in tertia augmentum, in quarta poſtremò diminutionem: & hoc modo, ſi lineæ craßiores, latioresq́ fuerint, bonum indicabunt, tenues verò malum: vnaquæque linea 20. annos pollicetur.*



34 *Quando prima linea raſcettæ eſt diſcontinua & tortuoſa, reliquæ verò continuæ & cum angulo recto & continuo (vt hîc apparet) vitæ non rerũ debilitatem notat: tandem ratione aliarum linearum in vita magis proſperabitur. Verùm ſi angulus non inueniretur, & vitæ & rerum debilitatem notat: homo erit laborioſus abſque honore, modico ingenio & vitijs plenus.*


35 *Quando hæc linea ſit recta & benè proportionata, vitam quietam, & animi fortitudinem, virum probum, qui quoad vixerit in honore habebitur diùque viuet.*

36 *Si per reſtrictam ſparſæ ſint, ſeſe inuicem nõ contingentes, ſed in diuerſa abeuntes, magno ingenio hominem notant, malarum cogitationum effectorem, vt ſi id quod cogitat, efficeret, peßimam ſortem incurreret, patris eſſet contemptor & inobediens.*

Quan-

37

38

39


37 *Quando ſuperius craſſior fuerit, ruralē vitam, & beſtialem hominē, & præſumptuoſū indicat: præcipuè quādo manus fuerit tactu dura & pelle nigra.*

38 *Quando parua linea ſupra vitalem incumbit, iniquum indicabit hominem. Quando exiguæ lineæ in manus fundo reperiuntur, totidem breues peregrinationes, & aliqualiter lucroſas indicant.*

39 *Linea à raſcetta orta vitalem ſecat, & propria vita charioris ſerui amiſſionem notat.*

DE LINEA SATVRNINA, SIVE proſperitatis, Caput VI.

EST linea quæ à raſcetta, vel iunctura manus recedens, palmæ et digitis occurrit, proſperitatis vel Saturni linea appellata, quæ cæteris lineis ſuffragatur, & quæ propria virtute carerent: & aliquādo ab ea linea ramus oritur, qui penè per trāſuerſū manus extenditur, cumq; naturali coniungitur: & hæc eſt cauſa, quòd in manu triangulus formetur: hæc linea vlterius aliquando non apparet, et baſis tranguli dicitur: Aliquando ad mediā vſq; protenditur, neq; vlterius progreditur. Aliquando vſque Saturni montem procedit prope medij iuncturam, aliquando ad vitæ lineam coniungitur, in eius medio, aliquando cum duobus, aliquando cum tribus ramis apparet, verſus naturalem tendentibus. Et aliquanda in manus concauitate diſpergitur. Et quando hæ lineæ conuenienti proportione cōcurrunt, quædā tunc latitudo relinquitur, ſeu ſpatium inter mediā & mēſalem quod quadrangulus, ſeu menſa manus appellatur, & huius ſpacij finis, quod in dorſum tendit, manus percuſſio dicitur. Quo autem ad proprium ſitū Saturninæ, debet eſſe prope angulum dextrum: tunc namq; ſignificat bonum futurum ſecundum ſucceſſum propriæ generationis, ſi rectè prætendatur ad montem medij. Ratio autem huius eſt, quia ſignificat bonum ex virtute, ſiuè influxu Lunæ, attamen, & cum hoc virtutem ipſius caloris naturalis: Vnde & verſus dominium Martis poſitionem ac ſitum retinet. Si verò magis verſus montem ortum aſſumit, notat quodammodò ex toto bonum ſuum ab ipſa fortuna percipere: nam totaliter ſub dominio Lunæ originem ducit Si quando autem ſupra vitalem in ipſo monte pollicis oriens, per concauum deſcenderit, ſignificat bonum, bonamque fortunam, propria virtute ac ingenio acquiſitam, in cuius ſignum originem traducit ab ipſo monte pollicis, & ſupra

ipſam

*ipſam vitalē, in quibus noſcitur vigoroſitas virtutis actiuæ, & caloris natu-
ralis: Aliquando verò oritur ab ipſa vitali in concauo, & ſignificat proſperi-
tatem ac calliditatem animi. Ratio eſt, quia participatiuè retinet virtutem vi
talis, & ſic dum cōſtituit angulum ſupremum in concauo, malignitatem natu-
ræ oſtendit: Cùm talis ramus ex imperfectione proueniat caloris naturalis,
qui ex proprio loco ipſam lineam traducere nō valuit, ſcilicet verſus raſcet-
tam. Nam angulus ſupremus in cōcauo formatus, animi malignitatem ſigni-
ficat, & quò magis radici vnitur, eò peiorem effectum autumat. Si in fine Sa-
turninæ fuerint lineæ conglomeratæ, aut ipſa fuerit interciſa ſiue reflexa, &
ad inuicem tortuoſa, ſignificat poſt maximam proſperitatem, maximū quoq;
infortunium ſequi debere. Ratio eſt, quia ſignat maximā debilitatē influxus
planetæ, à quo prouenit, ſiue planetarum, vtpote Lunæ & Martis. Quando
autem magis radicem digiti ingreditur, eò deterius eſt, & maiorem vehemē-
tiam mali influxus Saturni connotat. Si inuenitur in concauo manus aliqua
linea duplicata, tortuoſa ac ſubtilis, maximam humorum corruptionem ſigni-
ficat, ac peſſimam infirmitatē. Ratio eſt, quia cùm ipſa linea, ſiue ipſæ lineæ
ex monte manus originem traducant, in confinibus dominij Martis, neceſſe
eſt, quòd etiam ſecūdum humiditatem ac caliditatem planetarum Martis &
Lunæ figuram ac poſitionem habeant. Cùm igitur ſubtiles ſunt & tortuoſæ,
ſignum eſt quòd ipſorum planetarum virtus debilis eſt & mala, calorq́; natu-
ralis in ſua vigoroſitate non ſiſtit, & eò peius quò tales lineæ longiores ſunt,
tortuoſæ ac ſubtiles: vnde & peſſimam humorum ac qualitatum diſpoſitio-
nem oſtēdunt, ſæpè experientia comprobatū eſt, & veriſſimè denotare mor-
bum Gallicum.*


Morbus Gallicus



1 *Saturnina apud angulum dextrum, pollicetur bonum futurum, ſecundū
ſucceſſum propriæ generationis, ſi rectè protendatur ad montem medij.*

2 *Si autē verſus montem magis oriatur, notat bona ex ipſa fortuna perci-
pere: nam totaliter ſub dominio Lunæ originem ducit.*




3 *Quando autem ſuper vitalem in ipſo mōte pollicis oriens, per concauū de-
ſcenderit, ſignat bonum bonamq́; fortunam propria virtute acquirere.*

4  5  6 

4 *Si oriatur ab ipſa vitali in concauo, notat proſperitatē et calliditatē animi.*

5 *In fine Saturninæ lineæ conglomeratæ aut interciſæ, aut reflexæ, & ad inuicem tortuoſæ, poſt maximam proſperitatem maximum quoque infortunium ſequi debere notant.*


6 *Quo autem Saturnina radicem digiti ingreditur, eò deterius, maiorem vehementiam mali influxus Saturnini notat.*

7  8  9 

7 *Aliqua linea duplicata in concauo, & tortuoſa ac ſubtilis, maximam corruptionem notat ac peſſimam infirmitatem.*

8 *Recta colorata ad finem, ſenectutis proſperitatem, ſecùs oppoſitum notat, & nouarum ſcientiarum ædificatorem, in ædificijs ſtruendis liberalem: alijs autem in rebus auarum, agris & hortis inſtaurandis idoneum.*



9 *Ad medium finiens, probum ſignat hominem, ſuis rebus in dies fœliciùs ſatis facientem, ad mortem vſque virtutis amatorem, ingenio magno: Aduertendum eſt, quòd dicta linea debet eſſe recta & continua: nam ſi fuerit tortuoſa, contrarium notat.*

10  11  

10 *Si duæ tales lineæ inueniantur ad naturalem terminantes, hominem ſæpè in lucro verſari notāt, ſed malo ingenio perfidum, infortunatum, ſuis in negocijs ſollicitum.*

11 *Honorifica demonſtrant itinera dictæ lineæ ad indicem tendentes, & notant hominem peregrinationis amatorem, cui magiſtratus honorifici, & lucroſi dabuntur, ſi in huiuſmodi locis manere velit.*



12 *Prædictæ lineæ vitali adiacentes, ad annularem progredientes, vitam quietam homini promittunt.*

13

14

15


13 *Eædem binæ lineæ à raſcetta ad auricularē tendentes, hominis loquacitatem accuſant, præſumptuoſumq́ue notant hominem, paruo lucro ſeruum peregrè proficiſcentem, & valdè ſeruituti ſubiectum.*

14 *Inſtabilem notant peregrinatorem & vagabundum, & pauperem, duæ lineæ à raſcetta verſus medium tendentes, in contactu menſalis finientes.*

15 *Si à ſe multum diſtent lineæ, quantò plus diſtent, tantò remotiùs à patria progredietur, nec inde mors ſequitur.*


16

17

18



16 *Duæ lineæ à raſcetta vitalem ſcindentes, hominem in lucro verſari frequenter, ſed ſibi imminere periculum, ne furtum patiatur ab his, quibus magis fidit, exponunt.*

17 *Duæ lineæ tortuoſæ à raſcetta verſus montem manus tendentes, hominem nummis abundantem, tamen incarcerari ob non redditam & debitam pecuniam.*

Duæ

18 *Duæ lineæ à raſcetta in fine reflexæ, per montem ad percuſsionem, hominem probum, fidelem ac moderatum, ſed infideles habentẽ amicos: huic cũ ignotis non erit vtile inire ſocietatem.*


19



20



19 *Linea ſola à raſcetta ad auricularem, hominem ſeruum notat, & ad nauigationem vi cogendum, & pro toto vitæ ſuæ tempore ſeruum futurum.*
20 *Linea reſtrictam tranſiens, tendensque tortuosè in vitæ lineam, proximam ægritudinem notat: ſi pallida fuerit, præteriſſe: ſi in fine nigrior fuerit, futuram.*

DE VIA, SIVE LINEA LActea, Caput VII.


VIA lactea dicitur, quæ à raſcetta verſus auricularem ſiue principium menſalis, aſcendit: poteſt dici via laſciua, quia per eam laſciui homines diſcernuntur, ac leues capite, volubiles, & inſtabiles, qui facilè à mulieribus attrahuntur: & hoc fit, quia ſignificat abundantiam aliqualem qualitatis humidæ cum caliditate remiſſa, propter frigiditatem permixtam ipſi humiditati.

1


2


3



1 *Orta in medio montis manus, & per ipſum decurrens, laſciuiam denotat.*
2 *Si autem aliquantulum verſus angulum haberet principium, diminutionem laſciuiæ ſignificat, quò ad titulationem carnis, ſed tamẽ ex ipſius capitis eleuatione, plurima nefanda committere.*
3 *Magis verſus percuſsionem finiens, eò deterius, et damnum ſignificat propter huiuſmodi laſciuiam.*




4 *Recta & duplicata verſus auricularem, ſignificat fortunatum cum nobilibus, aut dominis, aut mulieribus. Ratio autem eſt, quia licet ex ſe non multum ſit laudabilis, tamen ex quo duplicatur, ſignificat bõnitatem influxus talis planetæ, ac etiam vigoroſitatem caloris naturalis, præualentis contra humiditatem intrinſecam ac ipſas paſſiones, bonumque rationis conſeruandæ, in cuius ſignum talis linea apparens eſt duplicata ac continua.*

DE LINEA QVAE CINGVLVM Veneris dicitur, Caput. VIII.

CIngulum Veneris dicitur linea oriens inter indicem & medium, tendens inter annularem & auricularem iuxta radicem auricularis, & denotat luxuriam ſuperexcendentem. Ratio eſt, quia ſignificat malignitatem influxus Saturni, cum gaudio & delectatione perfici.





1 *Si igitur ab indice ad auricularem extendatur, facilè hominem in omne nefas luxuriæ allicit, & conducit.*




2 *Si autem à monte indicis orta ad medium montis auricularis protenſa, hominem notat ingenioſum, ſed iracundum. Ratio eſt, quia ſignificat bonitatem talis planetæ, cum aſpectu & vigoroſitate Mercurij, in cuius ſignum à monte Iouis ad montem Mercurij decurrit.*

DE LINEIS POSITIS IN RADIcibus digitorum, Caput IX.

LINEARVM à media radice digitorum orientium obliuio, huic ſcientiæ multũ derogaret: Sciẽdum igitur, quod ſicuti aliquæ lineæ ſunt, quæ aliquib. membris appropriatæ ſunt, aliquæ autẽ toti corpori: ita etiam aliquæ ſunt, quæ aliquibus membris particularibus offenſiones minantur: Sunt & aliæ lineæ repertæ inter ſpacium medium vnius & alterius digiti, &

ſicuti


ſicuti in ipſa menſali, quæ toti corpori ſeruit, ordinem ſeruamus ſecundum ipſius principium, medium, & finem: ita cum iſtis ordo ſeruatur ſecundum digitorum obſeruationem, ita vt.

1   2 3 

1 *Quæ ab indice ad montem medij tendunt, in capite vulnera notant, aut percuſſiones, ſi malè apparentes ſunt & tortuoſæ.*

2 *A medio verſus inferiorem partem montis, in pectore & brachijs vlnera notant.*

3 *Ab annulari, in renibus vulnera ſignificant.*

 4

4 *Ab auriculari, in pede & cruribus vulnera indicant: Ratio eſt, quia cum iſta ſunt impedimenta extrinſeca, neceſſe eſt quod impediant ipſos motus vitales, & non propriè calorem naturalem: Et ideo primò oſtenduntur ab indice ea, quæ capiti contingunt, tanquam qui proximus eſt ei, à quo ſpiritus oriuntur, & ex conſequenti, reliquis alijs partibus corporis. Omnes tamen lineæ ſunt eiuſdem generis: vnde dicitur quòd linea oriens ex quadrangulo, prope angulum ſupremum, ſitque interciſa, deſcendẽs verſus medium, ſignificat vulnera in capite: nam ſignificat maximum impedimentum virtutis actiuæ, ac caloris naturalis, & hoc ab extrinſeco. Nec poteſt dici, quòd in alia parte corporis futurum ſit, quàm in capite: quia ab ipſa linea capitis oritur. Si autem iſtæ lineæ eſſent rectæ & groſſæ, verſus palmam aſcendentes, ſignificant impedimentũ ex infirmitate in tales partes contingere. Ratio eſt, quia offenſionẽ remiſſam & debilem in principio notant circa colorem naturalem, in cuius ſignum, non ſunt multum apparentes.*

DE VNGVIBVS AC EORVM ſignis, Caput X.

VNGVES in ſua forma, & qualitate conſiderandi ſunt, ſecundum ipſarum qualitatum virtutem, nec conſentiendum eſt dicentibus, habentes vngues curuos, ſimiles eſſe in moribus auibus, quæ ex rapinis

veſcuntur: quoniam licet homines in motibus corporis comparari proportionaliter poſſunt ipſis animalibus, non tamen in formatione membrorum. Nã ipſa natura animalibus irrationalibus, non ſecus ac rationalibus aptauit membra, ſecundum diſpoſitionem ſuæ naturæ, vt ſcilicet in neceſſarijs ſuæ naturæ deſeruirent. Ratio eſt, quia cum omnia huiuſmodi ſuperflua, ſcilicet quæ ex ipſis vaporibus corporis noſtri, vt ſunt capilli, vngues, pili corporis, ac etiam barba, neceſſariò proueniunt ſecundum qualitatem ac diſpoſitionẽ corporum, neceſſe eſt etiam ſecundum colorationem eorum de complexionibus iudicare. Quoniam autem ea, quæ ſunt ſiccioris naturæ, facilius ſuſcipiunt quæcunque accidentia, ideo talis diſpoſitio corporum in vnguibus facilius apparet. Ex planetarum autem influxu, aut etiam malorum humorum congregatione, aliquando futurum eſt, vt quiſpiam Melancholicus exiſtat, aut etiam hilaris, ſecundum humorum bonitatem. Idcirco cum talis diſpoſitio humorum, aut influxus ex improuiſo videatur occurrere, ſed tamen paulatim, et ſucceſſiuè diſponatur, ſecundum planetarum motum, & operationem, aut etiam humorũ coadunationes, ſequitur etiam quod in ipſis vnguibus appareant ſigna indicatiua talium operationum, prout ſcilicet ab ipſis planetis, aut humoribus natura ac complexio inuenitur diſpoſita. Hic vnguium notæ non ſunt negligendæ, quandoquidẽ non parũ habẽt momẽti. oblongi enim moderatæ naturæ bonitatem oſtendunt, perlongi ac anguſti, ſtabilem quidem ſed inſipidum & rudem, inflexi aut curui, rapacem, iniquum, curti latique naturæ & temperamenti prauitatem.

DE STIGMATIBVS, CAPVT XI.

STIGMATA ſiue puncta in vnguibus alba, bona ſunt, idque pro natura planetæ, in cuius digito reperiuntur; nigra vero omnia, mala. Si in digito Iouis reperiantur, de honoribus et dignitatibus examinandum eſt. Si in digito Saturni, de agricultura, & re domeſtica. In digito Solis, de magnatibus. In digito Mercurij, de artibus. Martis autem notæ in pollice ſunt, eo latere remotiori ab indice, Lunæ verò, in digito Saturni, ſi alba perfecta ſunt, effectum bonum ſortietur cogitatio: ſin diſpergantur, parum afferunt commodi: ſi plana, lataque, nullum effectum dabunt. Quæ verò in extremis vnguibus cernuntur, iam præterita ſignificant, ſiue alba, ſiue nigra, in radice vnguis in medio, præſentia notant. Qui ſparſim multa habet ſtigmata, hunc futilem, & inconſtantem, & qui multum concipit, ſed nullum conatum producit ad effectum: in ſiniſtra manu, præterita notant. Cuius autem extrema digitorum flectuntur verſus radicem, ſignificãt hominem ſuperbum, infidum, ſeditioſum.

DE MONTIBVS, CAPVT XII.

MONS Iouis, mundus, eleuatus, probum, iuſtum, & liberalem: æditus cum radijs, ſtellis, aut longis, aut tranſuerſis lineis bene compoſitis, diuitas, & prælaturas. Hic tamen notandum, illam crucem de-

bere eſſe paruam & optimè formatam: Aliquando contrà, anguſtias & labores ob honores ſui exercitij notat: Aeditus etiã ingenioſos, & acutos reddit.

Mons Saturni ſine lineis, quietam vitam, æditus, ſucceſſus proſperos in agricultura, reliquisque rebus domeſticis oſtendit: depreſſus cum, multis lineis labores & anguſtiam. ♄

Mons Solis æditus cum lineis rectis, amicũ multorum, & à multis amatum, ſagacem, & omni honore dignum, contra, contrarium notat. ☉

Mons Mercurij depreſſus, cauilloſum, fraudulentum, mendacem, furem, è contra, bonum. ☿

Mons Veneris neque æditus, neque depreſſus, ſed rotundus ſatis ac lenis, amatorem mulierum, & veſtium, luxurioſum notat hominem: eminens, muſicos & eius amatores, præſertim ſi ſic in tuberculo fuerit depreſſus, cogitabũdum, multaque venerea nefanda clam perpetrantem.

Mons manus lenis & purus, liberalem & placidum ſignificat: contra verò ſi aſper, turbatus, inconſtantiam in omnibus, maximosque labores. ☽


Angulus ſupremus clauſus è regione ſpacij, inter Saturnum & Iouem, ingenij fœlicis hominem notat: qui verò eum nõ habent, rudes ſunt, æmuli, quibus parum fidendum eſt: ſunt tamen in Martialibus admodum appoſiti. Si è regione Saturni claditur, miſeram vitam, animi captiuitatem, auarum, ad arma interim natum, ſed inconſtantem, mutabilem, hiantem ſemper, rei familiaris amiſsionem, & honoris notat iacturam: eoque magis quo cauo manus proprior ſit.

Angulus dexter rectus aut ferè benè apparens, bonum temperamentum & ad bonum propenſionem, ſed acutus, auarum, & longitudinem vitæ, obtuſus, fatuum, infidum, pigrum, inertem, ſibi tantum ſtudentem.

Angulus ſiniſter rectus ac perfectus, bonam naturam, & per conſequens ingenium, & vitam longam: acutus autẽ, cauilloſum. & nequam, obtuſus, rudem: ſin hìc angulus deſit, hepatis & ſtomachi imbecillitatem notat.

DE ANGVLO SVPREMO, PROVT Cocles ſentit, Caput XIII.

ANGVLVS ſupremus tribus modis terminatur: primo modo, vt hìc patet.



Linea

1 Linea vitæ à naturali tacta in concauo manus, in oppoſito ſpatio inter indicem & medium, ſignificat miſeriam vitæ, & captiuitatem animi, auaritiam, & ſollicitudinem circa accumulationem pecuniæ. 2 Quando prædictæ lineæ duæ coniunguntur præciſè ex oppoſito medietatis indicis, & faciunt angulum acutum, ſignificant ſubtilitatem ingenij, bonam diſpoſitionem, cum ratione faciliter dantis, atq; ſignum eſt inculpabilis vitæ. 3 Quando prædictæ duæ lineæ non coniunguntur ſimul, ſed diſtant ab inuicem notabiliter, purum ſpatium linquentes, ſignificant impurum virum, ſibijpſi placentem, faſtidioſum, crudelem, ſubſannatorem, malum debitorem, abſque laude vanos & inutiles proferentem ſermones, immũdum, inuidum, detractorem, prodigum, mendacem, fatuum: & talis, ſi fuerit ſeruus, vel in captiuitate poſitus, nunquam liberabitur: ſi fuerit liber, aut dominus, aut rex, aut princeps, miſeram finiet vitam: Et ſi illud ſpatium ſit calloſum, aut durum, vel ſiccum, ac coloratum, notat deceptorem magnum, & abſq; cauſa iraſcentem: Et ſi tale ſpatium fuerit lene aut molle valde, ſignificat hominem dimittentem bonam conuerſationem, & proſequentem malam, & talis delectatur mulieribus, cantilenis, & ornamentis pulchris: Et ſi tale ſpatium ſit malè rugoſum, inuidum, detractorem, & cauillatorem, & garrulum demonſtrat.

4



5




6




4 Si prædictæ lineæ nõ diſtant notabiliter, et ſunt valdè propinquæ, ſignificant migrationem in bello cum aliquo, aut morientem periclitando cum feris. 5 Si prædictæ lineæ non ſint diſtantes notabiliter, vel colligantur ab vno aut duobus baculis, vtrimq; ſe tangentibus, ſignificant hominem pœnitentem expenſarum & largitatis factæ. Aliquando talis baculus vel bacula oriuntur ex vna parte, & tendunt circa aliam, ſignificantq; vinoſum, et ebrium.

Ebrius. 6 Si dictæ lineæ coniungantur per quædam bacula, interſecata ab alijs duobus, ſignificant inuidiam, deſtructionem, inimicitiam, & oppreſſionem.

7



8





Ali-


7 *Aliquando prædictæ coniunguntur per quaſdam conſtantes lineas, ad modum retis, tunc ſignificant hominem malæ vitæ, ad infœlicem finem progredientem, ſi non ſit linea impediens. Et quando prædictas lineas quædam linea ſemicircularis ſcindit, & locũ vbi coniunguntur prædictæ lineæ, facientes dictum angulum, & vnum caput, & dictæ lineæ reſpiciant verſus partes brachij, ſignificant quod ille excæcabitur. Et ſi talis linea ſemicircularis ſit in trangulo, prope ſupremum angulum, & eius cornua reſpiciant verſus partes digitorum, turbationem familiæ atque domus eius ſignificat.*

8 *Quando inuenitur linea tortuoſa, breuis, & apparens in hoc angulo, dicitur quòd infirmabitur intra annum, maximè ſi rubeat. Et ſi reperiatur ibi crux aut ſtella, per mulierem hæreditatem venturam notat vel habitam: notetur color. Et quot tales figuræ reperiuntur, tot hæreditates demonſtrant. Si iſte angulus plus rubeat quàm alibi, declarat mulieris prægnantis partum fore maſculinum.*

DE ANGVLO DEXTRO, Caput XIIII.

1



2



3


1 *Angulus dexter rectus, vel quaſi benè apparens, & benè coloratus, ſignificat bonitatem cordis & ſanguinis, & fortem virtutem, & talis naturaliter inclinatur ad bonum.*

2 *Quando angulus prædictus eſt acutus, auarum notat: & quanto acutior, tanto magis auarum notat, & è conuerſo.*

3 *Quando iſte angulus eſt obtuſus ſiue groſſus, ſignificat malam diſpoſitionem naturæ, & ruditatem, ſine ratione dantem, pigrum, negligentem, ac ſomnolentum denotat.*

4


5



4 *Si ibi non fuerit aliquis angulus, neque coniungantur prædictæ lineæ, varietatem animi, & ſine ſtabilitate, et fide hominē denotant: talis enim nullam habet conſcientiā, nec de aliquo curat, niſi quòd poßit mentis ſuæ eſſe compos.*
5 *Quando in dicto angulo reperitur figura quadrata vel ſimilis, ſi fuerit valdè rubra, imprægnationem maſculi notat: & ſi tales lineæ aut figuræ palleant, aut ſint deletæ, prædicta eſſe præterita denotant: ſi fuerint interciſæ, indicant impedimentum. Et ſi plures tales figuræ fuerint, ſignum eſt quòd pluries imprægnabitur, quotquot tales ſunt, tot aut plures filios geret in vtero, ſi calor ſit intenſus. Et ſi quædam parua crux reperiatur ibi bene diſpoſita, ſignum eſt honeſtatis, vt dicunt, & boni finis.*

DE ANGVLO SINISTRO, Caput XV.



Angulus ſiniſter quis.

1 *Augulus qui cauſatur à naturali, & baſe trianguli, ſiue linea hepatis, dicitur angulus ſiniſter: ſi aūt ſit rectus vel quaſi, bonitatem intellectus, & ſenſus, atq; longitudinem vitæ.* 2 *Si fuerit acutus, malicioſum atq; cauilloſum demonſtrat.* 3 *Si fuerit obtuſus, ſignum eſt ruditatis & malæ conſtantiæ.*




4 *Si non fuerit talis angulus, debilitatem ſtomachi et hepatis denunciat. Si in iſto angulo, vel alijs angulis, vel in triangulo, inueniātur aliquæ lineæ in modum crucis, & linea ſemicircularis illi vniatur, ſignificat in cruce ſuſpendi.*

Suſpendium.

DE TRIANGVLO ET EIVS ſignis, Caput XVI.

TRiangulus propriè dicitur figura, tribus lineis clauſa, ſcilicet vitali, naturali, & hepatica, & ideo dicitur triangulus quòd formatus ſit in formam trianguli, & quamuis aliquando (vt fieri poteſt) non inueniatur linea hepatis, aut naturalis diſtet cum vitali in angulo ſupremo, nihilominus triangulus intelligitur.

Trian-



1 *Triangulus æquilaterus vel ferè, linearum boni & viui coloris, & rectarum pulchrarumq́ue, notat bonam naturam, ſanitatem, longam vitam, ſecuritatem, & amicitiam veræ complacentiæ, et excellentis famæ: è contrà, contrarium notat.*

2 *Si ſpatium ſit ſatis magnum & latum, largitatem, & audaciam oſtendit: præſertim ſi non rubeant nimis lineæ & palma.*


3 *Si ſit paruum, contrarium omninò deſignat: & ſi tale ſpatium ſit rugoſum aſpectu, ſignum eſt ſiccitatis in neruis.*



4 *Si in triangulo fuerit liuor, ſignum eſt proximi doloris, aut quòd talis eſt callidus, deceptor, & iracundus. Et ſi ſit rugoſum & molle, phlegmaticam complexionem demõſtrat. Item, figura ſemicircularis, ſed imperfecta, aut triangularis, notat crudelem, furioſum, iracundũ, & beſtialem, adeò vt aliquando, nec proprios parentes vereatur offendere. Ratio eſt, quia ſignificat Martem aliquo aſpectu, aut irradiatione infortunatum, in cuius ſignum tales figuræ ſunt imperfectæ, aut ad inuicem interſecatæ, ſeu intricatæ.*

5 *Si aliqua figura circularis, & interius videatur quodãmodo caput ſuum reflectere, aut etiam aliqua linula in fine multum in ſeipſa reflexa, malo fine vitam ſuam peragere, & fortè violenta morte finire minatur. Ratio eſt, quia ſignificat ex ſeipſo, & per ſeipſum, malum ſibi procurare, & hoc Martis influxu: vnde & ex illiuſmodi operationibus ſibimetipſi mortem procurabit.*

6 *Lineæ interſecatæ in modum crucis, in figura quadrata in triangulo, idem vt prius notant.*


7  8

7 *Eiuſmodi ſigna ſi circa angulum dextrum inueniantur, aut verſus finem montis manus, aliud habent ſignificatum. Ratio eſt, quia virtutem ſuam ſumunt à linea hepatis, quæ virtutem ac vigoroſitatem caloris naturalis oſtendit: vnde ſi fuerit figura veluti circularis in angulo dextro, dicitur imprægnationem maſculi ſignificare, eò quòd perfectionem ipſius naturæ indicare videatur: & hoc experientia probatum eſt.*

8 *Si tales lineæ magis declinarent ad finem montis manus ſub dominio Lunæ, infirmitatem, ac debilitatem inteſtinorum, ac genitalium, ac renum ſignificant.*


DE QVADRANGVLO ET SIGNIS ipſius, Caput XVII.

Quadrãgulus dicitur illud ſpatium, quod eſt inter naturalem & menſalem, & dicitur menſa manus, eò quod ſit locus, in quo ſigna inueniuntur, quædam, quæ non ad vnam tantum corporis partem effectus pertinentes ſignificant, verum etiam totius corporis, non ſolum in vno operationum genere, ſed quodammodo in omnibus operationum generibus.


1 2 3 

1 *Latus igitur quadrangulus in medio, magis autem in fine, & maximè in principio, verſus montem manus, aut percuſsionem, ſignificat bonitatem complexionis, hominemq́ legalē ac fidelem, ſin ſecus contrarium notatur. Ratio eſt, quia ſignificat æqualitatem ac temperantiam caloris naturalis, qui tales lineas produxit ordine congruo, vt ſcilicet naturalis in fine, verſus finem montis manus inclinaretur, vt in principio ad vitalē eſſet vnita ac inclinata.*
2 *Strictus in medio aut fine, ſignificat ſuffocationem caloris naturalis, & ideo hominem iniquum, malignum, auarum, & deceptorem.* 3 *Rectus per tranſ-*

tranſuerſum ipſius manus ſignificat ſiccitatem naturæ & complexionis, & hominem litigioſum: in cuius ſignum naturalis in fine ſui non aſcendit verſus lineam hepatis, immô extenditur per directum verſus percuſsionem.




4 Rimuloſus & pluribus lineis interſecatus ſignat ſiccitatem & frigiditatem naturæ et cōplexionis, et ex cōſequēti caput debile, ac cerebrū volubile: in cuius ſignū naturalis & mēſalis pluribus lineis continuātur, ramuſculosq́ verſus ipſum quadrangulū ꝓtendūt. Signa in quadrangulò plerunq; dupliciter accipiuntur et differūt: aliqua enim ſunt circularia, aut ferè, et intrinſeca in modū crucis, aut ſimili modo intricata. Primò differūt quoad ſitum, et etiā quoad figurationē: quædam enim prope naturalē inueniuntur, quædam prope menſalem: Quæ circa naturalē ſunt, oculorum offenſionē notant, et eô magis, quò maiora ſunt. **Oculorum offenſio.** *Ratio huius dupliciter cognoſcitur: priori modo, quia cum naturalis capiti deſeruiat, et per eam ac alia ſigna ipſi adhærētia, habeamus cognitionē eorū, quæ capiti cōtingunt nec in hoc poſſumus, proprie cōprehēdere, quod ipſe calor naturalis præpediatur, neceſſe eſt dicere, quod ab extrinſeco offendatur, talisq́ offenſio ſit, & ideo offenſionē oculorū, quæ maior eſt omni alio vulnere, et tamē calor naturalis adhuc in ſua vigoroſitate perſiſtat. Nō enim talis figura vnitur naturali, ſi autē vniretur, ex hoc mors ſequeretur: quia ſignificat proprium impedimentum caloris naturalis. 5 Quæ aūt inueniuntur prope menſalē, dupliciter differunt: quædā nanq; habēt aliquas oppoſitas per modum anguli vnitas, quædā per ſe ſimpliciter ac ſolitariè perſiſtūt, et quædem ſigna circularia habentia tales lineas angulares ſignificant perfectionem alicuius effectus, aut operationis entium mobilium, aut rerum mutabilium. Ratio eſt, quia ſignificat effectum prouenire ex influxu planetæ dominātis, ſcilicet Lunæ, ſed tamen cum magna contrarietate ac difficultate: & cùm ſit in dominio Lunæ, nec cum facilitate adipiſcatur, ſequitur, quòd eò magis ſtabile ſit ac firmum, eò quod nō ex ipſo influxu ſimpliciter, ſed etiam alterius planetæ corroboratione, in cuius ſignum inueniuntur teles lineæ oppoſitæ. 6 Quæ autē ſunt abſq́ aliqua cōtrarietate linearum, maximū notāt infortuniū, etiam ſupra omnem imaginationē affuturum. Ratio eſt, quia notant totalē effectū ipſius planetæ infortunatū exiſtere: nā de ſe ipſa Luna firmitatem nō habet in effectibus ſuis, & cùm infortunata extiterit, maximam ruinā minatur: Signum autem totale huiuſmodi infortunÿ eſt, figura circularis perfectê formata ac ſituata.*



7 *Si iuxta menſalem inueniatur linea ſemicircularis cornibus extenſis, verſus quadrangulum, ſignificat maximam inimicitiam, licet ſecretam, & fortè mortalem. Ratio, quia ſignificat aliquale infortunium ipſius planetæ, & maximè propter res mobiles, aut huiuſmodi cauſa, in cuius ſignum talis linea, eſt prope menſalem notans extrinſecum impedimentum planetæ, & non caloris naturalis.*

8 *Quò autem minus protenderet cornua ſua verſus quadrangulum, eò facilius ac liberius euadet tales machinationes, & eò magis, quo in tali figura, ſemicirculari, inueniatur alia linea, quaſi interſecans ipſam ſemicircularem.*

9 *Quò autem ad alias interſecatas lineas in modum crucis, ſciendum eſt & notandum, quòd quædam interſectiones in modum crucis inueniantur in medio quadranguli, ab vna linea ad aliã transuerſaliter exiſtentes, & ſignificant maximos labores, & contrarietates pro honore ſuo, in quocunq; exercitio fuerit occupatus, magis autem & minus ſecundum maiorẽ aut minorem perfectionem ipſarum linearum, ac conditionem ſuæ naturæ, & complexionis. Ratio eſt, quia ſignificat bonitatem, ac vigoroſitatem caloris naturalis, & maximam contrarietatem influxus Lunæ, licet cum augmentatione, ſi tamen potens fuerit ingenio aſtutusq́, & ſollicitus, ad magna conſcendet.*





10 *Si tales rami non perfectè attingerent ab vna linea ad aliam, minorem perfectionem notant, licet fuerint duplicatæ. Ratio eſt, quia minorem perfectionem caloris naturalis ſignificant, non valentis tales ramos extendere.*


11 *Quando autem inueniuntur huiuſmodi lineæ, verſus principium quadranguli, verſus menſalem, idem retinent ſignificatum, ſed alia conditione, ſcilicet cum maximo periculo vitæ, & extra patriam. Ratio eſt, quia notat impedi-*

pedimentum extrinſecum ipſius caloris naturalis, & maximam mutationem inſtabilitatemque, non quidem cerebri, ſed loci, in cuius ſignum magis verſus montem manus inueniatur, vbi ex humiditate ſua rerum etiam mutabilitas conſpicitur: eò autem magis periculum imminet, quò fuerit veluti crux, et non veluti ſtella.

12 *Si in quadrangulo reperiatur quædam crux malè diſpoſita & colorata, & tortuoſa, inæqualis, diſcontinua, ſignificat ſanitatem infortunatam.*










13 *Si in eodem loco reperiatur ſignum, ſimile cuidam ſtellæ benè coloratum, iuſtũ, legalẽ, fidelem, verecundum denotat, & emendabit ſeipſum cùm peccauerit, vitam tandẽ ducens inculpabilem, & ſi ad paupertatẽ deueniet, tandem ditabitur, et nil ei deerit, valdè etiam diliget mulieres, et fortè lædetur ab eis: timendum tamen, ne illius bonitas et lumen obſcuretur ab eiſdem, ſicut lumen ſtellæ à nebulis.*

14 *Si reperiatur quidam paruus circulus in prædicto quadrangulo, notat perfectionem in ſcientia & moribus.*

15 *Triangulus circulo adiunctus, deſtruit illud ſignificatum, & oppoſitum notat.*










16 *Duo circuli, prius ſignificatum contra malitiam trianguli confirmant, niſi à pluribus triangulis deſtruantur: quia vnuſquiſq; deſtruit ſignum vnius circuli, & dicunt, quod hic triangulus anguſtias, inimicos, & infœlicitatẽ notat, niſi ſit alius oppoſitus, ita quòd ſit vnus angulus alteri directè oppoſitus.*




17 *Paruus quadrangulus in quadrangulo, bonitatem in vno tempore & malitiam in altero ſignificare videtur.*

13 *Duo quadranguli, ſuperabunt bonum.*

Tres

19

20

21


19 *Tres quadranguli in quadrangulo ſuperabunt malum: quatuor verò quadranguli in eodē loco, ſuperabunt bonum.* 20 *Vnus eorum, paruus, cōſtrictus ex vna parte & naturali, ex alia parte triangulus adueniēs à naturali, mortales notat inimicos.* 21 *Si tunc media linea tangit vitalem, ſuperabitur ab eis.*


22

23

24



22 *Et ſi non tangit, ſuperabit inimicos ſuos.* 23 *Si prædictus triangulus non tangit naturalem, habebit inimicos, ſed non mortales, ſi media tangit lineam vitæ nec non.* 24 *Quædam crux pulchra in oppoſito infra medium & annularem, prægnationem, ſeu labores oſtendit, & inopiam, & ob mentis leuitatem tentare facinus, cuius cauſa à patria exulabit, vt dicunt recentiores.*

DE PERCVSSIONE ET IPSIVS ſignis, Caput XVIII.

IN manus percuſsione, quæ ſub Lunæ dominio eſt, inueniuntur & ſigna aliqua, quibus noſcuntur quæ fortuitu & ex fortuna, bona aut mala contingere ſolent: Signa huiuſmodi ſunt in duplici differentia, non ſolum quoad figuram, ſed etiam quoad ſituationem: Quædam nanq; ſunt recta & ſolitaria, quædam verò angulariter vniuntur, & quædam ſunt prope mēſalem, quædam verò verſus finem montis manus: Illa autem quæ recta ſunt, et per ſe ſunt, bonum ſignificant, & quidem ſi ſunt prope menſalem, ſignificant à principio inexiſtere: Si verò fuerint verſus finē mōtis manus, ſignificāt magis exterius exiſtere, vnde & primo modo dicuntur ſignificare amicos ex affinitate & parentela. Secundo autem modo ſignificāt amicos extraneos. Ratio eſt, quia cum ex ſe recta ſunt, bonitatē quoq; ipſius planetæ ac influxus ipſius ſignificant. Cū autem in principio huius montis ſint, in principio quoq; ipſius naturæ ac natiuitatis ſiue ortus, itidem exiſtere ſignificant. Si verò in ipſo medio percuſsionis inueniantur, proceſſum temporis notant, vnde & ab aliquo extraneo communiter diligi dicuntur.

Lineæ

1


2


1 *Lineæ igitur in finem reflexæ aut diſcontinuæ, aut interciſæ, ſignificant impedimentum, & quidem ſi reflexæ fuerint, hoc erit ex impotentia naturali: ſi autẽ diſcontinuæ, hoc erit ab extrinſeco.* 2 *Illa verò ſigna, quæ angulariter ſiue oppoſitè vniuntur, duplici quoq; modo inueniuntur: quædã namq; acutè angulum conſtituunt: quædã verò angulum obtuſum formant, & illa quidem quæ angulum acutum formant, inimicitiam notant. Ratio eſt, quia ſignificant contrarietatem circa aliquod bonũ ipſius fortunæ, & ſicuti quando ſunt rectæ, ſignificãt bonũ, et amicos, ita contrariò ſignificant inimicos, & ſi illa linea, quæ eſt ex parte verſus mẽſalem vltra angulũ aliam lineã ſuperauerit, ferens etiam ſuperabit inimicum. Si aũt è contra, contrariũ notat. Quòd ſi ambæ ſuperant, et aliqua illarũ ſit interciſa, idẽ ſignificãt. Illa aũt, quæ angulũ obtuſum cauſant, maximũ minantur infortunium, et cũ periculo mortis: non tamẽ ab inimicis, præſertim ex aliquo præcipitio, aut caſu. Ratio eſt, quia non adeò maximam contrarietatem ſiue reſiſtentiã demonſtrant, maximum tamen periculum, nec poteſt dici, quod ex aqua aut in aqua, quia extra montem manus inueniuntur, vnde dicitur præcipitiũ oſtendere, & ſic expertum eſt: Quoniam autem tales lineæ eſſent diſiunctæ, notant euaſionem: ſimiliter, quando aliqua* Præcipitium. *linea ſcinderet talem angulum per longum ipſarum linearum, eò quod notant auxilium quoddam in tali cauſa ſiue præcipitio.*

DE MONTE MANVS, CAPVT. XIX.

M*ONS manus, eſt Lunæ proprius locus & principale dominium: vnde & magis humidus aqueuſque conſpicitur: debet eſſe eleuatus aliqualiter, lenis, purus, benè coloratus, magis verſus raſcettam & brachium, quam verſus menſalem.*



1
2




3

1 *Mons manus lenis, purus, benè coloratus, magis verſus raſcettam & brachium, quam verſus menſalem, ſignificat bonitatem complexionis, ac ipſarum qualitatum temperantiam, legalitatem, & temperantiam. Ratio eſt, quia ex eleuatione ipſius montis proportio caliditatis & humiditatis conſpicitur.*

2 *Quædam linea aliqualiter tortuoſa ac circumflexa & diſcontinua, in fine montis manus, minatur maximum infortunium, in aqua aut loco aquoſo, aut mari, aut flumine, & amiſsionem ſubſtantiæ, & mercimoniorum. Ratio eſt, quia tale ſignum oſtendit influxum illius Planetæ peſsimum eſſe, in cuius ſignum non poteſt vigore caloris naturalis perfectè producere ipſam lineam, immô impedimentum appoſuit, & quod futurum erat, permōſtrat: & ſicuti talis linea eſt intricata ac diſcontinua, ita & infortuniū ipſius planetæ ſequetur.*


3 *Si per medium montis manus per longū ipſius montis fuerint aliquæ lineæ, veluti parallelæ, ſiue concurrentes, & poſteà in fine ſubito vniantur, motē ſubitā ex apoplexia notāt, aut catarro, aut ſuffocatione naturali, ex influxu ſiue mutatione Lunæ, in cuius ſignum per aliquod ſpatium tales lineæ ſimul concurrunt: demum ſubito & ex improuiſo ſimul clauduntur ac conſtringuntur.*

Apoplexia Mors.

4

5

6


4 *Si autem in monte manus inueniantur aliquæ lineæ bifurcatæ in fine per transuerſum ipſius montis, verſus percuſsionem, indicant animum duplicem, ac contra influxum ipſius Planetæ, diuitias congregare etiam in iuuentute. Ratio eſt, quia oſtendunt effectū Planetæ, ſiue influxum debiliter operari, et ex caliditate ſua humidæ qualitati prædominari, ac ingenio, aſtutiaq; ſua multa præuidere, nec ſimpliciter circa quodcunq; opus occupari. 5 Quædam lineæ ortæ ex parte inferiori montis, verſus dorſum manus, ſi ſuperius tendant, & earum caudæ flectantur verſus menſalem, amicos notant extraneos. 6 Tales lineæ circa raſcettam inuentæ, rationales amicos aut ex parentela dicunt.*

7

8

9


Si

7 *Si prædictæ lineæ flectantur ad raſcettam, ſignificant impotentes amicos, credẽtes tamẽ prodeſſe, & nequeunt, & quantò maiores & notabiliores fuerint dictæ lineæ, tantô maiores amicos oſtendunt.*

8 *Si prædictæ lineæ ſecentur à quibusdam lineis tranſuerſalibus, non habebit amicos: & ſi habuerit, erunt infideles, et amici fortunæ, ſi ſint deletæ lineæ, prætereunt.*

9 *Quædam lineæ exurgentes à percuſsione manus, facientes angulum acutum in hoc monte, mortales inimicos præſagiunt, aut quod tales caſu præcipitij peribunt.* Præcipitiũ.



10 *Lineæ facientes ſiue conſtituentes prædictam figuram, venientes ex parte ſuperiori, ita quòd augulus vnius reſpondeat alterius figuræ angulo, talis habitabit inter inimicos, aut erit eis æqualis ſecundum ipſius diſtantiam à menſali, vel ad raſcettam: ſignificant inimicos extraneos vel priuatos.*

11 *Si ſint aliquæ lineæ tortuoſæ, ſimul concurrentes, vel ſi ſint rectæ & per quadrum interſecatæ, aut ſint aliquæ, quaſi ſimiles figuræ præcedentis ſigno, ſignificant in aquis perire.* Submerſio

12 *Et ſi quædam lineæ oriantur à radice manus, & rectê extendantur per montem manus, bene inquam coloratæ, futurum bonum indicant.*



13 *Lineæ rubræ notabiles ex monte manus, tendentes ad menſalem, inimicos oſtendunt ſecundum numerum linearum, & earum craſsitudinẽ, tot erũt inimici. Item quædam lineæ rectæ duæ vel tres bene coloratæ, in hoc loco, imperitiam notant: præſertim ſi ibidem parua crux inueniatur.*


14 *Paruæ lineæ capillares inordinatæ in hoc loco, in iuuentute perfectionem naturæ & potentiam oſtendunt, præſertim ſi ſint multæ & inordinatæ: ſi eædem verſus raſcettam inueniantur, ſignum eſt frigidæ & phlegmaticæ naturæ, & fluxum ventris indicant. Et ſi pars illa ſit lenis & mollis, erit morbus phlegmaticus. Si aſpera & plana, erit morbus e Melancholia vel Cholera.* 15 *Crepaturæ, vel lineæ ſimiles crepaturis circa naturalē, diſtinctionem naturæ in ſenectute aut frigus denotant.*



16 *Linea brachium inferius reſpiciens, hominem notat ſemper mutuo accipientem, ſemperq́; debitorem.* 17 *y Talis figura inferius reſpiciens, famoſum virum, & in melius creſcentem indicat.* 18 *Figura C. in hoc loco parricidam vel fratricidam accuſat: Idem fortè in muliere, etſi non occidat, erit tamen peßima, & ſi ſtella ſimul reperiatur, ſignificat incrementum.*

DE MONTE POLLICIS ET EIVS ſignis, Caput XX.

M*ONS pollicis cum ipſo pollice, Veneri dicatus, debet tantummodò per longum ab ipſa radice verſus vitalem lineas extendere, & quidem raras, non multum profundas, & ſignificat complexionem temperatam hominemq́ue amabilem, & lætum propter talem complexionem.*



1 *Mons pollicis interciſus transuerſaliter, notat exuberantiam caloris naturalis, cum humiditate, frigiditate admixta, vnde & laſciuum protendit, eoq́; magis, quò tales lineæ fuerint longiores & multiplicatæ.*


Si cir-

2 Si circa confinia radicis pollicis, fuerit linea, deſcendens verſus finẽ montis, à principio lineæ vitalis progreſſa, ſignificat maximam exuberantiam ac paſſionem Veneream, ita quòd aliquando nefanda committantur.

3 Lineæ aliquæ rectæ continuæ, & apparentes in dicto monte, quæ videantur à radice verſus vitalem deſcendere, ſignificant bonitatem influxus Veneris, ac vigoroſitatem virtutis concupiſcibilis reſpectu alicuius perſonæ particularis, pro numero dictarum linearum magis autem & minus, prout tales lineæ fuerint apparentes continuæ ac longæ. Ratio ex communi influxu omnium planetarum habetur, & quantò amor ſiue concupiſcentia maior eſt, circa aliquod particulare, eò vehementiori colligatione conſtringitur.

4



5

6


4 Si tales lineæ videantur tanquam bifurcatæ, animum ad vtrumque ſexum minantur.


5 Si non ſint omninò bifurcatæ, ſed magis ſit aliqua linea, quæ ex tranſuerſo lineis dictis, ſiue lineæ occurrerint, ſignificat ſimul amare duas mulieres ſiue homines, licet alteram plus amet, eoque fortius quò ab ipſa linea recta, & principali videatur ramuſculus egredi verſus prædictam lineam. Ratio eſt, quia non propriè poteſt dici ſignificare animi duplicitatem, ſed obiectorum et perſonarum dualitatem, propter maximã apparentiam linulæ prædictæ, quæ ſi multum fuerit extenſa, proueniet ex parte amatarum.

6 Lineæ veluti ſtella in fine montis pollicis, infamiam & infortunium mulierum cauſa notant, vel luxuriæ cauſa: ſi verò fuerint veluti crux, adulterium protendunt.

7

8

9


7 *Quando in ipſo monte verſus partem inferiorem & dorſum manus, tranſeant aliquæ lineæ, integræ, æquales, & cõtinuæ, ſignificãt hæreditatem et bona mulierum cauſa, per mortem alicuius. Ratio eſt, quia ſignificãt bonum, licet non propriè, ex concupiſcentia, aut cum luxuria ſiue laſciuia, mulierum cauſa, aut ſimiliter: in cuius ſignum tales lineæ, huiuſmodi effectus ac influxũ ſignificantes, non propriè ſunt in ipſo monte, magis autem verſus dorſum, & ab extrinſeco.*

8 *Si autem aliqua linea ſimilis oriretur quidem ab extrinſeco, & non in ipſum montem incederet, ſecundum ipſum digitum aſcenderet, primam iuncturam ingrediendo, ſignificat à proprijs affinibus ac conſanguineis prodi ac decipi, in honore etiam atque honeſtate. Ratio eſt, quia ſignificat Venerem infortunatam, & inde malum oriri, vnde bonum ſperare debuerat: in cuius ſignum, aſcendit quaſi ſemicirculus, per ipſum montem, ſignificans aliqualiter ſuperare malorũ affinium & cognatorũ ſuorum aſtutias, ſed tamen ſuccumbere. 9 Maximum aũt infortunium ſignificat, quando in fine eſt circumflexa ſiue reflexa antequam ad radicem digiti attingat. Ratio eſt, quia ſignificat maximam debilitatem virtutis ſiue influxus planetæ, ſicuti etiam ex debilitate virtutis naturalis, lineæ curuantur in extremitate.*



Inceſtus

10 *Quando in digiti iunctura prima ſuper radicem inueniuntur lineæ tranſuerſaliter poſitæ, & aliæ per longum, ſignificant inceſtum. Ratio eſt, quia per illas lineas ſignificatur excellentia ac nobilitas parentum, eò quod ex talibus lineis gaudium & lætitia cõnotatur, nec hoc propriè ex luxuria aut laſciuia dici poteſt, cum non ſint in ipſo monte, & tamen propter aliquid ſimile videãtur oriri: deinde ex linea interſecante aliqualiter ſignificetur, quod non æquo animo propinquos ſiue propinquas diligat, magis autem ex ſuperabundanti caliditate ac laſciuia: in cuius ſignum ipſa linea aſcendit per ipſum digitum.*


Suffocatio
Submerſio
Suſpendiũ

11 *Si aliqua linea ſecurit tranſuerſaliter primam iuncturam pollicis, & ex integro, ſignificat ſuffocationem, ſiue ſubmerſionẽ, ſiue ſuſpenſionem quomodo cunque ſint. Ratio eſt, quia ex pollice, ac eius monte, quanta qualiſuê ſit virtus ac perfectio caloris naturalis, cognoſcitur. Nam vitalis, quæ eſt oſtenſiua vitutis actiuæ ac caliditatis, circuit ipſum pollicem ac ipſius montem, & cum perfectè pollex interſecetur, ſignificat etiam totale impedimentum caloris naturalis, ex ſuffocatione: nam & Venus humiditatem non auffugit, immò et aliqua ſigna ſuffocationem indicatiua ſunt, vt figura circularis interſecata, et*

quædam

quædam alia ſimilia, quæ Venerem infortunatam, ſiue malum influxũ virtutum oſtendunt propter impedimentum annotatum: quo autem talis linea magis fuerit prope ipſam radicem, eò amplius ſignificat talem ſuffocationem, ex humiditate prouenire.


12 *Si autem aliquæ lineæ ſe interſecantes inueniantur in pede montis verſus angulum ſupremum, ſignificant impedimentum caloris naturalis, ſed non ex ſuffocatione: vnde communiter omnes aſſerunt fractionẽ colli, aut caſum ab animali ſignificare, vt probatum eſt.* Fractio colli. Caſus ab animali.



13 *Lineæ notabiles, rubræ, integræ, ſcindentes fortiter primam iuncturam pollicis, tendentes ad digitum, denotant numerum & nobilitatem fratrũ aut ſororum: & ſi ſint fractæ, aut deletæ, mortuos fratres indicant.* Numerus fratrum aut ſororũ.

14 *Quædam lineæ exiſtentes intra primam et vltimam iuncturam pollicis, parentelam magnam, paruam aut magnam, ſecundum multitudinem & magnitudinem ſeu paucitatem linearum, oſtendunt.*

15 *Linea circundans pollicem, circa ſupremam iuncturam, ſuſpendium notat.* Suſpendiũ




16 *Linea arcualis in dorſo digiti verſus iuncturam, coniuncta cum quadam alia arcuali, exiſtente in parte vnguis, ſuſpenſionem minatur, ac hominem doloſum, & nequam oſtendit: & hæc linea arculis benê diſpoſita in eadem iunctura, in inferiori parte digiti, indicat ſubmerſionem in aqua.* Suſpendiũ Submerſio

Si præ-

17 *Si prædictæ lineæ non coniungantur, ſed prope ſint, erit prope ſuſpenſionem vel ſubmerſionem: Si eadem linea arcualis, quæ eſt in inferiori parte in vltima iunctura, cõiungatur cum illa linea arcuali, quæ eſt per dorſum digiti*
Suſpendiũ. *in eadem iunctura, ſuſpenſionem notat.*

Submerſio Suſpendiũ Fur. Lepra 18 *Si figura circularis, per medium ab alia linea ſcindatur, iuxta ſupremã iuncturam, ſubmerſionem notat: & ſi multum ſit prope verſus vnguem, ſuſpẽdetur vel ſtrangulabitur: & denotat hominem leproſum, odioſum, furem & adulterum: ſi in dorſo pollicis iuxta vnguem fuerit linea aut ſtella, erit luxurioſus valdè: & ſi fuerit vt crux, matrem aut ſororem corrumpet, vt dicunt.*


19



20



21



19 *Si in prima iunctura pollicis ſit linea continua ſine interſectione, decol-*
Suſpendiũ. Decollatio *latio aut ſuſpendium ab ea dependet.*

20 *Si ſint duæ vel tres lineæ ſemicirculares, inter primam & ſecundam iuncturam rubicundæ, indicant, vt prius, ſuſpendium, aut decapitationem, & præcipuè carcerem, ſi adnexæ ſint in fine. Nulla eſt diſtinctio inter decapitationem & ſuſpenſionem, quia apud autores non diſtinguuntur: nam in diuerſis regionibus diuerſificatur genus mortis, prout in Hiſpania, guttur tantum aperitur ſicut pullo ad mortem vſque: in alijs locis integrum caput amputatur: alij proprijs manibus ſuffocant: alij, vt Angli, telis ſagittant. Hìc ſufficit ſecundum regulas, quòd ſit offenſio capitis, ad mortem vſque.*

21 *Si circa vltimam iuncturam pollicis ſint lineæ capillares, denotant materiam catarralem exuberare, aut Schynantiam, & ſimilia, dummodo natu-*
Schynantia. *ralis obſeruetur proportio: aliqui dicunt periculum in aquis.*

DE MONTE INDICIS,
Caput XXI.

MONS indicis, qui cum ipſo digito ſub Iouis dominio eſt conſtitutus, quomodocunque lineatus ſit, niſi tales lineæ ſint capillares, aut ab ipſa radice digitorum verſus medium deſcendentes, aut ad ſe inuicem valde ſint interſecatæ, ſemper bonum ſignificant: magis autẽ ſi per ipſum montem fuerint rectæ. Ratio eſt, quia ex huiuſmodi lineis ſignificatur planetæ influxus, & licet cum aliquali difficultate obtineatur, tamen ſemper aliqualem exitum in bonum retinet, aut ſæpè: in cuius ſignum, etſi intricatæ ad inuicem ſunt, non tamẽ adeò ſunt maledicæ, quoniam aliqualem bonitatem ſuſcipiunt.

Nam

Nam bonitas Iouis, vt aiunt Aſtrologi, eſt tanta, vt, niſi impediret aliorum malitia, qui ſub dominio Iouis naſceretur, eſſet quodāmodo immortalis: Quidam tamen Chyromantici de pollice tantùm tractare voluerunt, aliorum digitorum lineamenta repudiantes, tanquam inutilia, qui aut neglexerunt, aut fortè ignoranter ſcripſerunt, quòd mirum eſt, quod linearum manus diuerſitatem non inueſtigarunt, vel quare magis in pollice habeant lineas, & ſigna aliquid oſtendere, quàm in alijs digitis: cum vnuſquiſq; digitorum habeat attributionem ſui Planetæ.



1 Lineæ interſecatæ ad modum ſcalæ, & in fine angulariter vnitæ, ſignificant maximum infortunium, & in fine debere ſuccumbi. Ratio eſt, quia cum propter talem interſectionem infortunia notatur, et tandem debere ſuccumbi indicant, in cuius ſignum, in fine ad inuicem reflectitur, ſignificantes debilitatem influxus ipſius Planetæ, ac caloris naturalis. 2 Linea aſcendens ab ipſa radice indicis, ad partem ſuperiorem ipſius montis, bonum ſignat, eò autem magis, quò verſus medium montis protendatur: Ratio eſt, quia in medio cuiuslibet montis, quodcunq; ſignum reperiatur, ſiue bonum, ſiue malũ, ſemper maioris eſt effectus, etiam virtutis ab ipſo planeta datæ. 3 Linea aut lineæ aliquæ interciſæ, aut diſcontinuæ à dorſo manus, propè angulum ſupremum, verſus digitum medium ſemicirculariter extenſa, ſignificat exuberantiam malorum humorum ac qualitatis Melancholicæ, & leuiter in febrem quartanam, aut Phreneſim incurrere. Ratio eſt, quia ſignificat caliditatẽ naturæ ac complexionis, ſed tamen cũ ſiccitate ac ſuffocatione calidi naturalis, ab ipſa frigiditate, ſiue etiam humiditate qualificatiua: in cuius ſignum ab ipſo primo principio caloris naturalis ad Saturnium, tales lineæ ſiue linea circumflectitur: imò vt quidam dicunt & benè, à Satuno oriuntur lineæ verſus angulum ſupremum, vel circa.

Febris quartana Phreneſis.

4



4 Linea notabilis recta, benè colorata, orta ex radice indicis, tendens vſque ad mediam iuncturã, aut circa, ſignificat audaciam & honores: Et ſi fuerint duæ lineæ, et fortiter ſcindant digitum, matrẽ ſuam talis violabit, vt dicunt.



5 *Quædam paruæ lineæ ortæ à radice indicis tendentes trāſuerſim per digitum, quaſi ad ſuperius verſus dorſum digiti, ſignificant Cholericum cum ſuis conditionibus: & ſi tales lineæ tendāt ad inferius arcualis, ſignificat Melancholicum cum ſuis conditionibus. Si hæ lineæ oriātur ex latere indicis, et tendant rectè, æquè diſtantes ad illud latus, ſignificant Sanguineum cum ſuis conditionibus: & ſi quædam illarum linearum vadant ad ſuperius, quædam inferius, ſignum eſt phlegmatici cum ſuis conditionibus.*

Cholericus. Melancholicus. Sanguineus. Phlegmaticus.

6 *Crux in hoc digito, ſignificat adulterium.*

7 *Figura ſtellæ ſupra dorſum iſtius digiti, luxurioſum demonſtrat, & fortè ad aliquod beneficium & honorem peruenire cauſa mulierum.*

DE MONTE MEDII ET IPSIVS ſignis, eiusq; digito, Caput XXII.

MONS Saturni, dicitur mons medij, qui in ſimul cum ipſo digito ſub Saturni dominio conſtituitur, qui interſecationes tranſuerſales non benè fert.




1 *Mons Saturni vnica tantùm linea ſciſſus eſſe debet. nam ſi pluribus lineis diuidatur, magnam in acquirendis diuitijs difficultatem oſtendit.*


2 *Tranſuerſaliter interſecatus, impedimentum aut infortunium notat.*

3 *Tranſuerſaliter paruæ lineæ, à prima iunctura ſcindentes digitum, complexionem & conditionem tutam confirmant: ſicut de indice dictum eſt, id ipſum intelligitur de medico & auriculari, ſi in illis duobus digitis tales reperiantur lineæ.*


Quæ

4


5


6


4 *Quædam linea ad pedem digiti, Martialem hominem, & idoneum dominum dicit.*

7


5 *Quædam linea notabilis in medio digiti, proſperitatem in armis & rebus bellicis negat.*
6 *Quædam linea obliqua, bonorum fortunæ perditionem notat: ſi fuerit miles, in militia procumbet.*
7 *Quidam triangulus malè formatus in hoc digito, infortunium, & ſemper deteriorem fore, & peiorē demonſtrat hominem.*

DE MONTE ANNVLARIS SIVE medici, ipſiusque ſignis & digito, Caput XXIII.



2




1 *Mons annularis cum ipſo digito, dominio Solis ſubijcitur, & iſte mons debet eſſe ſolummodò per lōgum, & non multitudine linearum confundi, ſed duabus ornari: ſiccine notat hominem legalem, ingenioſum, amabilem, familiarem nobilium, ac beneuolum. Ratio eſt, quia ſignificat bonitatem influxus planetæ, ac vigoroſitatem caloris naturalis.*

2 *Pluribus lineis abundans, naturæ notat ſiccitatem, caliditatemque: vnde & cerebri volubilitatem, ac hominem vanglorioſum.*

3 *Linea quædam recta orta in triangulo, aſcendens ad montem, ac in digitum, ſignificat amicitiam dominorum, ac nobiliū, et præcipuè Martialium, et*

ſimilium. Ratio eſt, quia ſignificat maximã caliditatem ac humiditatem per mixtam: in cuius ſignum à Martis dominio ortum aſſumit, ſiue circa.



4 Linea interciſa, aut diſcontinua, vel reflexa in principio, impedimentũ notat: Et ſi in ipſo digito lineæ rectæ aſcendant, eò amplius, bonam fortunam pollicentur eadem ratione: ſi autem è contra, contrarium notant.

5 Figura circularis, in monte annularis, amicitiam, & dignitatem notat. Si autem inueniatur aliqua figura ſemicircularis, maximam contrarietatem, & infortunium notat.

6 Duæ lineæ ſemicirculares ad inuicem cathenatæ, in digito annulari, aut iuxta aliquam rectam lineam oppoſitæ hinc inde, ſignificant offenſionem ab animali domeſtico. Ratio eſt, quia propter talem contrarietatem, ſignificãt infortunium ab aliquo cui fides adhibetur, qui tamen vnquam ex ſua natura rectè aut veridicè amauit: quæ omnia non niſi de animalibus compræhendi poſſunt, quæ tantummodò ſuo proprio commodo amant, ſicque (experientia teſte) habitum eſt. Si autem ſolum aliqua linea tortuoſa inuenitur, ſignificat proditionem ab amico, propter aliquam offenſionem illatam, aut propter ingratitudinem illius.



7 Linea quædam recta, benè colorata, orta à radice medici, extenſa per medietatem digiti, ſapientem & ſubtilem hominem demonſtrat, gratioſum, & magnanimum: & ſi ibi duæ tales lineæ fuerint, fortius denotant: & ſi talis linea ſecetur, & à quibuſdam alijs deſtruatur, vulnera plurima minatur.

8 Linea quædam ſemicircularis groſſa, in hoc loco, peſſimum debitorem, malè morigeratum, infœlicem, & animæ ſuæ malum denotat: & ſi talis linea

reperia-

reperiatur ſub radicedigiti, in monte eius, digitum aſcendendo, per induſtriam ſuam euitabit læſiones & damna. Idem fit in omnibus digitis.


9 Quædam lineæ ſimiles crepatiuis, aut quædam crepaturæ ſuper vltimam iuncturam huius digiti, & in interiori parte, vbi potiſſimè vigeat tactus, paſſionem naturæ aut debilitatem, aut deſtructionem ſignificant. Et hoc generaliter inomnibus digitis, cùm ibi locus debeat eſſe puriſſimus & lenis.

Notandum de annulari.

Linea præfata extenſa ad radicem digiti, & ſi ſit in diametro digiti, arguit dignitates ſeculares: Et ſi ſunt duæ, & ſubiectum ſit præparatum, denotāt augmentum regni & dominium. Aliqui vocant eam lineam, lineam Solarem, diuitiarum & magiſterij, & denotat ſeptem artes liberales, præſertim Philoſophiam diuerſarum artium indagatorem, & optimam in ipſis artibus inducit diſpoſitionem, & ſi ſequitur proportio, denotat diuitias apud principes vel reges: ſi eſt impedita, aut glomerata à pluribus lineis, fugiatur dominiū principis: quia finis eſt deteſtabilis, vt ſi impeditur ab vna linea, & impediens ſit minus fortis, aut ab infamia aut periculo, & quot ſunt lineæ, tot ſūt impedimēta, & eſt cœleſte munus, in quorū manib. talis linea eſt fortunata.

DE MONTE AVRICVLARIS, ET IPSIVS ſignis, & digito, Caput XXIIII.

MONS auricularis & eius digitus, ſub Mercurij dominio eſt conſtitutus: debet eſſe non multum lineatus, neq; in longum, neq; per trāſuerſum, ſed ipſe tantùm digitus per longū plurib. lineis ſignatus, indicat bonitatē naturæ, complexionis, & Planetæ. Ratio eſt, quia ex longitudine & cōtinuitate linearum, cognoſcitur virtus caloris naturalis, & vigoroſitatis Planetæ: ſi autem tranſuerſaliter eſſet lineatus, impedimentum notaret.



1 Mons multùm lineatus, hominem notat iniquum, malignum, callidum, & aſtutum. Ratio eſt, quia ſignificat intentionem vehementiſſimam influxus talis Planetæ, & magis ad malum quàm ad bonum propter ſiccitatem ſignificatam per talem multiplicationem linearum.

2 Linea tortuoſa, aſcendens ab inferiori parte montis, in ſuperiorem partē primæ iuncturæ, ac per ipſam iuncturam aſcendēs, ſignificat ex ſua aſtutia ac inge-

ingenioſitate aliorum aſtutias & malignitates ſuperare. Ratio eſt, quia ſignificat impedimentum aliquorum malorum effectuum Mercurij, cum proſperitate planetæ: in cuius ſignum linea ſcindit montem, quaſi ex transuerſo, & demùm directè per digitum aſcendit: hoc ipſum cenſendum eſt de omnibus alijs digitis.


3 *Circa menſalem in ipſo monte, verſus mõtem annularis, lineæ in modum ſtellæ, indicant bonum, mulierum cauſa, aut mulieris, ſed tamẽ ab eis aut illarum cauſa, damnũ pati et infamiã, et eò magis, quò elongantur ab ipſo monte annulari, & montẽ auricularis poſſident. Ratio eſt, quia ſignificat bonitatẽ Mercurij, gaudium & delectationem promittentis, cum Solis fauore, cum aliquali tamen aſtutia ac calliditate propter impedimenta contingentia.*



4 *Lineæ rectæ & apparentes ab extera parte, in ipſo monte aſcendentes, ſignificant conſecutionem rei optatæ, cũ gaudio & delectatione coitus: vnde etiam amicos aut vxores protendunt. Et ſi duplicatæ ſint in fine, rixa ſequitur, & ſi duplicatæ & in fine ſimul iunctæ, ſimul duas vxores aut amicas protendunt.*

5 *Lineæ cicatricibus ſimiles, non apertæ, ſed obſcuræ, leues, inordinatos, et fures demonſtrant.*


6 *Quædam linea in hoc digito obſcura & profunda, reſpiciens ad inferiorem partem ſui deſcendendo, vitioſum, furem demonſtrat: Et ſi talis linea reſpiciat ſuperius verſus medicum, ſi talis non furatur, verberabitur propter ſuſpicionem: & ſi talis linea ſit rotunda vel circularis aliquantulum, vtilem furem, ſed à furto abſtinentem oſtendit.*



Linea

7 *Linea valdè groſſa, ita quòd non videatur linea, ſed quædam inciſio, vel longa fouea ad radicem digiti, fatuum & furem oſtendit, idipſum indicarent duæ lineæ in modum crucis.*

8 *Linea in radice digiti, & altera ſe vlterius extendens ad ſecundam iuncturam, nobilitatem ingenij in diuerſis facultatibus applicati, præſertim quãdo turbiculum eſt clarum cum lineis nitidis.*

9  10 

9 *Quotquot erunt lineæ inter primam & ſecundam iuncturam huius digiti, tot erunt filij: ſi ſint tortuoſæ, filiæ: ſi impeditæ ſint, nullus erit filius, nec filia: Si erunt paruæ, non viuent: ſi longæ, permanebunt omnes.*

10 *Quotquot erunt lineæ inter auricularem & ſolarem, tot læſiones in manu magna denotant, ſcilicet quãdo ſunt in fine pulpæ: ſi circa principium digitorum, & ſimiliter in pede magno, quot ſunt lineæ inter medium & medicũ, regula eſt infallibilis.*

Abſolutiſsimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier Hannonij Libri tertij finis.

ABSO-

ABSOLVTISSIMAE CHYROMANTIAE IOANNIS TAISNIER HANnonij V. I. Doctoris, Poëtæ Laureati, Muſici excellentiſsimi, Liber quartus, in quo generalis linearum omnium deſcriptio, & earum ſignificationes inſeruntur Alphabeticis literis ad faciliorem diſtinctionem notatæ, in ſexaginta magis figuris.



A Menſalis àd medium ſiue ramis finiens, hominē in periculo mortis ſua negligentia laborantem notat.

B Naturalis flexa verſus menſalem, circa mediū, ſanguinis effuſionem cum vitæ periculo notat: Item, ſi ramum verſus menſalem protenderet, etiam periculum mortis ſubitaneæ notat.

C Lineæ aliquæ in menſali, ſub auriculari, notant renum paſsiones, aut matricis in muliere.

D Vitalis à naturali in angulo notabiliter diſtans, & ſpacium ſit ſine lineis, hominem notat crudelem.

E Linea hepatis diſtans à vitali, hominem ſtultū, prodigum, & mendacē.

F Lineæ extenſæ à radice medij, verſus menſalem, labores, afflictiones, & depreſsiones notant.


G Linulæ à radice indicis, verſus partem inferiorem, tot vulnera in capite notant: & ſi interciſæ fuerint, bonum clericale, aut à clericis habere.

H Triangulus in angulo ſiniſtro, interciſus ab vna linea, percuſsionem patris, aut matris notat.

I Figura quaſi ſemicircularis in monte annulari, hominem notat ingratum, & prædonem, & eò magis, quò auricularem aſpicit.

K Stella in monte manus, diuitias notat. L Crux in fine vitalis, ex quacunq; parte ſit, bonum finem notat: Si autē in principio, amiſsionē ſubſtantiæ aut dignitatis. M Linulæ rectæ aſcendētes à radice indicis, verſus montem, vulnera in capite, ſed ſi radicem attingant, aliter bona eccleſiaſtica notant.

A Vita-



A Vitalis angulum nõ conſtituens cum naturali, ſed diſiunctæ ſint, & iunctæ duabus lineis in modum crucis, notant hominem ſuæ liberalitatis pœnitere, eò quòd ſenſu deficiat: Et ſi fuerint interſectæ ab alÿs duab. inuidiari & opprimi notat ab inimicis magis aut minus, ſecundum proportionem.

B Signa confuſa & malè apparentia in monte auriculari, ſignificant proditorem, furem, falſificatorem, eò magis quò profundiora fuerint.

C Linea recta à menſali ad annularem, notat bonum ingenium: Si intercíſa, impedimentum, & eò magis, quò linea interſecans fuerit groſſior.

D Aliquæ lineæ in prima iunctura pollicis per tranſuerſum à dorſo ad inferius, ſignant parentelam magnam aut paruam, prout proportio linearum oſtendit, ſignant inceſtum.

E Linea euidens & clara in fine naturalis, diuidens eam in modum crucis, ſacrilegum notat.

F Menſalis diſcontinua, deficiente linea hepatis, aut malè apparente, impotentiam generandi notat, niſi habens fuerit naturæ ſanguineæ.

G Menſalis bifurcata verſus indicem & medium, ſignificat hominem duplici facie, & volubilem capite. Si autem rami ambo aſcenderint verſus indicem, notant labores & dolores.

H Linulæ ſemicirculares, infirmitatem renum, in mulieribus debilitatem fœtus.


I Lineæ in monte pollicis multum groſſæ & inordinatæ, ſignificant hominem ingratum.

K Lineæ ſemicircularis ſuper naturalem, litem eccleſiaſticam notant, aut cum eccleſiaſticis perſonis.

L Lineæ rectæ in tuberculo Veneris, tot Matrimonia notant: & ſi interciſæ ſint, vxorem non ducere, ſed clericari notant.

M Lineæ in monte medÿ, verſus partem inferiorem tendentes, & valdè interciſæ, & interruptæ, dolorem cholericum.

N Lineæ tortuoſæ in vltima iunctura digitorum, ſubmerſionem notant.



A Angulus ſupremus non coniunctus, vnitus autē duabus aut tribus lineis, hominē cum propinquis diſsidere, et fortè exulari, et ſi quædā earum interſecantur, exulari vulnerū aut occiſionis cauſa.

B Talia ſigna in auriculari, ſignificāt vulnera, inſtrumentis à longinquo offendentibus.

C Crux aliqualiter parua, & benèformata in monte indicis, ſignificat dignitatem: Si autem magna, aut nimium extēſa in ramis, ſignificat honorem artis: ſed linea ſicut ſtella, dignitatem cū magnis curis & laboribus cum periculo vitæ: conſideretur ſtatus et ars ferentis.

D Linea à concauo ad medium intrans per radicem in primam iuncturam, carceres notat, & ſi in fine nigra fuerit, tormenta patietur: ſi ad ſecundam iuncturam extendatur, vita priuabitur.

E Talia ſigna montem manus aſcendentia, ſubmerſionem minantur.

F Linea à brachio per montem pollicis in digitum tendens, ſignificat defraudari à parentibus: ſi ſubito ibi tetenderit, eò peius: & ſi plures fuerint, pluries decipietur.

G Lineæ in triāgulo vt ſtella, ſignificant hæredē domus ſuæ, & affinitatis.

H Angulus dexter longus in monte manus verſus raſcettam, ſubmerſionem notat.

I Naturalis inclinata aliqualiter in monte, verſus raſcettam, hominem honore dignum notat.

K Angulus ſiniſter non vnitus, debilitatem capitis ſignificat, & mentis leuitatem.


L Tale ſignum in triangulo ſtultitiam naturalem, in mulieribus autē laſciuiam maximam notat.

M Linea groſſa & longa inter auricularem & annularem, & inter medium & indicem, mortem ex partu indicat.

N Lineæ ordinatæ in monte auriculari, hominem expertum, & ad omnia idoneum notant.

O Menſalis elongata vltra mediatem indicis montis, hominem crudelem, & homicidiarium notat: & ſi fuerit ſine ramis, miſeram vitam finiet.

Menſa



A Menſalis diuiſa circa finem & diametraliter extendens ramum ad indicem, ſignificat amatorem puerorum, & ſi mulierum vſu præpoſtero, & ſi fuerit cum punctura rubra, continentiam dicit.

B Duæ lineæ per tranſuerſum, brachium ſcindentes, ſignificant bonum ex alterius morte, & ſi fuerint quatuor, vitam LXXX. annorum.

C Talis figura in menſali, in oppoſito auricularis, ſignificat amatorem puerorum, & etiam patientem, & ſi in pluribus locis inueniatur, inceſtum.

D Vitalis pluribus locis declinans verſus montem, veluti tortuoſa, ſignificat offenſionem ignis, aut rei ignitæ.

E Naturalis vnita in puncto cum vitali, ſignificat hominem ſtudioſum.

F Linea obtuſa, aut malè apparens, & rubra, ſecans lineam hepatis, ſignificat proximam infirmitatem.

G Figura circularis in fine naturalis, ſignificat amiſſionē vnius oculi in illa parte, in cuius manu reſpondenti reperitur: Si in vtraque manu reperiatur, vtriuſq; oculi priuationem notat.

H Talis figura in angulo ſupremo, notat hæreditatem cauſa mulierum.

I Linea à concauo tendens in medium, interciſa quibuſdam linulis, vulnera ſignificat: Si groſſa, in capite: ſi rubra, in pectore: ſi ſubtilis, in reliquis partib.

K Tale ſignum in monte auriculari, mulierem luxurioſam ſignificat, & proprij honoris negligentem.

L Linea ſemicircularis apud menſalem, ſignificat homicidiarium conſanguineorum.


M Linea aſcendens à monte manus, verſus brachium, hominem notat fidelem, & habere infideles amicos: ſimiliter ſi per montem verſus concauum inclinetur.

N Menſalis interciſa in oppoſito annularis, ſignificat tribulari per magnos magnates.

O Tale ſignum in monte indicis, ſignificat hominem pati perſecutiones per clericales perſonas.

P Quatuor lineæ æquè diſtantes à dorſo pollicis, montem ipſius intrantes, ſignificāt bonum ex bonis aliorū, et ſi in fine montis, in 1. ætate, ſi ad radicem digiti, in 2. Si tātum tres fuerint, minuitur ſignificatū, ſi tantū duæ, eo magis.


 Tale



A Tale ſignum in monte auricularis, ad primã iuncturã, laſciuiam notat.
B Angulus ſiniſter, largus et acutus verſus percuſsionẽ manus, ſubmerſionem notat.
C Vitalis bifurcata, verſus naturalem, ſignificat hominẽ fidelem, amabilem, & bonæ indolis.
D Menſalis diſcontinua in principio, & ſubtilis, vel cõtinua & groſſa verſus finẽ, terminansq; inter indicem & medium, ſignificat hominẽ ſuperari ab inimicis. Si autem fuerit groſſa in principio, & reliqua pars ſubtilis, contrarium notat: & ſi multum extenſa fuerit, vulnera notat.

E Ramuſculi à linea vitæ, verſus raſcettam, & montem manus, linulæ interſecantes ipſam vitalem, quotquot ſunt, totidem infirmitates erunt.
F Linea hepatis ſecans vitalem, verſus montem, longitudinem vitæ ſignificat, & hominem Martialem.
G Linulæ veluti ſtellæ in monte pollicis, in fine vitalis, ſignificant diffamationem, per mulieres tamen euadet.
H Stella in monte pollicis, infamiam notat ex habito deſideratoq; concubitu.
I Figura ſemicircularis in monte annulari, ſignificat homicidiarium propinquorum, hominem iniquum & aſtutum, multa pericula euaſurum.
K Linea à menſali verſus montem manus, ſignificat occiſorem patris, aut parentum, vel ſaltem percuſſorem.
L Linea à brachio montẽ manus aſcendens, carceres cauſa propria notat.
M Linea tortuoſa à naturali, circa angulum ſupremum ad indicem tendens, bilinguem, & murmuratorem notat.
N Tale ſignum in monte manus, ſignificat hominem occidi à proprijs parentibus, aut conſanguineis.
O Lineæ capillares in monte manus verſus percuſsionem, ſignificant congregationem nummorum.
P Sola linea in radice indicis verſus ſecundam iuncturam, ſignificat audaciam & animi probitatem.

Linea



A Linea vitalis emittens aliquos ramos verſus montem in fine, amiſſionē notat ſubſtantiæ: ſi autem fuerint in principio, diuitias notant: & ſi in principio ex vtraque parte, diuitias cum dignitatibus.

B Linea à brachio propè vitalē tendens, in monte pollicis, hominem oſtentat magnanimum.

C Lineæ à brachio, per raſcettam, ad palmam diſiunctæ in principio, in fine autem iunctæ, aut interciſæ, hominem notant in patria moriturum: & ſi multum interciſæ fuerint, erit fortè à caſu.

D Saturnina à brachio ad indicem, ſignificat longam peregrinationem: ſi autem tantùm apparuerit in principio & fine, ſignificat cauſam aut opinionem maximam, ſine effectu.

E Stella in monte annulari benè formata, ſignificat augmentum in melius amicorum gratia.

F Menſalis ad indicem ſine ramis perueniens, hominem infortunatum, & percuſſione moriturum ſignificat.

G Parua foſſula in menſali, in oppoſito auricularis, infirmitatum genitalium, & pediconem notat.

H Linea inter indicem & medium, ad montem auricularis, hominem crudelem, iram impetuoſam, ſed breuem.


I Linea à raſcetta ad auricularem per montem manus, murmuratorem, et ſuſurrum ſignificat: & ſi duæ fuerint, fortunatum cum prælatis oſtendunt.

K Linea ſemicircularis in angulo ſupremo, digitos reſpiciens, notat turbatorem propriæ domus.

L Puncta rubra, ordinata veluti acu formata in menſali, etiam ſolæ puncturæ ordinatæ, ſignificant continentiam ſi extra menſalem apparent: quia ſecùs non viderentur.

M Linea naturalis non exiens concauum manus, hominem auarum, & animo ruſticum notat.

N Lineæ capillares interſecantes lineā hepatis, ſignificant infirmitates hepatis vel ſtomachi.



A Vitalis groſſa in principio, hominem Martialem, & ſanguinis effuſorem notat.

B Lineæ intra vitalem & pollicem, à prima iũctura pollicis, quaſi à dorſo manus verſus vitalem, ſignificãt tempus quo quis Venerea exercere cœpit: & primo loco verſus vitalem, anni 5. vſq; ad tempus proportionis notantur.

C Tale ſignum in monte pollicis, ſignificat effuſorem ſanguinis propinquorum.

D Menſalis bifurcata, extendens ramum ad indicem, et alium ad pollicem, hominẽ fortunatum, liberalem, amabilem præſagit.

E Lineæ circulares in naturali, tot homicidia notant, atque ſunt: ſi non fuerint perfectæ, vulnera tantùm notant in prima, ſecunda, aut tertia ætate.

F Lineæ à brachio ad raſcettam non coniunctæ in fine, ſed ſe inuicem aſpicientes obliquè, ſignificãt habitaturum extra patriam, & fortê mori, & quo remotius à principio diſtent, eò remotius habitabit.

G Figura circularis circa vitalem, amiſſionem vnius oculi, ſi duæ, duorum notat.

H Linea à monte pollicis ſecans vitalem & naturalem, ad auricularem tendens, ſignificat mortem capitis vulnere aut percuſſione: & ſi fuerit flexa verſus montem, aut diſiuncta, aut valdè interciſa, liberabitur à morte.

I Lineæ tortuoſæ, à radice annularis, per montem ipſius, ſignificant vulnera in renibus.

K Rami aut curtæ lineæ, à vitali verſus concauum manus, ſignificãt hominem iracundum, & beſtialem.

L Puncta inordinata ſuper vitalem, ſignificãt hominem contentioſum, & mulierum ſanguinis fuſorem


M Talia ſigna in monte manus, ſubmerſionem notant.

N Lineæ rectæ in prima iunctura auricularis, tot filios indicant: ſi tortuoſæ ſint, filias.

O Duæ lineæ in monte manus, aut tres per longum, bonum euenturum poſt malum notant.

Lineæ

8



A Lineæ paruæ & claræ, interſecantes vitalis principium, quotquot ſunt, tot filios aut filias indicāt.
B Vitalis tortuoſa verſus naturalem, hominē deſignat luxurioſum, animique peruerſi.
C Linea quaſi cadens à monte pollicis, in fine vitalis, hominem iniquum & ſubdolum notat.
D Linea hepatis elongata verſus percuſsionem manus, breuem vitam notat.
E Naturalis groſſa, & profunda, & ſi linulæ quædam ipſam comitentur, hominem cum matre diſsidere, & forte ſequi ſanguinis effuſionem notat.
F Linea à concauo manus inter indicem & medium cadens, notat ex capitis vulnere mori: ſed ſi talis linea à vitali eſſet interciſa, à morte liberaretur.
G Lineæ rectæ à brachio ad naturalem, etiam ad vitalem, ſignificant peregrinationem cum lucro, aut nauigationem.
H Linea inter auricularem & annularem, à radice digitorum, notat vulnera in pede: ſi autem inter annularem, & medium, in brachio, & quandò ſuperius aſpicit, ſi ſit inter medium & indicem, humeros notat.
I Lineæ rectæ & integræ in prima iunctura annularis, bonitatem ingenij notant: ſi interciſæ fuerint, vulnera in coxis.
K Lineæ rectæ & groſſæ in monte medij, vitam quietam ſignificant: & ſi interciſæ fuerint, labores & anguſtias: ſimiliter ſi fuerint ſubtiles.
L Duæ aut tres lineæ à radice indicis vſque ad medium montis, ſignificant hominem fortunari cum magnatibus: & quanto ſunt longiores, tantò magnates erunt potentiores.

Linea



A Lineæ à brachio ad montem manus per raſcettã, ſignificãt nauigationes: & quando ſunt verſus concauũ, erunt cũ lucro: ſin aũt contrà, contrarium: & ſi multum extendantur per montem, ſignificãt in locis Maritimis moriturum.

B Linea deſcendens à brachio, ſcindens vitalem, amiſſionem charæ amicæ notat.

C Vitalis multum inclinata verſus montẽ manus, circa finem ad raſcettam, longitudinem vitæ commonſtrat.

D Soror vitalis pluribus in locis diuiſa, et duplicata, luxurioſum notat, & pediconẽ ſuimet: ſi autem tantum diuiſa fuerit, minuit malitiam.

E Linula apud angulum ſupremum, in principio vitalis, tangens vitalem & naturalem, hominem maleficiari, aut venenari, aut etiam ab animali venenoſo offendi.

F Tale ſignum in monte in dicis, vitã notat miſeram, & cerebrum debile.

G Linea à monte pollicis fortiter ipſum pollicem intrans, ſignificat inceſtum, aut ſolam voluntatem, id eſt, amorem.

H Binæ lineæ à radice annularis per montem ipſius, ſignificant hominem ſapientem, & honore dignum.

I Linea à radice auricularis verſus montem, hominem notat damna paſſurum ſuſpicione furti.

K Linulæ apud finem naturalis, ſignificant vulnera: & ſi coniunctæ ſint, ferro fient.

L Tale ſignum in monte manus, ſignificat effuſionem ſanguinis ſuorum conſanguineorum.


M Lineæ ſubtiles à monte ſcindentes vitalem, vulnera notant, aut percuſſiones in capite.

N Linea à monte pollicis ſcindens vitalem & naturalem vulnera fero infligenda à longinquo notat.

O Lineæ à radice indicis inferius inclinatæ, tot vulnera capitis oſtendunt, aut colli & melius. P Lineæ apud menſalem ex percuſſione manus aſcendentes, verſus montem, Podagram notant. Q Tale ſignum in prima iunctura auricularis, ſignificat furem, fatuum quoque.

Vitalis bi-

10



A Vitalis bifurcata verſus naturalem, ſignificat hominẽ fidelẽ, amabilẽ, & boni capitis.

B Linea à vitali ad naturalẽ, vulnere periculum mortis indicat: & ſi talis linea propè naturalẽ ramuſculos extẽdit, aut ſi bifurcata erit, vulnus à longinquo armis infligendum notat.

C Menſalis extendens ramos verſus naturalẽ, ſignificat hominẽ incredulum, & loquacẽ.

D Lineæ rectæ à menſali ad annularem, bonitatem ingenij indicant, & ſcientiarum indagatorem: ſi autẽ interciſæ fuerint, impedimentum notant: ſi autem linulæ peruenerint non ſcindentes, impedimentum erit nullum. E Lineæ longæ & profundæ à radice pollicis per montẽ verſus vitalem, tot vxores, aut earum loco amaſias, & viros pro mulieribus: & ſi interciſæ fuerint, ſignificant illos vel illas non veridicè amare, vel amari.

F Linea à radice auricularis ſecundam intrans iuncturam, & continua, bonitatem ingenij indicat.

G Lineæ deſcendentes à monte indicis, ad radicem medij, ſignificant infirmitatem febrilem acutam ex Cholera, et quanto acutiores fuerint in fine, tãtò peiorem notant.

H Lineæ inordinatæ in monte pollicis, ſignificant mendacem, luxurioſumquẽ.

I Lineæ à radice pollicis verſus indicem & vitalem, vaniglorioſum denotant.

K Crux parua ſub naturali in oppoſito medij aut annularis, breuem vitam notat, & eò magis quò profundior ſit.


L Linea à monte manus per raſcettam ad brachium, ſignificat hominem ſemper debitorem, & ligitioſum.

M Lineæ à percuſsione manus verſus montem concurrentes ex aduerſo, et in fine iunctæ, ſignificant caſum ex præcipitio, & quantò acutiorem angulum conſtituunt, tantò peius: & ſi quædam quaſi per medium angulum ſecuerit, iuuabitur.

N Tale ſignum in quadrangulo, ſanguinis notat effuſionem.

O Lineæ ſcindentes indicem per tranſuerſum, in prima iunctura à ſuperiori ad inferius, Cholericum notant.

II



A Menſalis reſpiciens medium á latere indicis, ſignificat hominem iuuari varia fortuna, adulatorem tamen eſſe, & á propinquis lædi, & decipi.

B Naturalis tortuoſa, & malè apparens, ſignificat offenſionē ab animali quadrupede.

C Binæ lineæ in monte annularis, & ſi altera illarũ interciſa ſit, mutationē ſtatus, & ſi melior fuerit interciſa, erit in pœnis: ſi autem peior, in melius, & maximè quando naturalis eſt bifurcata in fine, et non eſt inclinata verſus menſalem.

D Lineæ curtæ & groſſæ in prima iunctura auricularis, per transuerſum ad ſuperius, furem ſignificant, & hoc ſi quando á dorſo incipient in ipſum digitum hinc inde.

E Puncturæ in linea hepatis, ſignificant duritiem ventris et coſtarum.

F Soror vitalis in monte, integra & continua, luxuriam nefandam ſignificat, & diuitias.

G Binæ lineæ concurrentes, quaſi ex tranſuerſo circa percuſſionē manus, ſignificant ex improuiſo mori.

H Lineæ á monte indicis verſus medium, & ſi in fine ramos extendant, Apoplexiam notant.

I Tale ſignum in quadrangulo in fine naturalis, ſuperbiam & ambitionem notat, & hominem iniquum.

K Vitalis bifurcata in fine, ſignificat hominem ambulaturum duo climata antequam bonum habeat: & ſi trifurcata, tria climata, & fortè poſt annos triginta.

L Tale ſignum in triangulo, ſignificat hæreditatem.


M Tale ſignum ſupra dorſum pollicis, ſignificat ſubmerſionem.

N Linea velut ſtella in dorſo pollicis, ſignificat bonum cauſa mulierum, citius aut tardius, ſecundum diuiſionem ipſius digiti & ſi in monte in fine, in prima ætate, ſi verſus pollicem, in ſecunda, ſi in ipſo, in tertia.

O Lineæ ſcindentes radicem medij, ſignificant hominem bellicoſum.

P Linea ſemicircularis in prima iunctura annularis, ſignificat hominem infelicem, & peſſimum debitorem.

12



A Naturalis terminata in concauo manus, & vnita vitali in oppoſito medij, hominem notat peſſimæ vitæ.

B Menſalis bifurcata in fine, auarum, & in iuuentute mori & ſi pars vadat ad indicē, alterq; ramus tendat inter indicem et medium, ſignificat ſufficientiam victus, & vitam quietam, celebremq́ue.

C Linea hepatis multum à vitali in angulo diſtans, hominē notat loquacē, et debilē capite.

D Lineæ per tranſuerſum et in fine iunctæ, in prima iūctura pollicis, carcerē ſignificāt, magis aut minus ſecundum earum longitudinē ac breuitatē.

E Lineæ ſubtiles et inordinatæ in monte Saturni, labores et afflictiōes ſignificant. F Linea a radice medij in montem annularis, et tortuoſa, fatuum, & præſumptuoſum ſignificat. G Linea circundans pollicē, in ſecunda iunctura, ſi integra fuerit, hominem decapitari, aut ſuſpendi notat. H Linea tortuoſa ab angulo ſuperiori verſus indicem, hominem ſignificat furibundum, et bellicoſum, & lingua ſua offendi. I Linea inter auricularē & annularem, elongata verſus menſalem, & pulchra, ſignificat hominē magnanimū, et quò pulchrior, tanto magis: & ſi fuerit verſus annularem, ſignificat fortunatum, amicorum cauſa: ſi autem verſus auricularem, gratia virtutum ſuarum.

K Binæ lineæ ſcindentes menſalem circa percuſſionem, mortē violentam notant, ſi ſunt profundæ. L Linea à quadrangulo ſcindens menſalē aſcendendo, ſignificat hominem vulnerari propter ſubſtantiam ſuam: & ſi in fine linula ſcindat ipſam velut crux, occidetur eadem de cauſa. M Linea ſemicircularis in monte auricularis, mortem ſubitam ſignificat: ſi quando parua eſt, & profunda. N Linea in quadrangulo velut ſtella, liberalem & fidelem ſignificat: & ſi pauper eſt, ditabitur: caueat tamen à mulieribus, quia ab eis offendetur. O Crux magna inter menſalem & naturalem, ſignificat labores, & dolores cauſa honoris ſui ſine vituperatione: & ſi propè ſint quædā cruces paruæ aut magnæ, morietur in reputatione: et ſi talis crux magna fuerit quaſi duplicata, talis quicquid egerit, erit ad vanam gloriam. P Linulæ à radice indicis ad montem, et interciſæ, vulnera in capite notant: ſi integræ ſint, ab eccleſiaſticis perſonis bonum ſignificant. Q Linea propè vitalem in fine ipſius, & quaſi cadens aliquantulum, ſignificat hominem malæ ſpei, & timidum.



A Menſalis in monte indicis recta & ſubtilis, damnũ ſubſtantiæ notat: ſi autem eſſet groſſa aut profunda in principio, reſtaurationem ſignificat, & fortè magis.

B Angulus ſupremus diſiunctus aliqualiter, & ſi linula deſcendens tangat vtramq; lineam, ſcilicet naturalem & vitalem, quaſi ſe illis iungendo ſignificat hominem venenari aut maleficiari, & fortè percuſsione mori.

C Linulæ à naturali ad menſalem ſignificant hominē morigeratum, & bonæ conſcientiæ.

D Linea à vitali ſecās menſalem, ſignificat hominem decapitari, aut ſuſpendi culpa ſua.

E Linea à menſali ad indicem, & ſi alia ab angulo ſupremo, & in fine coniungatur, mortem ſubitam notat.

F Linea hepatis bifurcata verſus raſcettam, ſignificat mortem violentam ex culpa ſua ſi interſecat naturalem aut contrario modo bifurcata.

G Crux ſuper menſalem in oppoſito annularis, vel propè, labores et peregrinationes notat.

H Linea ſubtilis in monte auricularis, ſignificat auarũ, hominemq́ue aliorum ſceleribus conſentientem, & in iuuenculis virginitatem.


I Linea oriens inter auricularem & annularem, montem annularis ſcindens, hominem crepatum iri, & eò magis quò ramuſculos emiſerit, & dolorem Cholericum.

K Linulæ à radice medij, ad montem inferius tendentes, ſignificant vulnerari in pectore.

L Linea ſemicircularis in monte manus concauum reſpiciens, mortem ſubitam ſignificat.

M Linea à radice auricularis ad tertiam iuncturam ſignificat inueſtigatorem ſcientiarum inſcrutabilium, & in Chimæris, & phantaſticis exercitijs ſollicitum.

14



A Linea ſemicrcularis in quacunque iunctura auricularis, augulo ſupremo non coniuncto, ſignificat hominem decapitari & ſuſpendi ob ſcelera.

B Lineæ aſcendentes immediatè à brachio ad pollicem, ſignificant hominem facilè quæque peragere.

C Linea à brachio per montem verſus concauum ad auricularem, ſignificat bonum ex infortunio & à caſu.

D Lineæ curtæ à raſcetta ad percuſsionem, ſignificant peregrinationes longas, & breues pro proportione linearum.

E Vitalis groſſa in concauo manus, hominem rudem ſignificat.

F Vitalis bifurcata verſus indicem, hominem bizarrum et volubilem capite arguit.

G Lineæ concomitantes naturalem, ſagacem notant.

H Naturalis bifurcata in fine, ſignificat hominem ſimulatorem vitæ ſuæ, quamuis ſit malus & citrini coloris.

I Menſalis diſcontinua in principio, & pluribus lineis capillaribus formata, frigiditatem naturæ oſtendit, & malam complexionem.

K Tale ſignū in quadrangulo, ſignificat diuitias in ſecunda aut tertia ætate, ſecundum proportionem diuiſionis quandranguli, & hoc quaſi ſubitò.

L. Linea vt crux, cuius alter ramus ab alia linea ſecatur, ſubmerſionem notat

M Lineæ ſic interſecatæ in angulo ſupremo, ſignificant hominem diſcordem, cuius loquacitatem ſequitur ſanguinis effuſio.

N Lineæ à naturali verſus indicem, ex angulo ſupremo, ſignificant hominem liberalem & fidelem.

O Tale ſignum in triangulo verſus angulum dextrum, imprægnationem maſculi ſignificat: & ſi interciſum ſit, abortum notat.

P Linea ſuper vitalem in principio verſus angulum ſupremum, quaſi vnita ipſi naturali tanquam eſſet initium vitalis, extenſa aliqualiter per montē pollicis, ſignificat hominem inſtabilem & infidelem.

15



A Menſalis finiens inter indicem & medium, & ſi Saturnina ei in fine coniungitur, ſignificat infirmitatem in partu, & vulnera mammillarum.

B Vitalis longa, & naturalis breuis, longitudinem vitæ quidem ſignificat, ſed fatuitatem naturalem, extra patriam moriturum, & multa proponere, & nulla perficere, loquacem, infidelem, & nullius memoriæ hominem

C Lineæ plurimæ à fine mẽſalis ad indicem, mortem ſubitam ſignificant

D Tale ſignum in triangulo, homicidiarium, & ſanguinolentum notat.

E Linulæ apud menſalem in principio, ſignificant infirmitatem in prima ætate: ſi in medio, in ſecunda: ſi in fine, in tertia.

F Lineæ ab annulari in monte curtæ & groſſæ, furem & mendacem ſignificant: Si autem à menſali in monte, ſignificant vulnera in brachio magno.

G Figura circularis in quadrangulo, perfectionem ſcientiæ ſignificat, & morigeratum: & ſi non integra, aliqualem ſcientiam notat: & ſi triangulus adſit, minuitur perfectio ſcientiæ: Si autem trianguli eſſent partes, augetur: ſimiliter ſi duo trianguli oppoſiti aut conus ſuper conum.

H Tuberculum Veneris eleuatum, & ſi ab eo lineæ directè vadant ad indicem, ſignificat amatorem vxorum alienarum magis, quàm propriæ.

I Linea in triangulo, ſecans vitalem & naturalem, ſignificat hominem refrenatum in paßionibus ſuis.

K Lineæ à radice pollicis ad raſcettam, ſignificant hominem ſollicitum pecunijs, nec operis faſtidiri.

L Binæ lineæ à menſali ad annularem, bonitatem ingenij notant: Si autem intercıſæ, impedimentum notant: & ſi interſecantes fuerint großiores, totaliter penè deſtruetur.

M Lineæ inter auricularem & annularem ad montem ipſius annularis rectæ & ſubtiles, hominem ſapientem ſignificant: Si autem eſſent groſſæ, vulnera in renibus notant.

N Lineæ ſcindentes vitalem à pollice, peregrinationem ſignificant.

Vitalis

16



A Vitalis tumida inter pollicem & indicem in principio ſui, ſignificat impurum & iniquum eſſe.

B Naturalis bifurcata in fine verſus menſalem, hominem iniquum, fatuum, & debilem capite notat.

C Puncta inordinata in naturali, ſignificant offuſcationē phantaſiæ, et debilitatem cerebri: et ſi in principio, in prima ætate, ſi in medio, in ſecunda, ſi in fine, in tertia, ſi in vtraque, in toto tempore vitæ ſuæ.

D Crux parua in angulo ſupremo perſecutiões ſignificat.

E Linulæ à naturali ad menſalem, hominem virtuoſum et fidelem notant.

F Linea à menſali ad mediū, et ſi attingat, ſignificat preſſuras & anguſtias: & ſi lineæ plures fuerint, vincula & carceres, & ſi nigræ, cum tormentis.

G Linea ſcindens pollicem per transuerſum in ſecunda iunctura & integra, ſignificat hominem decapitari, aut ſuſpendi.

H Menſalis intrans indicem per directum, hominem probrum, & honore dignum notat. I Soror vitalis diſcendens ad medium & tortuoſa, grauem infirmitatem notat. K Menſalis groſſa & rubra, & alijs tribus lineis principalibus non proportionatis, ſignificat offenſionem capitis, & pectoris. & glandulæ infirmitatem.

L Linea aliqualiter tortuoſa à brachio per raſcettā & montem ad percuſſionem manus, ſignificat carcerem, & fortè perpetua libertate priuari.


M Puncturæ rubræ & inordinatæ in menſali, ſignificant infirmitatem genitalium.

N Puncturæ in radice auricularis, ſignificant mulierem luxurioſam, & proprij honoris negligentem.

O Tuberculum indicis & pollicis interſecatum, ſignificat amatorem Amaſiæ clericorum, aut meretricum, vel concubinā alicuius eccleſiaſtici diligere.

P Sola linea per longum in iuncturis quatuor digitorum, mortem ſubitam notat.

Q Menſalis bifurcata in principio quomodocunque ſit, inimicitiam ſignificat, & eò magis, quo rami fuerint diſtantes ad inuicem.



A Vitalis diuiſa, vt apparet, ſignificat hominem eo tempore moriturũ, quo linea diuiſa erit. Si ſoror vitalis diuiſionem reparet, liberationem à morte notat.

B Linea à naturali ad auricularem, hominem verecundum notat.

C Linulæ ſcindentes naturalem, ſignificant falſarium monetæ.

D Naturalis interſecans vitalem in angulo, & ſi linula deſcendens ſcindat ambas, hominem venerari aut maleficiari notat.

E Angulus ſiniſter, rectus, bonitatem intellectus arguit & longitudinem vitæ.

F Crux in angulo dextro, quomodocunque fit, bonum finem indicat, & eò fortiùs, quò melius formata eſt.

G Linea à menſali ad medium montis medij bonam fortunam ſignificat.

H Linulæ à radice medij ad montem, vulnera in pectore ſignificant.

I Linea recta à raſcetta ad vitalem circa finem ipſius vitalis, ſignificat parentes eius cauſa ipſius bonum habituros.

K Naturalis directè ſcindens palmam, breuitatem vitæ ſignificat: & ſi aliqualiter flectatur profunda verſus raſcettam, ſenectutem laborioſam oſtendit.

L Foſſula in menſali in oppoſito annularis, infirmitatem renum ſignificat.

M Linea integra & recta in prima iunctura digitorum, per tranſuerſum ſecans illos, ſubmerſionem ſignificat.

N Linea per montem manus ad naturalem, ſcindens lineam hepatis, ita vt ex his conſtituatur triangulus, ſignificat hominem Necromanticis delectari aut Alchimicis, & Chyromantia, Phyſiognomia, & Geomantia.


O Linea ſcindens auricularem, à radice ad tertiam iuncturam, ſignificat hominem in diuerſis ſcientijs expertum.

P Soror menſalis, quantò longior, tantò magis hominem maleficum oſtendit.

Q Linulæ in monte auricularis apud radicem, tot filios notant: ſi flexæ aut curtæ, aut deletæ, mortuos, vel breui morituros: & hæc eſt vera regula.

Natu-

18



V Naturalis in angulo ſupremo, diſtans à vitali, et extenſa ſuperius, ſignificat hominem periclitari in prælio, & offendi à quadrupede.

B Lineæ ſubtiles in medio montis medij, ſignificant hominem pigrum, per longum extenſæ, & raræ.

C Saturnina ſcindens menſalem verſus mediũ, et ſi naturalis ſit breuis, ſignificat hominem auarum, iniquum, & tantò magis, quò extendatur ad medium.

D Foſſula in menſali ſub annulari, & ſi linulæ ab ea verſus annularem, aſcendant, ſignificat infirmitatem matricis et veſicæ.

E Angulus ſupremus diſiunctus, & ſi duæ lineæ in medio ſpacio ſe inuicẽ interſecant a ſuperiori, ſignificat hominem ebrioſum.

F Foſſula in radice indicis, aut puncturæ, ſignificat ſpurios: & ſi ſuperius fuerint, erunt filij: ſi inferius, filiæ.

G Linea à vitali ad annularem ſignificat futurum bonum poſt annos 30.

H Lineæ in concauo curtæ & groſſæ ſecantes naturalem, vel circa, ſignificant cum matre iraſci. Si autem ſubtiles & longæ verſus menſalem, ſignificant hominem verecundum & morigeratum.

I Linea in prima iunctura digitorum ſola & interciſa, ſignificat infirmitatem incurabilem.

K Linea hepatis finiens in concauo, & non coniuncta vitali in angulo, ſignificat extra patriam mori.

L Lineæ interſecatæ, vel ſcala in monte indicis, infirmitatem ſignificat grauem.

M Plures lineæ in monte pollicis ſe inuicem interſecantes, ſignificant hæreditatem futuram.

N Lineæ groſſæ aut profundæ à naturali ad menſalem, toties in manus inimicorum cadere ſignificant, & etiam incarcerari.

O Linea à raſcetta ad auricularem & interciſa, ſignificat damnum cauſa mulierum.

P Lineæ interſecatæ velut cruces in angulo ſupremo, pſecutiones minãtur.

19



A Linea hepatis non terminata in angulo ſiniſtro cū naturali, ſed finiens verſus medium, ſignificat in phthiſim peruenire, præſertim quanda ad indicem aſcenderet, id quoq; ſignificaret eſſe fatuum & ebrioſum.

B Naturalis ſcindens palmam verſus percuſſionem eleuatam verſus raſcettam & diſiuncta, ſignificat paupertatem in ſenectute.

C Lineæ in prima iunctura digitorum, & vna ſola in ſecunda, ſignificant amiſſionem vnius oculi.

D Menſalis bifurcata & ſi ramus ad indicem, alter ad medium tendat, ſignificat euaſionem ab inimicis, & hominem ſollicitum in diuitijs.

E Binæ lineæ ſcindentes naturalem, & in fine iunctæ, turbationem cum matre & cum affinibus matris, matremq́ue prius mori.

F Linea parua tortuoſa in raſcetta, infirmitatem grauem notat.

G Linulæ prope vitalem in angulo ſupremo, quibus crux adiecta eſt, ſignificant amiſſionem dignitatis & ſubſtantiæ.

H Lineæ per concauum manus & montem, hominem perfidum & iniquum ſignificant.

I Binæ lineæ in monte pollicis circa finem vitalis, per longum aut transuerſum, ſignificant priùs matrem mori.

K Linulæ à radice annularis ad auricularem, infirmitatem renum ſignificant, & quando multum inclinantur in auriculari, vulnera in genibus dicunt.

L Lineæ ab inferiori parte pollicis aſcendentes, ſumerſionem ſignificant.


M Lineæ vt ſtella in monte manus, hæreditatem ſignificant: notetur proportio commenſurationis.

N Linea recta inter pollicem & indicem, & in fine interciſa, hæreditatem ſignificat.

O Triangulus in monte manus, hæreditatem ſignat.

Linea

20



A Linea à menſali inter indicem & medium, ſignificat mortem ex vulnere, & ſi talis fuerit groſſa, erit percuſſio in capite.

B Naturalis groſſa ſtultitiam naturalem ſignificat, & eò amplius, quò fuerit alijs improportionata.

C Binæ lineæ à naturali ad menſalem, & in fine coniunctæ, bonum ab eccleſiaſticis notant.

D Crux in quadrangulo, et linulæ apud ipſum, ſignificat hominem exulari à patria, et fortè meritò.

E Linea hepatis non attingẽs naturalem, ſignificat infidelem, & debilem capite. F Triangulus valdè acutus, & ſine baſi in quadrangulo, ſignificat domeſticos & familiares ſibi inimicos: magis autem ſi baſim habuerit.

G Lineæ tortuoſæ ab inferiore parte montis auricularis, in ipſum auricularem, ſignificant hominem fore clericum, aut vxorem non ducere, & lenonis officium exercere, etiam infortunium in cruribus.

H Linea à digitis ad vitalem, ſignificat miſera morte perire.

I Linea quaſi ſemicircularis à menſali ad medium, carceres notat.

K Linulæ interſecatæ ſupra naturalem, litigium ſignificant, marito aut è contrà, vxori fidem negare.

L Linea apud vitalem, & aliqualiter per montem pollicis extenſa, luxuriam nefandam ſignificat.


M Linea ſemicircularis, verſus finem montis pollicis, ſignificat offenſionem oculorum igne aut ferro.

N Lineæ ſemicirculares in fine vitalis, ſignificant offenſionem oculorum.

O Foſſula in radice annularis, ſignificat infirmitatem oculorum, imò percuſſionem, & quo fuerit profundior foſſula, eò peius ſignificat.

A Plures lineæ arcuales in prima iunctura pollicis verſus dorſum, ſignificant ſuffocationem catarro, aut ſchynantia, hoc idem ſignificat, ſi ſola ſit et profunda, eoq́ue fortius, quò magis verſus dorſum aſcendit.

21



A Menſalis ad naturalem aſcendens, aut ramum extendens, ſignificat bilinguem, mendacem, adulatorem.

B Naturalis malè formata, & pluribus lineis continuata, ſignificat dolorem membrorum in mutatione temporum humidi aut pluuioſi.

C Linea ſemicircularis in tuberculo Veneris, ſignificat meretricem in vxorem ducere.

D Linea recta à menſali ad auricularem, et ſubtilis, legalitatem ſignificat, in muliere caſtitatem.

E Menſalis inter annularem & medium groſſa & profunda, ſignificat labores & afflictiones: ſi autem ſubtilis, minuuntur ſignificata.

F Quadrangulus in angulo ſiniſtro, ſuſpenſionem notat.

G Lineæ ſemicirculares in prima iunctura annularis, ſignificant morſum ab animali quadrupede.

H Linea ſemicircularis in quadrangulo reſpiciens ad ſuperius, ſignificat caſum ab alto.

I Lineæ apud naturalem verſus menſalem, ſignificant vulnera in tibijs.

K Binæ lineæ in monte annularis & iunctæ in angulo, ſignificant caſum ab alto.

L Triangulus in quadrangulo apud menſalem, ſignificat offenſionem à quadrupede.

M Lineæ per longum in monte pollicis ad indicem tendentes verſus dorſum, ſignificant offenſionem ignis: ſimiliter ſi deſcenderent verſus angulum ſupremum.

N Linea capillaris ſcindens naturalem, vulnera ſignificat: ſi in principio erit, in capite.

O Lineæ prope menſalem per longum in percuſſione, ſignificant offenſionem ab animali quadrupede.

P Triangulus prope vitalem in principio, ſignificat amiſſionē dignitatis.

Q Linea arcualis inter medium & indicem oriens, & inclinata in monte medij, carcerem ſignificat: ſi autem aſcenderet verſus menſalem, aut interſecaretur ab alia linea, euaſionem talis periculi oſtendit.

22



*A Naturalis diſperſa in fi-
ne, aut male apparens, ſigni-
ficat infirmitates diminutio-
nemq́ue ſubſtantiæ.*

*B Linea tortuoſa ſcindens
vitalem, ſignificat paſsiones
in toto corpore, & forte mor
bum gallicum.*

*C Saturnina ad medium
tortuoſa, ſignificat afflictio-
nes & carceres ſi digitum at
tigerit.*

*D Tales lineæ interſecatæ
ſuper vitalem, ſignificant ca
ſum à quadrupede, et quantò
breuiores, eò peius.*

*E Menſalis finiens inter in-
dicem & medium, ſignificat
hominem ſine curis, aliosq́ue
pro eo lucrari.* *F Lineæ ſe inuicem interſecantes veluti duo trianguli in-
terciſi in quadrangulo prope menſalem, ſignificant offenſionem ignis aut
rei ignitæ, & in ſe, aut ſua ſubſtantia.*

*G Lineæ vt crux in angulo dextro vel circa, & ſi ſit linea ſecans duos ra
mos ipſius crucis, impurum notant*

*H Foſſulæ vel lineæ confuſæ in manus monte, veluti foſſula rotunda, luxu
riam nefandam ſignificant, & concubinam clerici: in muliere amatricem ſe-
cretæ perſonæ.*

*I Sola linea in prima aut ſecunda iunctura digitorum, ſignificat infirmita-
tem longiſsimam & incurabilem, & fortè morbum gallicum.*


*K Linea ſcindens menſalem, aut ſubſedens, ſignificat hominem diuerſas
prouincias peragrare, ſuoque tantùm capiti obedire, & parentes parui face-
re: hoc de naturali etiam aliquando contingit.*

*L Linulæ breues in radice auricularis ad iuncturam, ſignificant aborti-
uos, maximè ſi interciſæ ſint.*

*M Linea à monte indicis verſus radicem medij, ſignificat mortem ex fe-
bre acuta, & eò magis repentina, quantò acutior ſit verſus radicem medij.*

*N Lineæ rectæ in monte auricularis, & profundæ, ab inferiori parte per
montem aſcendentes, tot vxores ſignificant, aut æquiualentes vxoribus: Si
aũt omninò interciſæ ſunt, clericus erit, aut innuptus et ſi fortiter interciſæ
fuerint in monte, vir prius morietur. ſi autem verſus dorſum, mulier, & è
conuersò, in viro ſi bifurcata, clericus erit.*

O Linea à radice pollicis ad naturalem, vulnera et percuſsiones ſignificat.



A Naturalis tortuoſa, ſignificat offenſionem à quadru pede.

B Menſalis aliquantulum tortuoſa verſus triangulum, ſignificat hominem iuſtum.

C Linea inter indicem & medium aſcendens ad naturalem, ſignificat vulnere hominem moriturum, et ſi ſecatur à menſali, liberabitur, & non morietur.

D Angulus ſupremus in concauo ſituatus, ſignificat carcerem inimicis id procurantibus.

E Linulæ in ſecunda iunctura auricularis rectæ, tot filios: flexæ, tot filias, ſed aliquando fallit hæc regula.

F Plurimæ lineæ in monte auricularis rectæ ſignificant amatorem nobilium perſonarum, flexæ, ignobilium.

G Linea à monte manus ad menſalem, tot inimicos mortales ſignificat.

H Tale ſignnm in monte pollicis, infirmitatem ſignificat.

I Tale ſignum apud vnguem pollicis, leproſum notat, furem, adulterum.

K Aliquæ linulæ angulares prope ſecundam iuncturam pollicis, ſignificant materiam cattharialem, ſiue infirmitatem.

L Lineæ ſcindentes indicem in prima iunctura per tranſuerſum, maiorque pars ſit inferius, verſus medium, ſignificant hominem phlegmaticum, et ſuas conditiones, ſcilicet phantaſticum.

M Lineæ tortuoſæ in prima iunctura medij, ſignificant omnia ſemper homini contrariari.

N Vna linea inter indicem & pollicem, à ſuperiori verſus indicem deſcendens ad naturalem, ſuſpenſionem ſignificat.

O Linea veluti circularis in quadrangulo, infirmitatem genitalium ſignificat, & ſi eſt integra circularis, offenſionem à quadrupede: ſi autem talis eſſet malè apparens, occidetur.

P Saturnina recta ad naturalem, longam vitam notat.

Q Foſſula in naturali apud angulum ſupremum, ſignificat debilitatem oculorum, & eo magis, quo aliquæ lineæ aſcendant ab ipſa verſus menſalem.

Natu-



24

A Naturalis ramuſculoſa in fine, luxuriam nefandam notat.

B Angulus ſupremus nō coniunctus, & duæ lineæ ſcindentes vitalem, et naturalem non attingāt, ſignificat potatorem et comeſtorem, ebrium & guloſum.

C Menſalis reſpiciens naturalem in fine, & quaſi ipſam ſcindens, ſignificat hominem periculum mortis euadere: & ſi ſciderit naturalem, non euadet.

D Lineæ ſcindentes mēſalē in principio, per tranſuerſum, amicos, & beneuolos ſignificant.

E Linea ab indice ad medium annularis, excellentiam ingenij notat.

F Tale ſignum in angulo ſiniſtro, ſuſpenſionem notat.

G Lineæ in percuſsione talem figuram facientes, ſubmerſionem notant.

H Linea curta & groſſa ad radicem auricularis, furem notat.

I Lineæ in triangulo ſic interſecatæ, virginitatem ſignificant.

K Lineæ in monte pollicis verſus vitalem & rectæ, tot matrimonia oſtendunt, vel amicas aut amicos pro mulieribus.

L Lineæ tortuoſæ in prima iunctura annularis, ſignificant morſum ab animali quadrupede.

M Linea breuis & profunda ſcindens naturalem, ſignificat vulnera in renibus.

N Linulæ à radice annularis breues, & groſſæ, ſignificāt vulnera renum.

O Lineæ veluti ſemicirculares in vitali, ex vtraque parte ſimul iunctæ, ſignificant vulnera circa cor: percuſsiones etiam.

P Lineæ in ſecunda iunctura auricularis, & profundæ, vulnera in tibijs ſignificant ſi interciſæ fuerint.

Q Linea in monte pollicis vitalem ſcindens in fine verſus raſcettam, caſum ab alto ſignificat.

C Linea auricualis ex vtraque parte ſecundæ iuncturæ pollicis, dorſum pollicis reſpiciens, ſuſpenſionem ſignificat, quando ſimul iungitur in vtraq; parte digiti.

Mortem

25



A Mortem fluxu ſanguinis notat linea in monte indicis deſcendens ad menſalem.

B Linea à radice annularis, mutationem vitæ, & ſtatus præſagit.

C Hepatis linea ramuſculos tendens in finem, opilationem hepatis, hydropeſimque notat.

D Flexæ ſcindentes naturalem, tot infirmitates notant.

E Saturnina tortuoſa in concauo manus, infirmitatem notat, & offuſcationem capitis.

F Menſalis obſeſſa à duabus ſemicircularibus in principio, genitalium notat infirmitatem.

G Lineæ per tranſuerſum interſecatæ inter indicem & pollicem, offenſionem ignis, aut rei ignitæ, et huiuſmodi ſunt ſuper angulum ſupremũ, & quantò magis accedunt verſus montem, eò magis oſtendunt tales paſſiones in proceſſu temporis: ſi autem è contrario, contrarium notant.

H Linea à radice pollicis verſus indicem, quaſi decurrens per ipſam radicem, ſed inclinata aliqualiter in monte, luxuriam nefandam notat, & etiam patientem hominem, & per ſeipſum.

I Linea groſſa ſcindens pollicem per tranſuerſum in prima iunctura, hominem decapitari, aut ſuſpendi notat.


K Lineæ ſcindentes montem manus quomodocunque, & crux parua illis adhærens, hominem rudem & ineptum notant.

L Angulus ſupremus acutus valdè, rudem, ſed fidelem, ſecretum & timidum hominem notat

M Binæ lineæ in iunctura quatuor digitorum, veridicum hominem dicunt.


N Binæ lineæ in ſecunda iunctura pollicis per tranſuerſum, hominem ad ſupendium inuitant.

Linea ve-



A Linea veniens à ſuperiori parte montis indicis ad naturalem, febrem acutam, et in fine acutior, plus notat.
B Menſalis non directè, ſed gradatim aſcendendo ad indicem, ſignificat ad honorem peruenturum paulatim, ſed cum labore: ſi autem ramus ſubitò aſcenderet indicem, ſubitò perueniret.
C Quadrangulus longus & ſtrictus, inimicitiam, diſcordiam, & inuidiam notat.
D Augulus ſupremus, nec rectus, nec acutus, ſublimitatem honoris indicat.
E Lineæ interſecantes triangulum verſus ſupremum augulum, ſignificant bonum poſt malum.
F Linea à vitali aut raſcetta in monte auriculari, longitudinem vitæ præſagit.
G Linea à raſcetta tortuoſa ad vitalem, infirmitatem notat.
H Naturalis interciſa pluribus lineis in oppoſito annularis, aut medij, breuem vitam notat hominis. Notetur vitalis.
I Menſalis ramuſculoſa in principio, aut pluribus lineis interciſa, genitalium notat infirmitatem, & ſi alia linea illos ramuſculos ſciderit, etiam in membro erit.
K Lineæ interciſæ ad modum ſcalæ in monte Saturni, notant febrē quartanam diuturnam, & diu in carcere manſurum. Conſideretur vitalis.
L Lineæ per transuerſum inter auricularem & annularem ad radices eorum, vulnera genuum notant.
M Linea vel lineæ fortiter aſcendentes verſus dorſum in prima iunctura pollicis, ſubmerſionem notant.
N Linea curta & groſſa in ſecunda iunctura medij, quomodocunque ſit, aut transuerſalis, aut per longum, venerari notat, aut fatuari, aut ab animali veneno ſo offendi.
O Binæ lineæ aliquo modo ſimul iunctæ, apud vnguem pollicis, hominem notant infidelem.
P Lineæ interciſæ ad modum craticulæ in monte pollicis, ſignificant luxuriam ſupra modum.

27



A Linea in monte indicis à ſuperiori ad naturalem, & in fine ramuſculoſa, ſignificat Apoplexiam & mortem ſubitam.

B Angulus ſupremus quaſi rectus, longam vitam annuit.

C Naturalis ramuſculoſa in principio aſcendendo, notat fidelitatem & inimicis dominari: ſi autem rami flectantur verſus palmam, ſignificat lunaticum & luxurioſum.

D Menſalis terminata ad mediũ et non inclinata, vagabundum notat hominem & exulari.

E Lineæ breues loco lineæ hepatis, breuem vitam notant.

F Linulæ breues ſcindentes menſalem, debilitatem ſtomachi exponuut.

G Saturnina capillaris in concauo, infirmitatem præſumit.

H Linulæ à menſali ad quadrangulum verſus finem naturalis, fluxum notant ventris.

I Lineæ in prima iunctura indicis per transuerſum ſcindentes, naturam notant cholericam.

K Binæ lineæ à menſali ad radicem indicis, mortem ſubitam minantur.


L Linea ſcindens augulum ſupremum, et ſi maior pars ipſius ſit verſus mẽſalem, offenſionem ignis notat & fortè mortem.

M Naturalis bifurcata in fine, & rami multum extenſi, ſignificat debilitatem capitis, & eò magis, quò rami illi ex tali extenſione reflectantur verſus palmam, & talis facillimè in ſtultitiam perueniret: ſignificat etiam primo modo hominem aliquantum bizarrum, & phantaſticum: & ſi rami fuerint interciſi, debilitatur effectus.

N Binæ lineæ aut tres apud vnguem pollicis, fidelitatem notant.

O Binæ ſic interſecatæ in monte pollicis, luxuriam ſupra modum, ſignificant.

Linea



28

A Linea naturalis, vitalis, & menſalis ſimul formantes angulum ſupremum, ſignificant in tanto periculo fore, quod talis vellet ſe in mundo non eſſe, & hoc propter ceruicem ſuam duriſsimam.

B Soror menſalis aliquantulum extenſa, potentiam caloris naturalis, imò excedentiam & hominem malignum oſtendit, & eò peius, quò magis ſit verſus montem Veneris.

C Saturnina à raſcetta ad medium, ſignificat melancholicum & bizarrum, præſertim, ſi in principio flectatur ad vitalem, & ſi aliqualiter tortuoſa verſus ipſam fuerit.

D Lineæ à monte indicis ad radicem ipſius, vulnera in capite ſignificant, quando ſcilicet ſunt circa radicem.

E Lineæ à radice pollicis verſus vitalem & ſimul iunctæ in fine, offenſionem ignis notant.

F Linea ſubtilis & recta à menſali ad auricularem, ſignificat hominem liberalem: Si autem groſſa, & tortuoſa, auarum ſignificat, in muliere luxuriam præſagit. G Linulæ ſubtiles à radice annularis in montem ipſius, felicitatem ſignificant, benignitatem, & liberalitatem.

H Cruces in monte pollicis, adulteria notant.

I Linulæ apud menſalem plurium concubitum notant, & in vxores acceptarum, & ſi interciſæ fuerint, vnã dimittere, & alteram notãt recipere.


K Linea à raſcetta ad auricularem, luxuriam notat, & ſi interciſa aut diſcontinua fuerit, leuitatem mentis, & damnum pati meretricum cauſa, & eò magis, quò tortuoſa & interciſa fuerit.

L Crux benè formata in prima aut ſecunda iunctura indicis, in muliere adulterium, in viris bonum mulierum cauſa.

M Cingulum Veneris duplicatum et integrum, aut ſimplex, et in ambabus manibus repertum, coitum cum brutis notat, et per ſemetipſum.

N Lineæ in prima iunctura pollicis ſimul iunctæ, luſorem notant, & ſi ſe inuicem interſecant, erit in periculo vitæ propter ludum, ſi tortuoſæ aut diſcontinuæ, non lucrabitur.

29



A Menſalis faciens angulum ſupremum cum vitali, deficiente naturali, notat mortem violentam, & fortè per inſaniam, aut manibus inimicorum.

B Linea hepatis naturaliter diſtans à vitali, in angulo dextro, ſignificat offenſionẽ tibiarum, & fortè fractionẽ.

C Linulæ aliquantulum longæ & ſubtiles, ſcindentes menſalem, vulnera notant in pectore.

D Lineæ verſus vitalem ad pollicem, & iunctæ in fine, ſignificant offenſionem ignis.

E Saturnina aſcendens ad medium, & ſi in ipſo plures reperiantur lineæ, quàm alibi, ſignificat hominem malum cogitantem, in auaritia occupatum.

F Soror menſalis multum continua, ſignificat luxuriam etiam per ſemetipſum.

G Linea à raſcetta per montem pollicis inclinata in ipſum pollicem, ſignificat hominem decipi à proprijs conſanguineis, & furari.

H Linea à radice pollicis in vitalem, magnam inimicitiam notat, & ſi attingit, ſuperabitur, ſin autem ſit interciſa, iuuabitur.

I Solus triangulus in quadrangulo abſque alia figura, aut tres trianguli, ſignificat ab inimicis capi.

K Linea à naturali ad medium aſcendens, & interciſa in quadrangulo, ſignificat occidi propter ſubſtantiam propriam: ſi autem diſcontinua fuerit, vulnerabitur tantum: ſimiliter ſi interciſa fuerit in quadrangulo.

L Lineæ velut craticula inferiùs in quibuſlibet digitis, hominem notant melancholicum cum ſuis conditionibus, ſicut hîc in medio apparet.


M Lineæ à radice indicis in ipſa iunctura, notant hominem iuſtum & religioſum.

N Lineæ ſcindentes montem manus per transuerſum, aut per longum, ſignificant nauigationes.

O Lineæ aut ſtellæ in principio vitalis, notant hominem glorioſum ſecundum ſtatum ſuum: ſimiliter in angulo.

P Linulæ in vltima iunctura pollicis, ſignificant infirmitatem naturalem.

Menſa-



A Menſalis diuiſa in oppoſito medij, & ſi ramus diametraliter vadat in indicem, ſignificat pediconem præcipuum: & ſi quædam punctura rubra inueniatur in tali ramo, notat continentiam à tali vicio.

B Naturalis tortuoſa, et diſcontinua, hominem notat iniquum, proteruũ, furti ſollicitum, & ad omnem iniquitatem.

C Vitalis breuis, vitam breuem notat, cùm adiuncta fuerit ſoror aut Saturnina.

D Saturnina in concauo diſiuncta, notat infortunium in tibijs.

E Linea à radicibus inter annularem & medium verſus menſalem, ſignificat offenſionem in tibijs.

F Linulæ in monte auricularis non attingentes radicem, ſignificant offenſionem in brachijs.

G Lineæ inter pollicem & indicem ſupra vitalem, notant diſcordiam cum parentibus, & conſanguineis.

H Foſſula in oppoſito medij cum aliquibus lineis, notat iter ſine lucro.

I Lineæ à percuſsione ad montem, & iunctæ in fine, notant inimicos mortales: & ſi duplicata ſit ea, aſpiciens verſus raſcettam, ſunt conſanguinei: & ſi aliqua angulum ſuperabit, ipſe & inimicos ſuperabit, ſecus ſuperabitur.

K Menſalis in fine ramos rectos extendens, honorem notat cum diuitijs.


L Tale ſignum in quadrangulo, ſignificat hominem crudelem, & ſanguinis effuſorem.

M Binæ lineæ interſecatæ in monte medij reſpicientes radicem, bonam notant fortunam: ſimiliter in indice.

N Linea inter montem & raſcettam brachium ſcindens, & recta, ſignificat turpiter fortunari.


O Linea à radice auricularis in iuncturam, inclinataq; verſus radicem, & groſſa, hominem notat litigioſum.

P Linea à ſuperiori parte pollicis verſus dorſum in fine montis deſcendens per montem, notat faciliter omnia ad finem producere ingenio ſuo: & quando interciſa eſt, aut diſcontinua, contrarium notat.



A Menſalis in principio tã quam catenata, mortem extra patriam minatur.
B Menſalis ad radicem indicis tendens, & ſi in fine intercisa, vulnera circa frontem notat.
C Angulus ſupremus nõ coniunctus, & ſi linea ſemicircularis interſecat, ipſum pollicem reſpiciens, offenſionem oculorum notat.
D Vitalis inclinata in principio quaſi ſemicircularis in monte indicis, ſignificat dolores circa cor, hoc idem notat quando eſt aliqua linea quaſi ſemicircularis in principio vitalis circa locum eundem.
E Naturalis diuiſa & ſi pars vadat ad menſalem, bonitatem vitæ notat, aut periculum maximum.
F Soror vitalis apparens in concauo & intercisa, caſum ab alto cum offeſione magna.
G Lineæ ſparſæ per raſcettam et ſe interſecantes, ſignificant hominem iniquum, ſemper malè cogitantem, & malè mori.
H Angulus dexter aut ſiniſter obtuſus, aut malè apparens, ſignificat cerebrum volubile, hominemque rudem.
I Tale ſignum in triangulo, proditorẽ notat, mendacem, & ob ſcelera pati.
K Lineæ groſſæ & malè apparentes in monte auricularis, furem notant.
L Cingulum Veneris diuiſum, interſecans lineas in monte Saturni, aut Solis, impedimentum ſignificat proſperitatis talis Planetæ. Notetur quòd iſtæ lineæ dicantur & accipiantur pro cingulo Veneris, ſed non rectè, magis autem dici debent lineæ interſecantes lineas Planetarum: ſignificant etiam impedimentum ingenij, & ſpeculationis luxuriæ cauſa.
M Crux in quandrangulo inter medium & annularem, ſignificat labores ne in gradu et ſtatu ſuo aliquis vituperetur.
N Linea à raſcetta inter annularem & auricularem, hominem fortunatum dicit.
O Lineæ à principio naturalis ad indicem, hominem fidelem & honeſtum inſinuant.
P Tale ſignum apud vnguem pollicis, furem notat.
Q Linea exterior & interior in ſecunda iunctura pollicis ſimul circulum conſtituens, ſignificat ſuſpendium.

Menſa



A *Menſalis inclinata in principio aut in medio ad naturalem, breuitatem vite oſtendit, & ſi ad vitalem, tantò peius, & quando in principio inclinatur, tãtò adoleſcẽtior moritur.*

B *Lineæ à raſcetta ad vitalem inclinatæ in concauo, notant bonitatem ingenij.*

C *Vitalis bifurcata in principio, et ſi ramus facit angulum cum naturali, liberalitatem oſtendit, et honeſtatem, fidelitatem, & ingenium.*

D *Lineæ à raſcetta verſus naturalem tortuoſæ, hominem iniquum, & infortunatum notant.* *E* *Naturalis interrupta, falſitatem, & dolum animi notat, & propriam vxorem relinquere.*

F *Linea inter indicem & medium montis fortiter aſcendens, alijs dominari notat cum violentia.*

G *Lineæ in monte indicis formatæ, aut propè vitalem in modum ſcuti aut trianguli, nobilitatem animi ſignificant.*

H *Linea à vitali ad medium veluti ſulcus aſcendens, ſignificat expertum artis diuinatricis, & eò magis, quò longior & à ſuperiori deſcenderit ab ipſa vitali, recta, & continua.*

I *Linea à menſali ad annularẽ veluti ſulcus, & ſi mons aut tuberculum eleuetur, ingenioſum ſignificat, et ſui memoriam poſteris relicturum, ſcilicet in libris componendis, aut aliquid magnæ memoriæ in laudem ſuam relinquendo: ſimiliter ſi à radice ad menſalem.*


K *Linea longa & ſubtilis à menſali ad auricularem, ſignificat hominem boni conſilij, & ſecretum.*

L *Linea biceps ſcindens vitalem, vulnera notat, aut vlcera mortalia, & fortè in capite.*

M *Lineæ à naturali ad menſalem verſus auricularem, hominem notant verecundum, & morigeratum.*

N *Quatuor lineæ in principio montis pollicis quaſi à dorſo, ſignificant bonum in ſecunda ætate ex morte alterius.*

O *Menſalis aliqualiter bifurcata verſus percuſsionem, ſignificat hominem moleſtari vſque ad annum 20. ſi trifurcata, ad annum 30.*



A Menſalis breuis aut diſcontinua, & capillaris, periculum in partu notat, laſciuiamq́ue.

B Naturalis inclinata ad menſalem, et breuis, breuem vitam notat, & mortem ſubitaneam: ſi nō attingit menſalem, ebrioſum notat, aut euaſurum periculum mortis.

C Lineæ inglomeratæ in monte pollicis, infidelitatem ſignificant, & ingratitudinem.

D Linea hepatis non iuncta vitali, & terminata in cōcauo, infidelitatem notat, & capitis leuitatem.

E Angulus ſupremus diſiunctus, & ſi inſint linulæ, infidelem, & Martialem notant hominem.

F Naturalis in principio verſus partem ſuperiorem, ſcilicet dorſum & radicem pollicis ramuſculoſa, aut in fine verſus raſcettam, volubilitatē cerebri ſignificat, & infidelem.

G Menſalis bifurcata in fine, mulierem luxurioſam notat.

H Saturnina aſcendens ad medium, & ſi in monte ſint lineæ inglomeratæ, carcerem crudelem notant, & perſecutiones.

I Binæ lineæ æquales à menſali ad annularem, vanglorioſum demonſtrant & offenſionem cauſa mulierum.

K Duæ lineæ in dorſo pollicis, vna ex vna parte, alia ex altera, & groſſa, ſignificant furem, & infidelem.

L Linea à raſcetta ad auricularem, & interciſa, infortunium cauſa mulierum notat.

M Mons auricularis craticulatus, ſignificat miſeriam & paupertatē cauſa mulierum, & laſciuia ſua.


N Puncturæ in vitali, hominem Melancholicum & magnarum cogitationum, & eò magis quò groſſæ & rubræ ſint.

O Linulæ interciſæ ſuper radicem auricularis, tot filios abortiuos notant.

P Crux in prima aut ſecunda iunctura indicis, amicitiam notat Dominorum, & magis Dominarum.


Q Linea à vitali in concauo, ſignificat laſciuiam, & infortunium.

Natura-



A Naturalis ſecans palmã per transuerſum, ſtulticiã, & infortunium notat.
B Menſalis diſcontinua, infidelitatem notat.
C Linea à vitali aut à raſcetta prope vitalem ad auricularem, inſtabilem notat, & eò magis quò diſcontinua fuerit.
D Linea velut rete in angulo ſupremo, non coniuncta, laſciuum, & luſorem hominem, & proprij capitis denotat.
E Ramus à menſali ad medium, & alius ad tuberculum indicis, euaſionem ab inimicis notat, & odium à parentibus, & ſi non extendatur, malum mulierum cauſa.
F Rami à vitali in monte pollicis, perſecutiones minantur.
G Lineæ à raſcetta in concauo & in fine malè apparentes, ſignificant pauperem, & vagum, ſi linea ſola, minus notat.
H Tale ſignum in monte auricularis, moriturum in itinere ſignificat: hoc idem notat ſi in monte indicis inueniatur.
I Linea à vitali ad montem Solis, honorem apud nobiles indicat.
K Lineæ malè apparentes per transuerſum auricularis montis, ſignificant aſſaſſinum ſiue prædatorem viarum.
L Menſalis diſcontinua cum puncturis profundis, ſignificat debilitatẽ fœtus & imprægnationis.
M Lineæ interciſæ in monte indicis, & in fine veluti coniunctæ, ſignificant damna, & perſecutiones apud magnates, infirmitates, præſertim quando ſunt verſus medium.
N Lineæ in percuſſione inclinatæ verſus raſcettã, & interciſæ, & diſcontinuæ, ſignificant fictos amicos: ſi autẽ integræ, amicos non valentes prodeſſe.
O Ramuſculi à vitali verſus raſcettam, ſignificant paupertatem, & infortunium in ſenectute.
P Plurimæ linulæ à radice annularis in prima iunctura, quàm alibi, damna notant cauſa mulierum.

35



A Lineæ groſſæ & breues à menſali ad medium, vitam quietam notant.
B Angulus ſiniſter valdè acutus, ſignificat litigioſum, & contentioſum, & ſi verſus percuſsionem, igne aut aqua moriturum.
C Lineæ ſcindentes naturalem, ſignificant tribulationẽ cum matre, aut matris occaſione.
D Menſalis recta ſcindens montem indicis, ſignificat irreligioſum, & ſine timore Dei.
E Naturalis parumper diſtans à vitali, ſignificat ſplẽdidum ex vana gloria.
F Ramuſculoſa vitalis in principio verſus indicem, honorem notat cum diuitijs.
G Menſalis larga & profunda vsque ad montem indicis, audaciam furioſam notat.
H Linea à menſali ad annularem veluti ſulcus, id eſt, profunda, & recta, honorem apud magnates ſignificat.
I Lineæ à raſcetta ad concauum & diſiunctæ, ſiue interciſæ, ruditatem ſignificant.
K Lineæ interſecatæ in monte indicis, paupertatem notant mulierũ cauſa.
L Linea à trangulo ad quadrangulum, & in fine cum alia crucem conſtituens, mortem violentam notat.
M Linea tortuoſa et diſcontinua ſecans brachium, ſagacem in aliorum operibus magis, quàm proprijs notat.
N Lineæ pulchræ à naturali ad menſalem, fidelitatem oſtendunt.
O Lineæ plures per montem iuxta vitalem, effœminatum notant, id eſt, luxurioſum.
P Stella in monte verſus percuſsionem in ambabus manibus, & plena radijs, ſignificat ſubmerſionem.

Satur-



A Saturnina áſcendens ad medium, & ſi plures lineæ in ipſo ſint, quàm alibi, ſignificat abundantiam in diuitijs, ſed auarum, duritiem capitis, & obſtinatum.

B Menſalis extendens ramum ad medium, et ſi alius ſuperius dirigatur, notat lucrum, & ædificijs delectari.

C Vitalis, & naturalis, et hepatis, quaſi ad menſalam coniunctæ, ſignificant in tali periculo hominē verſari, quod vitam in mortē commutaret: ſecundum ipſarum proportionem tempus accipitur.

D Binæ lineæ à raſcetta ad auricularem, aliorum ſeruitio ſe mancipare notant: et ſi interciſæ, captiuari aliquando.

E Linea transuerſalis in monte indicis, ſignificat hominem veridicum.

F Lineæ inglomeratæ ad radicem indicis, ſignificant ſubmerſionem.

G Crux in tuberculo auricularis, iter cum honore notat.

H Tales lineæ in iunctura auricularis, vulnera in brachijs notant.

I Lineæ obliquæ verſus menſalem, amicos ſignificant, & ſi prope ipſam menſalem, extraneos, & ſi interciſæ, non valentes prodeſſe.

K Lineæ in prima iunctura indicis verſus medium, ſignificant Cholericum tendentem ad Melancholicam.

L Tale ſignum in ſecunda iunctura pollicis, aut in prima, inceſtum indicat.

M Linea ſcindens brachium per transuerſum, integra & recta, hominem probum notat.

N Lineæ plures in monte pollicis, luxuriam notant.

O Linea à percuſſione in montem, diſcontinua, & interciſa, ſubmerſionē ſignificat, aut ſuffocationem catarrho, aut ſimili modo, & eò peius, ſi fuerit diſcontinua, & interſecata, & quo magis fuerit verſus medium montis, eò adoleſcentior morietur, id eſt, ſuffocabitur tali catarrho, aut aliquo ſimili.



A Naturalis coniuncta cum menſali in principio, ſignificat amiſſionem diuitiarum, maximè ſi naturalis non fecerit ramum audacem, & imperterritum.

B Linea à raſcetta ad auricularē, damnum notat cauſa mulierum, et eò amplius, quò verſus percuſſionem declinauerit, et etiā carcerem notat.

C Linea à raſcetta verſus concauum, & flexa in vitalem, ſignificat amiſſionem chariſſimæ perſonæ.

D Menſalis non inclinata ad digitos, ſed quaſi tranſiens, ſignificat hominem vagabundum & pauidum.

E Menſalis pluribus locis interciſa, laborem ſine requie minatur.

F Linea à menſali ad annularem multis lineis oppreſſa, ſignificat damnum apud magnates, & cum periculo vitæ.

G Binæ lineæ à radice indicis in ſecunda iunctura, inceſtum notant.

H Lineæ aſcendentes à percuſſione, & iunctæ in fine, inimicos mortales notant: & ſi vna alteram ſuperet, ipſe etiam erit ſuperior: ſi autem ambæ ſuperauerint, erunt aquales.

I Lineæ quaſi transuerſales in prima iunctura indicis à ſuperiori, hominem ſignificant cholericum, & ſanguineum: & ſi vna non ſit longior, propter mulieres ſignificat.

K Lineæ quaſi transuerſales deſcendentes ad auricularem, hominem furto delectari notant.


L Tale ſignum in monte pollicis, ſignificat honorem cum diuitijs.

M Triangulus in prima iunctura medij, ſignificat hominem infortunatum in omnibus.

N Lineæ interſecatæ in percuſſione, & monte, ſubmerſionem notant.

O Lineæ velut arcuales, deſcendentes à monte indicis verſus radicem medij, aut linea ſola, ſed quibusdam alijs in fine concomitantibus, ſignificant febrem quartanam, & quantò ſunt magis integræ, tantò peius: ſimiliter ſi ipſum medium ingrediantur.

Natu-



A Naturalis inclinata verſus mẽſalem, ſignificat hominem iniquum, & iuuenem moriturum.

B Naturalis ſcindens vitalem, & menſalis ipſi in principio vnita, homicidiarium notat, & aſtutum in malum.

C Linea hepatis bifurcata in fine, mortem violentam minatur, et hoc ab vno capite, quantum ab alio.

D Multæ lineæ ſecantes menſalem in oppoſito medij, damnum notant in ſubſtantijs.

E Lineæ transuerſales in angulo ſupremo, nõ ſcindentes tamen, notant hominem pœnitere ſuæ prodigalitatis, et eò magis, quò angulus fuerit diſiunctus.

F Lineæ interſecatæ ſupra montem indicis, notant perſecutiones ab eccleſiaſticis.

G Foſſula aut paruus porrus in monte Solis, ſubmerſionem notat.

H Linea arcualis in menſali, ſignificat amicos, & familiares infideles, & quanto maior, tantò in maiori negotio quærunt ipſum perdere.

I Linea à radice annularis in ſecundam iuncturam, magnanimum probat: ſi duæ, magis.

K Plures lineæ inter annularem et medium, quam inter annularem & auricularem, aptitudinem generandi maſculos notant.

L Linea obliqua verſus vitalem, ſcindens brachium, ſignificat amiſſionẽ chariſſimæ perſonæ, & vtilis.

M Tale ſignum in angulo dextro, ſignificat imprægnationem maſculi: ſi è contra, fœminæ.

N Triangulus in monte indicis, honores & diuitias notat.

O Stella aut crux malè formata in monte indicis, ſignificat miſeriam animi, debilitatem cerebri, & hominem infortunatum.



A Naturalis habens foſſulam in medio, & ſi talis habeat profundos oculos, furem notat.

B Angulus ſupremus non coniunctus, et ſi ſpacium tale in medio ſit rugoſum, aut calloſum, aſſaſsinum & infidelem notat.

C Menſalis diuiſa in fine, & ſi ramus tendat in indicis medium, alter ad medium, infortunium notat cauſa mulierum cum periculo vitæ, et hominem beſtialem.

D Binæ lineæ ſemicirculares in fine palmæ verſus raſcettam, & quaſi iunctæ in fine in concauo, mortem minantur ex non æſtimato periculo aut infirmitate, & fortè catarrho.

E Linea ſcindens naturalem & ſubſedens, notat multas prouincias peragrare, & non parentum aut alterius curam exiſtimare, et hominem proprij ſenſus, & fortè exulari, aut ſimili de cauſa: ſi autem talis linea ſciderit menſalem, ſcilicet quòd menſalis ſcinderetur ab vna linea, eodem modo vt hîc apparet de naturali, ſignificat quòd non erit exul aut profugus, ſed voluntariè extra patriam peregrinaturus eſt.

F Naturalis bifurcata verſus menſalem in fine, ſignificat hominem bilinguem, & fortè claudum & mendacem.

G Stella apud menſalem in principio, bonum extra patriam habiturũ notat.

H Lineæ à raſcetta in parte inferiori ad percuſsionem, tot ſignificant itinera.


I Linea à naturali in principio ad indicem, ſignificat hominem contra omnem fortunam aduerſantem colluctari.

K Crux ſupra menſalem, inimicitiam notat, & ſi ſit interciſa, cũ parentib.

L Tale ſignum iu monte annulari, infirmitatem oculorum notat.

M Binæ lineæ concurrentes in percuſsione, & in fine inclinatæ, mortem ſubitam minantur.

N Lineæ capillares in monte pollicis, amatorem puerorum notant, etiam vt patiatur.



40

A Triangulus paruus, auarum & iniquum notat.

B Quadrangulus ſtrictus, auaritiam ſignificat, & hominem litigioſum.

C Menſalis bifurcata in fine, ſimulatorem circa parentes notat, & malignum animo.

D Saturnina bifurcata in fine, exiſtens in monte medij, notat carcerem & infortunium propter ſcelera ſua.

E Vitalis diuiſa in fine, vna aut pluribus lineis ad modum crucis, hominem temperatum ſignificat.

F Linea tortuoſa aut lineæ in monte manus, ſignificat pecuniam dolo aut fraude ab aliquo extorqueri.

G Linea ſemicircularis in angulo ſupremo reſpiciens digitos, ſignificat domus propriæ ruinatorem.

H Lineæ tranſuerſales in tertia iunctura digitorum, naturæ debilitatem ſignificant.

I Soror naturalis in principio aut fine, hæreditatem ſignificat, & quò longior, eò melior.

K Tale ſignum in tuberculo indicis, moriturum in itinere, aut infirmitatem ſignificat.

L Tale ſignum in monte auricularis, pediconem notat.


M Circulus ad auricularis radicem, laſciuum ſignificat, & impotentiam coitus, & quò magis eleuatur verſus menſalem, eò magis ſignificat.

N Lineæ interſecatæ in principio vitalis, ſignificant caſum ab alto, & ſi non interſecantur ab alia linea, ex caſu mors ſequetur.

O Menſalis ramum extendens ad annularem, & alium ad auricularem, hominem ſemper litigio delectari notat.

Natur-

41



A Naturalis terminata in concauo, & ſi ſoror eius inter ipſam & menſalem comitetur, oſsium fracturam notat: Si autem ex vtraque parte comitaretur, plures notat vxores actualiter habere.

Hoc idem notat, quando naturalis videretur diſiuncta, etiamſi ibi non ſit ſoror eius, aut etiam accipere vxorem, & poſtea repudiare, & fortè ſignificat morbum gallicum.

B Menſalis finiens inter indicem et medium, & ſi ſcindatur à linea oriente à radice indicis, vulnus in capite notat magis aut minus, prout menſalis fuerit groſsior in fine.

C Linea à principio vitalis in pollicem flexa, ſignificat inimicum, volentem quidem, ſed non valentem offendere propter luxuriam.

D Puncturæ ſupra vitalem, ſignificant proditorem ſociorum.

E Binæ lineæ ſcindentes ſecundam iuncturam pollicis & interciſæ, infidelem ſignificant.

F Lineæ à raſcetta per montem in lõgum percuſsionis, fatuum & proditorem notant, & volubilem cerebro.

G Linæ ab vngue ad ſecundam iuncturam pollicis, fidelem notant.


H Linea groſſa, breuis & curta ſecans menſalem, morbum epidimiæ notat.

I Linea ab angulo ſuperiori ad radicem medij, cui ſaturnina iungatur, carcerem notat.

K Manus cuius digitorum extrema verſus pollicem flectuntur, notant hominem iniquum, infidelem, ſuperbum, loquacẽ, ſeditioſum, & inuerecundũ.

L Digiti macilenti aut groſsi in iuncturis, ſemper malam notãt complexionem, & miſeriam vitæ, & animum iniquum ex natura frigiditatis, & phlegmaticæ complexionis dominantis: ſignificant etiam ingenium grande, ſed ad mala applicatum.

42



A Vitalis in principio faciens figuram quaſi circularem et paruulam, vel ſi ſimilis in puerorum manibus fuerit, ſuffocationē à vermibus notat: ſin autem, maximam infirmitatem talis patietur, & eò magis quò fuerit circularis.

B Lineæ à pollice ſeu vitali ad auricularem aut ad naturalem diligenter notandæ ſunt: quoniam eædem ſæpè videtur eſſe, & tamen differunt maximè, loco, & ſitu, ac ſignificatione, ſimiliter earum fractio, & diſcontinuatio.

C Lineæ quoque à raſcetta verſus digitos differunt: quædam enim tranſeunt à raſcetta per montem, vt litera A liquet, prope vitalem, & tamen ad eundem locum quandoq; tendunt, vtputa ad auricularem, aut indicem, quæ prout ſitu differunt, ſic & ſignificato: nam illæ quæ ſunt per montem, magis dicuntur eſſe circa fortunam, & accidentia fortunæ, attamen naturali proſapia, & generatione, aut propria virtute.

D Multoties reperiuntur lineæ in fine vitalis ad auricularem, aut etiam ſimpliciter ab ipſa vitali, aut etiam linulæ ab ipſo fine vitalis, verſus concauum, & finem naturalis: et etiam multoties accipiuntur pro linea hepatis, ſed fracta & diſcontinua, quod tamen falſum eſt, & aliquando inter ipſas linea hepatis non inuenitur, nec tamen ideò de ipſa carentia in hoc loco iudicandū eſt, ſed ſecundum diſpoſitionem aliarum linearum, & etiam aliquæ ipſarum ſupplent locum ipſius, vtpote quando ſunt verſus raſcettam: & hæc ſunt benè notanda, quoniam ſæpè accidunt.

43



A Tale ſignum in menſali in oppoſito auricularis, inceſtum notat, & eò magis quo ſimile ſignum etiam inueniatur in principio vitalis, in oppoſito indicis, verſus ſuperiorem partem, & etiam aliquando in radice pollicis, et etiam aliquando amorē tātùm ſignificat.

B Tale ſignum in Saturnina, ſignificat hominem inceſtum committere, ſiue per mulierem vtilitatem cō ſequi, & eo magis verum eſt, quò ſimile ſignum inueniatur in aliqua aliarum linearum ſuprà dictarum.


C Linea matrimonij in monte auricularis tali figura depicta, ſignificat hominem matrimonium contracturum cum aliqua ſibi conſanguinea aut affinitate coniuncta, eóque magis quò tale ſignum inuenitur in aliquo ſupradictorum locorum, litera *A*.

D Linea quaſi cadens circa finem vitalis in monte pollicis, & interciſa à quadam alia linea tortuoſa, ſignificat afflictionem & dolores, propter quendam filium aut filiam, eóque magis, quò interſecans fuerit groſſior, aut tortuoſior.

E Notandum quoq; eſt, quòd aliquando ex huiuſmodi lineis, ſcilicet *A B C* deprædhendantur compatres, et cōmatres, aut matrimonia contrahenda, nec mirandum aut immaturè iudicandum eſt, ſed priùs conſiderandum eſt tacitè, & indicium confirmabitur.

F Et etiam aliquando tantùm amorē ſignificat, & non ſucceſſum rei, prout expertum eſt ſæpè. Ideoque diligenter animaduertenda eſt profunditas & euidentia talis figuræ.

Vitalis



44

A Vitalis in fine inclinata in monte pollicis, ſignificat ibidem finem vitæ terminari, & tempus in vitali oſtenditur.

B Quando illiuſmodi ſigna in naturali inueniuntur (vt in præſenti patet figura) tot homicidia notantur, & aliquãdo in principio naturalis & vitalis ſunt.

C Saturnina aſcendens in concauo, et verſus cõcauum, ſi eſt larga, ampla, & profunda, longitudinem vitæ nõtat, quamuis vitalis ibidem ſit diſcontinua.

D Linulæ à radice indicis verſus montẽ medium, ſignificant percuſsionem in capite, aut circa frontem. E Signa quædam in vitali, non quidem per modum lineæ, ſed foſſulæ, ſignificãt percuſsionẽ circa partem cordis, aut humeri ſiniſtri, aut etiam maximam afflictionem cordis, vel etiã interitum: tempus per lineã notetur. F Linea à raſcetta in concauo per montem manus, notat lucrũ in maritimis. G Vitalis tumida circa finem, hominem Cholericum notat, quaſi ſupra modũ, et in illo tempore præter conſuetudinem, & eò magis quò triangulus latior & longior eſt. H Linea hepatis aſcendens ad vitalem, veluti formans angulum rectum, et ſubitò, antequã ad vitalem perueniat, flectitur, angulum acutum cõſtituens, ſignificat hominem ſecretum, & fidelem, attamen propter amicum, alium perdere, & hominem aſtutum, & ſagacem in omnibus: & quando angulus eſſet acutiſsimus, & naturalis ſcinderet totam palmam, licet non ſit tortuoſa, ſignificat hominem perfidum, & infidelem, & iniquum: notat quoque longitudinem vitæ. I Angulus ſupremus coniunctus & naturalis, aliquantulum flexa in principio, ſed ſubitò poſteà per modum concaui directa ad locum ſuum, ſignificat hominem fidelem, boni conſilij & ingenij, & aſtutum: et quando per contrarium eſſet triangulus latus, angulum ſupremum formans acutum, ſignificat hominem infidelem, perfidum, & iniquum. K Menſalis & naturalis angulum tortuoſum conſtituentes, ſignificant hominem perfidum, & iniquum. L Menſalis extendens fortiter ramuſculos ſuos verſus indicem & medium, ita vt ipſos digitos fortiter ingrediantur, ſignificat malignum, iniquum, & rudem. M In monte pollicis aliqua linearum, ſignificantiũ vxores aut amicas, habens in fine verſus vitalem linulam aliquam veluti ramuſculum, non benè vnitum, ſignificat cum aliqua propinqua vxoris ſuæ, aut amici copulam habere, aut habuiſſe.



A *Lineæ in monte auricularis tranſuerſæ & obſcuræ, latrocinium, ſiue aſſeßinum notant.*

P *Plures lineæ in radice mōtis Solis, quam alibi, damna notant mulierum cauſa.*

C *Menſalis extendens vnū ramum ad medium, & alium ad indicem, euaſionem ab inimicis, odium à parentibus notat: & ſi non extendatur, malum mulierum cauſa notat.*

D *Tale ſignum in monte Mercurij, hominem in itinere moriturum notat.*

E *Linea procedens à vitali ad montem Iouis, honorem notat apud magnates.*

F *Lineæ in monte Iouis interciſæ ferè in modum ſcalæ, damna, perſecutiones minantur apud magnates.*

G *Menſalis diſcontinua, infidum notat.*

H *Menſalis diſcontinua, & ſi ibi puncta inueniantur, fœtus protendit debilitatem.*

I *Lineæ interciſæ in angulo ſupremo non coniuncto velut rete, luſorem, et laſciuum notant hominem.*

K *Naturalis ſecans palmam per tranſuerſum, ſtultum, infelicem notat.*

L *Rami in monte pollicis à vitali, perſecutiones.*


M *Lineæ in monte Lunæ, circa percuſsionē interciſæ, aut diſcontinuæ, inclinatæ verſus raſcettam, fictos amicos, integræ verò, amicos non potentes.*

N *A vitali aut raſcetta ad montem Mercurij lineæ maximè interciſæ, inſtabilem notant.*

O *Ramuſculi à vitali verſus raſcettam, inopiam et infortuniū in ſenectute.*

P *Lineæ à raſcetta ad concauum, in fine obſcuræ, vagum notant: ſi vnica ſit, minus ſignificat.*

Menſa-



A Menſalis finiens inter medium & indicem, & lineæ à radice Iouis eandem ſecantes, vulnus notat in capite.

B Linea ampla, breuis, ſcindens menſalem, epidimiam notat.

C Naturalis in concauo finiens, cuius ſoror verſus mẽſalem adſit, oſsium prætendit rupturam: Si verò & alia ſoror in concauo fuerit, plures vxores actu habere denotat.

D Linea exiens ab angulo ſupremo ad Saturni radicem, & eidem Saturina in fine iungatur, carcerem notat.

E Linea ſcindens primam iuncturam pollicis, inimicum animo, ſed effectu impotentem notat.

F Linea vel lineæ à raſcetta per montem Lunæ, fatuum, proditoremque notant hominem.

G Puncta ſiue paruæ lineæ ſuper vitalem, proditorem notant.

H Binæ lineæ ſcindentes ſecundam iuncturam pollicis, eæque interciſæ, infidum ac perfidum notant hominem.

I Lineæ ab vngue ad ſecundam iuncturam pollicis, fidum amicum indicant.

47



A Naturalis groſſa & non proportionata, ſtultitiam naturalem notat: ſi ſit tumida in aliquo loco, aut craſſa & malè apparens, naturam iracundam & furioſam notat.

B Lineæ quaſi à naturali ad quadrangulum, & in fine vnitæ verſus menſalem, ad beneficium, aut dignitatem vtilem, citra ſpem aliquam peruenire notant, & bonam fortunam.

C Linea hepatis inclinata in concauo, & non vnita cum naturali, cerebri notat debilitatem, hominemq́; inſtabilem & infidelem.


D Catenatæ lineæ in prima iunctura pollicis, per transuerſum in parte ſuperiori, ſuffocationem à catharro notat, & ſchynantiam, idem notat, ſi eſſet ſola linea apparens per transuerſum ad partem ſuperiorem & dorſum.

E Lineæ ſemicirculares apud vitalem, offenſionem oculorum notant. Conſideretur tempus pro ratione loci linearum: idem ſignificant, ſi apud naturalem inueniantur.

F Linea aſcendens à monte auricularis per primam iuncturam eiuſdem, Religionem, aut ſtatum notat clericalem, & nunquam ducere vxorem, niſi violenter ad alterius placitum, ingenioſumque notat, aſtutum naturaliter in bonum æquè ac in malum, hominem honeſtum & realem.

G Linea arcualis in monte medij tortuoſa per longum verſus digitum, hominem notat infortunatum, & graues carceres, & obſcuros paſſurum.

H Lineæ in oppoſito medij à triangulo aſcendentes, vltra naturalem in ipſa menſali, infortunium magnum & graues notant carceres.



A Triangulus ſtrictus & paruus, iniquum, aſtutum, malignum & auarum notat hominem.

B Quadrangulus ſtrictus et longus, auarum, litigioſum, & mori in iuuentute, & mala morte.

C Menſalis bifurcata in fine, nõ multum extendens ramos, infortunatum, ſimulatorem, malignum et iniquum depingit.

E Saturnina bifurcata in monte medij, infortunium magnum cum carceribus & vitæ periculo.

E Vitalis bifurcata in fine, et ſi rami ſint interſecati, leuitatẽ capitis, naturæ et complexionis, refrenare tamẽ ſeipſum tandẽ, notat.

F Linea tortuoſa, deſcendens à vitali, vel circa, apud angulum dextrum ad percuſsionem, perditionem bonorum, contra tamen ius et iuſtitiam.

G Lineæ per longum in monte pollicis vltra medium verſus raſcettam, luxurioſum, laſciuum, & fortè in iuuentute et media ætate.


H Soror naturalis circa finem, hæreditates, hominemque notat Martialem, bellicoſum, & audacem.

I Lineæ interſecatæ per transuerſum, groſſæ et apparentes in monte auricularis, in quarum medio ſit altera linea groſſa, luxuriam notat inhoneſtam.

K Lineæ deſcendentes à parte ſuperiori, verſus dorſum, & per transuerſum interſecantes vitalem in principio, præcipitium notant, quando nõ ſunt interſecatæ ab altera linea, mortem ex præcipitio prouenire, & quando sũt interſecatæ, mortis euaſionem, non tamen ſine periculo.

Vitalis

49



A Vitalis continua cum quadam punctura profunda, mortem indicat violentam, ſi extendat quaſdam lineas ab eadem punctura aut foſſula, non erit tam ſubita, etſi offenſio ſit mortalis.

B Figura oblonga, aut linea in monte Saturni, verſus menſalem, carceres minatur cum periculo vitæ, & bonorum perditione: ſi perfectè vniatur, mors ſimul erit mandato iudicis.

C Linea aliqualiter reflexa aut curua, inter auricularem & annularem, verſus tuberculum, notat tibiarum offenſionem, eóque magis, quò fuerit duplicata aut bifurcata: & ſi fuerit verſus auricularem, offenſionem circa pedem dicit: ſi fuerit in oppoſito ipſius radicis, erit in pede: & quando in dicta linea fuerit punctura aut foſſula, faſtidioſam offenſionem notat.


D Linea quaſi arcualis ſupra menſalem, furtum ab amicis & familiaribus pati notat, fortè à ſeruis rerum ſuæ poteſtati commiſſarum, quibus tamen fidebat.

E Naturalis flexa in fine, verſus vitalem in angulo dextro, hominem iniquum, malignum traditorem notat.

F Lineæ in modum crucis ſub vitali, damnum indicant, fortè etiam vituperium, excepto ſi in medio anguli dextri fuerint, quo loco ſignificant naturam & complexionem regulatam, hominemque realem.

G Lineæ interſecantes lineam Solarem in monte Solis, hominē honorari apud magnates & prælatos, & pati contrarietatem & æmulationem apud tales: & ſi fuerit interſecata æqualiter in modum crucis, per ſuam phantaſiam ab Aula abſentari, & amicitiam Dominorum non ſine damno relinquere: idem ſignificat, ſi fuerit in triangulo aut quadrangulo, niſi linea fuerit diſcontinua, etiam notat illorum amicitiam & gratiam perdere.

Linea



A Linea inter montem Mercurij et menſalē, aſcendens à parte exteriori, & ibidem bifurcata, vel diuiſa, mutationem amicæ, aut vxoris in aliam, poſtquam ſucceſſu temporis fuiſſet eiuſdem ordinis cum priori, & quando talis diuiſio aut bifurcatio fuerit ex parte montis, diuiſionem vnius ab altero notat.

B Linea à radice medij verſus indicem curuata in ipſo monte, periculum carceris notat, eoque magis et grauius, ſi ramuſculoſa & curta fuerit.


C Crux ſupra vitalem, & ſi ramuſculi interſecant ipſam vitalem, infirmitatem mortalem, eóque peius, quò interſectio propinquior fuerit vitali: ſi viderentur duæ foſſulæ vitalem interſecantes, mortem minantur in recidiuatione.

D Vitalis groſſa vel lata in ſua ſuperficie, in parte trianguli aut concaui, verſus angulum dextrum, iracundum, bellicoſum hominē notat, etiam furioſum, beſtialem: ſi malè appareat, infirmitatem incurabilem, in commenſurationis tempore.

E Naturalis extenſa per palmam ad percuſsionem, & exteriorem partem manus, vitam miſeram, & pauperem, ſi diues fuerit, fiet pauper, cū perditione bonorum, ſi ſit eleuata verſus montem manus, minuit malum: idem ſignificat ſi fuerit ramuſculoſa & continuata pluribus lineis, ſit curua ſiue recta.

F Linea Solaris, ſi fuerit vicina aliquibus lineis circa menſalem vsque ad mediam ætatem iuuentutis, infortunium, faſtidiumque, ratione amicitiæ patietur, & poſt 30. annum proſperabitur plus aut minus, ſecundum elongationem aut proximitatem dictæ lineæ ad menſalem, ideo in medio huius lineæ, numerantur 30. anni, & in reliquo, pro reliqua parte vitæ: ſi ſit oppreſſa in principio, in iuuentute notabit labores, & ſenectutem quietam, & è contra, contrarium: & hæc commenſuratio intelligitur, ſi non tranſeat menſalem.

51



A *Linea aſcendens à triangulo ad annularem, notat fauorem, et amicitiam dominorum: ſi comitetur pluribus alijs lineis, et non ſit continua, idem ſignificat, & benè valere in rebus Martialibus, cum honore & dignitate.*

B *In monte Mercurij in parte inferiori, lineæ vel vna ſola per tranſuerſum, & bifurcata in monte, & in illa bifurcatione rami ſint recurui, notant diuiſionem mariti, aut vxoris cum magnis faſtidijs, & abſentiam aliquo tempore, lites præterea cum parentibus mulieris.*

C *Vitalis diſcontinua, & malè apparens in aliquo loco, deficiente ſorore, & in illa diſcontinuatione, ſiue interruptione ſit confuſa vmbris linearum, infirmitatem mortalem, ſi adeſſet ſoror, vel aliquis eius ramus à quauis parte, infirmitatem notat longam, grauem, & incurabilem.*


D *Linea à radice medij verſus indicem, aſcendendo ad medium curua in fine, multa tentare in dominorum obſequium, non faſtidio durabili et longo eoq; amplius, ſi extendatur verſus menſalem, curua in fine: & ſi fuerit ramuſculoſa, ſignificat periculum vitæ, & carceres ſimili de cauſa inſinuat.*

E *Naturalis interrupta in principio, aut diſcontinua, & reflexa verſus triangulum, offenſionem magnam capitis ictibus, & hoc fortuito.*

F *Menſalis diſcontinua in principio, & curua verſus naturalem, generandi malam diſpoſitionem & difficultatem, & in muliere paſſionem menſtrui: & ſi curuetur verſus annularem, periculum vitæ, & ſi reperiatur ſoror verſus quadrangulum.*

Linea

52




A Linea vitalis circularis oblonga, in fine vnita, in vna parte ſola verſus principiũ ipſius vitalis, deinde ſi ſit aliqualiter lõga, et non vnita in altero fine ipſius figuræ, in principio vitæ faſtidia, longa et grauia, ſed ſucceſſu temporis meliorari: ſed ſi in omni loco vniatur, faſtidia ſine fine, & non conſequi poſſe deſiderium

B Menſalis vnita cum naturali in angulo ſupremo, et ſi aſcendat quaſi recta, ſignificat ſubitum & repentinum vitæ periculum, læſione potius, quàm alia re: ſi habeat ramum aſcendentem ad montem indicis, verſus partem ſuperiorem, periculum erit propria lingua, cholera & ira ſubita: Notandum eſt ſi in percuſsione ſint aliquæ lineæ inimicitiæ, et in triangulo ſit lis cũ parentibus.

C Naturalis in fine aliqualiter bifurcata, & non extenſa multum verſus montem manus & percuſsionem, ſed tantùm eleuata verſus montem, perſonàm morigeratam & catholicam notat, & ſi illius iuuentus fuerit laſciua & cholerica, tamen ſeipſum refrenabit, eóque amplius, quantò erit prouectioris ætatis, amabit perſonas religioſas, & virtuoſos homines.

D Duæ aut plures lineæ per tranſuerſum brachij in raſcetta apparentes et fundatæ, augmentum bonorum immobilium, & vitam honoratam, amicabilem & fortunatum dicit hominem in omnibus ſuis operationibus.

E Hepatica nuſquam vnita cum naturali & vitali, ſed in fine inclinata verſus concauum manus, breuem vitam minatur, malam naturam & complexionem, & fortè mori in peregrinatione.



A Linea aſcendens à monte manus verſus concauum, in fine naturalis interſecans hepaticam, cauſans triangulum in angulo ſiniſtro, et non extendatur multum vltra naturalem, verſus quadrangulum, notat lites & contrarietates cum proximis parentibus cum maleuolentia: ſi ſit aliquantulum reflexa in principio, ſcilicet in ipſo monte, indicat vnum parentem ſuorum ſibi fore traditorem, eoq; magis quo plus reflectatur.


B Triangulus in triangulo, maleuolentiam parentum inducit, & ſi aliquis angulorum non ſit coniunctus, ſed aliqua linea reflectatur, notat quod erit occiſus à proprijs parentibus, aut fratre. Et quòd hîc dicitur de illa linea reflexa, & non vnita, idem fieret de quadrangulo, & ſignificaret controuerſias cum parentibus, et alijs, et eò amplius, quando menſalis fuerit longa in monte indicis, verſus angulũ ſupremũ.

2 Naturalis in formatione anguli ſupremi inclinata in quadrangulo, & exceſſiue extenſa in monte manus, faciensque angulum ſupremum largum & non acutum, indicat bonum ingenium, & vniuerſale in omnibus, & delectari in ædificijs, & agricultura, & relinquere poſteris ſui memoriam, delectarique in diuerſis ſcientijs, & doctrinis: ſecundum ſtatum hominis illius iudicandum eſt, & notetur annularis.

D Cingulum Veneris multum eleuatum intra medium, & annularem, faciens angulum obtuſum vel acutum, malè apparens, ſignificat luxuriam, ſed in paſſionibus ſuis multum refrenatum, eoq; magis, quò tuberculum pollicis cũ ipſo monte amplius interciſum ſit per tranſuerſum circa medium montis.

E Menſalis quaſi directè extenſa ad medium montis indicis, ſubtilis ſine ramis in fine, hominem notat Cholericum & ſubitum, & ſua cholera, ira, et loquacitate vulnerari cum periculo vitæ: notetur ſi aliud ſignum indicet vulnus aut percuſſionem, tantò maius eſſet periculum.

Lineæ



A Lineæ aut ſigna in principio vitalis ſupra angulum ſupremum quaſi foſſulæ aut figuræ quadræ, vel ſemicirculares, tumidæ & profundæ, homicidia aut ſanguinolentum notant hominem, & ſecundum figuras ſunt & homicidia, vnde ſi ſint ſicut foſſulæ, calloſæ, oblongæ, facilitatem & conſenſum in morte alterius, & citiùs committere homicidia aliorum cauſa, quàm propria cholera: Si tales foſſulæ aut calloſitates ſint cauæ & rotundæ, per ſuã naturam malum committere homicidium, & ſi ſint ſicut lineæ formantes talem figurã ſine aliqua calloſitate, tantum malum minantur, vt animum & voluntatem malam cum effectu homicidij futuri notent.

B Linea aſcendens intra medium & indicem verſus medium montis indicis, & inclinata circa medium montis, & quaſi ſubſequens ad radicem, denotat officium aut dignitatem apud heroes, prælatos, aut nobiles, quales dignitates non erunt perpetuæ, & prouenient faſtidioſè ex animi occupatione: ſi fuerit bifurcata, pluries & maiorem dignitatem dicit.

C Naturalis cum hepatica cauſans angulum ſiniſtrum obtuſum, vel quaſi rectum, ſignificat ſua natura eſſe rubeum & rudem, & proprij honoris paruam habere rationem, & parui ingenij.

D Linea oblonga in menſali circa auricularem aut annularem, amorem inhoneſtum, & præpoſterum notat, cauteloſum & ſecretum.

E Linea à vitali vel circa angulum dextrum aſcendens ad radicem medij, oppreſſa alijs lineis, infirmitatem notat incurabilem, fortè etiam paſſionem, & eò amplius, quò vngues ſunt gibboſi per longum.

55



A Linea groſſa & profunda ex parte ſuperiori montis indicis, verſus medium arcualis, ſignificat malam humorum diſpoſitionem, et morbum gallicum, & quò fuerit groſsior, eò plus notat: et quã do non ſit adeò groſſa, minus nocet, & erit minor infirmitas.


B Lineæ deſcendentes à quadrangulo ad montem Saturni, conſtituentes ibidem angulum, mortem minantur ſubitam apoplexia, aut ſimili ſpecie.

C Soror vitalis inclinata in concauo verſus menſalẽ, qualitercunque ſit, mortem dicit ſubitam apoplexia, aut capitis vertigine, & quò ſit profundior, eo peior: idem notat quando inclinatur verſus finem naturalis & à principio.

D Linea arcualis circa angulum dextrum, verſus percuſsionem, minatur graue periculum apoplexiæ ex ſuperfluo coitu, luxuria, et ſtomachi debilitate.

E Vitalis extenſa, ad raſcettam demittens ramuſculum curuum & reflexum, in aliquo ipſius vitalis loco, verſus montẽ pollicis, in tempore proportionato ad illum locum, magnam infirmitatẽ notat, cum offenſione aut capitis paßione, & quò plus curuetur, magis ampliatur infirmitas: ſi non iuuetur à ſorore vitalis, aut Saturnina, mortem notat, & ſi ſit malè apparens & confuſa, poſt longam infirmitatem mortem.

F Puncturæ in naturali, paßiones continuas capitis, & cerebri debilitatem cũ periculo vertiginis: & pro ratione ſpacij, tempus indicatur, tunc plus patietur, quam alijs vicibus.



A Tale ſignum in menſali, amorem inhoneſtum cum parentibus aut propinquis, et eò fortior eſt luxuria, quòd in radice pollicis idem ſignũ reperiatur profundum & apparens. Notandum, quod aliquoties in prima iunctura pollicis apparet figura oblonga ſimilis illi, quæ eſt apud radicem pollicis, nec habet propterea hoc ſignificatum: quia catharrum notat, inflationẽ & dolorem gutturis in deglutiendo: ſi ſit magnum & apparens, ſuffocationem indicabit ex ſimili cauſa & materia catharrali.

B Tale ſignum in Saturnina, amorem inhoneſtum cum parentibus, tantò peius, ſi idem ſignum reperiatur in menſali aut radice pollicis.

In his ſignificatis comprehenduntur compatres & commatres, & fortè contrahere matrimonium illicitum.

C Linea matrimonialis in monte auricularis cum tali ſigno, inducit matrimonium cum conſanguinea.


D Naturalis aſcendens per concauum breuis & propinqua vitali, cuius ſoror quaſi per oppoſitum aſcendens, inclinatur ad menſalem, mortem in iuuentute minatur.

E Lineæ aſcendentes à principio montis manus, et percuſsionis, & ſi vna aſcendat inter annularem & auricularem, altera ad annularem, hominẽ litigioſum & obſtinatum, capitoſumque deſignat: ideo multa patietur, et ſi contra ius, ſed bonam fortunam cauſa amicorum acquiret, præterea maleuolentiam amicorum, cauſa mulierum, eoq; magis, quò inferior linea habeat principium curuum à percuſsione.

F Linea apparens à radice annularis in ſecundam iuncturam, hominẽ realem & ſincerum oſtendit: ſi ſint duæ, ampliatur donum.

G Linea transuerſalis in brachio per raſcettam à parte inferiori, hominem realem & fortunatum in .ætate ſua, plus quam in alijs duabus ætatibus, et homo fideliter ſeruiens amicis.

57



A Lineæ rectæ in ſecunda iunctura auricularis, filios, curuæ, filias prognoſticantur.

B Foſſula in radice Iouis, tot ſpurios, ſi ſupra, ſpurias denotat.

C Lineæ tortuoſæ ſcindentes indicem, & ſi maior pars maneat in medio, pituitoſum hominem denunciant.

D Lineæ rectæ in monte Mercurij, amatorem nobilium, curuæ, ignobiliũ dicunt.

E Menſalis aliquantulum tortuoſa verſus triangulum, iuſtum indicat.

F Linea aſcendens â radice medij & indicis ad naturalem, vulneratum hominem mori, ſin eadem ſecetur per menſalem, liberari notat.

G Lineæ à monte manus ad menſalem, tot mortales inimicos præſcribunt.

H Linea veluti circularis in quadrangulo, morbos genitalium, ſi in monte Solis fuerit, offenſionem à quadrupede notat: dum ſit malè apparens, interficitur.

I Foſſula in naturali apud angulum ſupremum, debilem notat.

K Sola linea inter indicem & pollicem à ſuperiori deſcendens verſus naturalem, ſuſpendium.

L Naturalis tortuoſa, læſionem à quadrupede notat.

M Angulus ſupremus in concauo manus, carcerem ob inimicos ſignificat.

N Tales lineæ angulares in prima iunctura pollicis, catharrum minantur.

O Talis figura apud vnguem pollicis, furem, leproſum, adulterum.

P Saturnina recta ad naturalem, longam vitam concedit.

Q Tale ſignum in monte pollicis, infirmitatem & pituitam notat.



A Linea ſola in iunƈturis digitorum, mortem ſubitam notat.

B Punƈta in radice auricularis, luxurioſam mulierem præſagiunt.

C Linea deſcendens à medio, magnas anguſtias, et preſſuras, & plures, carcerem, ſi ſit nigra, cum tortura.

D Menſalis per direƈtum intrans indicem, probum honorandum demonſtrat.

E Menſalis groſſa, rubra, alioqui proportionata, vulnera in capite, etiam peſtem & glandulas notat.

F Punƈta rubra inordinata circa menſalē, infirmitatem genitalium.

G Tubercula Iouis, et Veneris interciſa multis lineis, meretricem, et ſi ſit religioſa, erit clerici amatrix.

H Naturalis in fine inclinata verſus montem, iniquum et fatuum notat.

I Lineolæ à naturali ad menſalem, probum, et fidelem dicunt.

K Vitalis tumida inter pollicem & Iouis montem, ſpurium aſsignat.

L Parua crux in angulo ſupremo, perſecutiones.

M Linea ſcindens pollicem per transuerſum in ſecunda iunƈtura, ſuſpendium, aut decollationem notat.

N Menſalis bifurcata in principio, perſecutionem, eóque magis quò rami à ſe diſtiterint.

O Punƈta inordinata in naturali, iufirmitatem prædicunt.

P Soror vitalis tortuoſa deſcendens ad medium, grauem infirmitatem notat.

Q Linea per raſcettam à brachio tortuoſa, et per montem manus ad percuſsionem, carcerem conſignat.


59



A Lineæ profundæ in prima iunctura auricularis, vulnera tibiarum notant.
B Lineæ tortuoſæ in prima iunctura medici, morſum à quadrupede minantur.
C Linea curta, groſſa à radice auricularis, furem hallucinatur.
D Lineæ breues et groſſæ à radice medici, vulnera renum patefaciunt.
E Linea ab indice ad medium auricularis, excellentiam ingenij confirmat.
F Lineæ rectæ in monte Iouis verſus naturalem, tot coniugia, amicos, vel amicas concernunt. G Angulus ſupremus diſiunctus, et duæ lineæ ſcindentes vitalem, quæ naturalē non attingant, potatorem, ebrioſum, guloſum irridet.
H Linea arcualis in vltima iunctura pollicis reſpiciens dorſum, patibulum & ſuſpendium minatur.
I Tale ſignum in angulo ſupremo, laqueum inducit.
K Linea breuis & profunda, ſcindens naturalem, renum vulnera commonſtrat, tempus pro loco inueniatur.
L Linea ſcindens vitalem verſus raſcettam, præcipitium abhorret.
M Lineæ in triangulo ſic ſectæ, virginitatem illuſtrant.
N Lineæ ſcindentes lineā in radice pollicis verſus indicem & vitalem, vanigorioſum.

Linea

60



A Linea à vitali ad Saturnum, diuinatorē exponit, quò longior, eò magis.

B Linea à naturali ad ſolem, ingenioſum, qui poſteris ſui memoriam linquet.

C Linea à raſcetta inclinata ad vitalem in concauo, felix ingenium autumat.

D Linea biceps ſcindens vitalem, vulnera aut vlcera aperit.

E Linea tortuoſa à raſcetta ad naturalem, iniquum, infortunatum conijcit

F Puncta in linea hepatis, duritiem ventris inferunt.

NOTANDA QVAEDAM CIRCA DEterminationem vitæ cuiuſuis.

PRIMO, cum accidit vitalem eſſe diſiunctam, an diſcontinuam, ſi tamen diſcontinuatione ramum verſus montem pollicis extenderit (prout in huius Libri quarti, quadrageſima quarta figura patet) ſemper in eodem tempore terminum vitæ indicat, quamuis etiam Saturnina in concauo reperiatur, & è contrario.

Secundò, quando eſt fracta, & in tali fractione verſus concauum extenditur dictus ramus, ſemper eſt ſpes ſalutis, ſcilicet imminente mortis periculo, propter infirmitatem: communis ſententia eſt, quod figuræ circulares in naturali homicidia indicant, & benè, attamen pauci ipſarum formam aut ſitum intelligunt.

Tertiò ſciendum eſt, quòd Saturnina ſupplet ferè ſemper locum vitalis, præſertim quando flectitur verſus partem ſuperiorem brachij, circa mōtem pollicis, & etiam ipſa naturalis in loco fractionis apparet, inclinata verſus Saturninam: & quando Saturnina in circumflexione, quam facit circa mōtem, eſt inclinata verſus partem inferiorem raſcettæ, longiorem vitam ſignificat.

Quarto ſciendum eſt, quòd circà radices digitorum, ſunt ſigna oſtendentia vulnera & læſiones in toto corpore, in indice quidem ea, quæ in capite accidunt, ſignificare videntur, in medio, quæ in pectore, annulari, quæ circa renes, pes tenet ab annulari ad auricularem, et ipſum auricularem inter me-

dium & indicem, quæ in brachijs offenſionem oſtendunt, ſemper tamē huiuſmodi partes accipiendo: quando autem, quæ ab indice ſunt, ſi circa medium ipſius radicis aut digiti inueniantur, ſignificāt vulnera in capite verſus partem poſteriorem, ſi autem inueniātur in parte inferiori indicis verſus medium, circa frontem aut collum vulnera monſtrant eò magis, quò verſus medium digitum fuerint, eóque proprijs humeris vulnera futura, aut fuiſſe oſtendunt: illa autē quæ in pectore dicuntur oſtendere, quò magis ſunt verſus ſpaciū annularis, eò amplius in anteriori declarant vulnera fieri, & ſi in medio ipſius digiti fuerint, erunt in dorſo. Simili quoque modo intelligendum eſt de his, quæ in annulari inueniuntur: & etiam inter annularem & auricularem prope radicem annularis aliqua ſigna inuenta, vulnera aut infirmitates circa genitalia notant: quæ autem circa auricularē ſunt in coxis, vulnera probant, ſi autem in ipſo auriculari exiſtant, eò magis ſunt verſus partem inferiorem pedis, vtpote genu aut talo.

Quintò illa ſigna quæ figurata ſunt in vitali, ſicuti ſunt diuerſimodè figurata, ſic & diuerſa habent ſignificata: quando autem ſunt figuræ oblongæ, & non ſunt veluti foſſulæ, ſed ex euidenti linea formātur, ſignificāt paſſionem ex ferro, & ſi eſſent magis circulares, ſignificāt vulnera, quando verò ſunt veluti foſſulæ, ſignificant percuſſiones à quacunq; alia re, & ſunt minus periculoſæ, quoad momentum vitæ, ſiue cordis, quando autem in vitali nō vt foſſula, quadra aut oblonga, ſed vt punctura quædam apparet aliquod ſignum valde rubrum, percuſſiones in capite, vel mortem oſtendit.

Sextò, multi decipiuntur in hoc termino linea tumida, arbitrati idem ſignificare quod linea groſſa, cùm tamē differant: vnde propriè linea dicitur groſſa, quando profunda eſt, et in ſuperficie eandem latitudinē ſeruat, quam etiam habet in profunditate. Linea autem tumida dicitur, quæ aliquantulum profunda eſt, & in ſuperficie per palmam dilatatur. Etiam naturalis reperiri poteſt tumida, in principio, & etiam in fine, eiuſque ſignificatio quodammodo circa idem verſatur, attamen in principio magis eſt malefica: ſignificat enim ſanguineum hominem, alios vulneraturum, & quando in tumiditate eſſet aliqua foſſula veluti circularis, & male apparens, ſignificat homicidium, & ſi plures ſint, plura homicidia. Notandum quoque eſt, quod quando angulus ſupremus eſt aliquātulū ſeparatus, & ſpatium illud videtur quaſi calloſum, cum aliqua foſſula, vt dictum eſt, idem ſignificat quod linea tumida cum ipſa foſſula.

Septimò ſciendum eſt, quòd quotieſcunque principales lineæ reperiantur bifurcatæ, ſemper animi duplicitatem oſtendant, & ſecundum naturam ipſarum linearum, ſic & talis animi duplicitas eſſe prohibetur, ſcilicet bona aut mala: vnde quotieſcunque vitalis in principio eſt bifurcata, ſemper bonū ſignificat, ſcilicet iuſticiam & fidelitatem. Ratio huius eſt, quia oſtendit hominem callidum, & aſtutum, ſecretumque: quando autem vitalis in fine eſt bifurcata, non multum laudatur apud huius ſcientiæ peritos. Ratio eſt, quoniam in principio vitalis prima & ſecunda ætas demonſtrantur, quæ quidē

ſunt

ſunt in potentia ac virtute naturalis caloris, nec permittunt ſe in vilibus occupari propter virtutem caloris naturalis prædominantis humiditati ac frigiditati: qui quidem vigor non ſeruatur in ſenectute, vnde multoties quando aliqui huiuſmodi bifurcationem habent in fine vitalis, ſunt infideles, & ſiquidem non contra amicos, ſed aduerſus alios amicorum cauſa. Naturalis in fine bifurcata, bonum oſtendit. nam finis naturalis vltimam ætatem demonſtrat. Et quoniam in iſta linea maximè natura Cholerica & Martialis monſtratur, ex tali bifurcatione refrenationum talis complexionis et naturæ demonſtratur, & in huiuſmodi opinionibus, ac etiam alterius generis fingere, & alijs non palàm facere. Quando autem eſt bifurcata in principio, maximè aſcendendo verſus partem exteriorem, non minus eſt laudabilis: Quoniã maximam ebullitionem ſanguinis oſtendit, & animi duplicitatem, quæ quidem paſſiones hominem malignum efficiunt & iniquum.

Linea hepatis quomodocunq; bifurcata ſit, ſemper malum ſignificat: quoniam malam complexionem & impotentiam caloris naturalis, à quibus non niſi malignitas ac animi duplicitas prouenit, notat.

Menſalis bifurcata verſus percuſſionem, ſemper malum ſignificat, nam ſi ramuſculus ille à quo bifurcatio cauſatur, non vnitur vitali, laborioſam vitã ſignificat.


Octauò ſciendum eſt, quod quandocunque reperitur aliqua linea, quæ longitudinem ac breuitatem vitæ indicat, ſemper recurrendum eſt ad vitalem, ſecundum cuius proportionem in alterius comparationem iudicandum eſt.

Abſolutiſsimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier Hannonij Libri quarti finis.

ABſolutiſsimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier Hannonij V. I. Doctoris, Poëtæ
Laureati, Muſici excellentiſs. Liber Quintus, in quo accidentia quæuis præterita
& futura cuiuſuis conditionis, & vtriuſq; ſexus, hominis proſpera aut aduerſa, dicto ci-
tiùs elici poſſunt, vt ſi quis ex tẽpore de vitę ſuę Periodo, lõga aut breui vita, felicitate
aut infelicitate, ſanitate aut ægritudine, cõplexione & natura, diuitijs aut paupertate,
cõmodo aut damno, filijs aut filiabus, legitimis aut nõ abortiuis, nuptijs & vxorũ mul
titudine, aut è contrà maritorũ, ſtatu eccleſiaſtico aut ſæculari, aut militari, manſetudi-
ne aut crudelitate, ſapientia aut ſtultitia & inſania, doctrina, eruditione, ingenio bono
aut malo, aut ineptia, pietate, aut impietate, largitate aut prodigalitate, in mercimonijs
perditione ſimul & bonorũ, dignitatis, honoris, ſtatus & rei familiaris & regni, beneuo
lentia apud magnates, heroes, reges aut diſgratia, gratitudine aut ingratitudine, vulne-
ribus aut afflictione, ſuſpicione, Religione, perſecutione, latrocinio, furto, tyran-
nide, homicidio, captiuitate, tortura, itinerib. terrenis aut maritimis, morte & eius qua
litate, ſuſpendio, decollatione, ſuffocatione, ſubmerſione, aut combuſtione, & eiuſmo
di ſimilibus omnibus, quæ vnquam accidiſſe in vita, aut cuiuis accidere poſſunt, doce-
ri cupiat, perſpecta illius hominis diligenter vtraq; manu, & linearum omniũ propor-
tione, interrogatis capitulis huius quinti Libri ſuo interrogato conuenientibus, be-
nè examinatis, ilicò percipiet Chyromanticus, an illius hominis interrogata bonum
aut malum ſortientur effectum, & ex tempore: ſi ſcilicet inter lineamenta manus illius
interrogantis in capitulis & figuris depicta ſimilia reperiantur, optatũ ſignificabunt,
ſecùs, contrarium: Poteſt & abſens amicus hoc quinto Libro iuuari, prout accidit cum
Romæ, tempore piæ memoriæ Pauli III. pontificis Maximi agerẽ, dum amicus qui-
dam Hannonius familiariſsimus de accidente quodam dubitans, à me ſuis literis ſen-
tentiam extorſit: cui omnes canones & figuras huius quinti Libri ſuo interrogato con-
uenientes, examinans, ſigillatim in cartha depictas transmiſi, quibus ſi ſimiles in alte-
ra aut ambabus manibus ſuis reperiret, ſalua omnia fore ſperandum erat, & illius in-
terrogatum ad bonum & optatum finem producturum non dubitaret, ſecus, non: Ille
igitur & tranſlatis figuris manuum ſuarum lineamenta examinans, poſt ſeptem men-
ſes Canonicatum & dignitatem obtinuit, quod erat illius interrogatum. Idem rurſus
fieri poteſt, ſi quis abſens ſuæ manus lineamenta à quodam pictore experto benè pro-
portionata, in charta depicta, ad me transmitteret examinanda, ex quorum examina-
tione reſeruatis reſeruandis (vt ſuprà diximus) facilè de illius vitæ periodo atq; inter-
rogato debite ſatisfieri poteſt ex huius Libri quinti regulis, & figuris, vt proximè acci-
dit in Africa, Anno M. D. L.

DE LONGITVDINE VITAE, CAPVT I.

NATVRALI quadam inclinatione omnes ſcire cupiunt periodum ac longitudinem vitæ ſuæ, ideo de eadem primo loco differendum eſt. Si enim homo breuis eſſet vitæ, fructrà eius Chyromantia vlterius examinanda eſſet de eius ſtatu, cõditione, moribus: cùm breuior vita talem ad aliquem ſtatum peruenire negaret.




1 *Linea vitæ extenſa ad reſtrictam, vel iuxta continua, & eiuſdem latitudinis, vndequaque decenter lata, & profunda ac benè colorata, lõgam vitam notat.*


2 *Linea cerebri, ſenſibilis, Cephalica, ſiue naturalis bonæ latitudinis ac profunditatis, benè articulata vſq; ad acumen manus & non vltra, cùm vita longa audaciam præſtat: ſi in ſuperiori parte angulum rectũ, vel quaſi conſtituat, idem oſtendit: ſin acutus fuerit, diu etiã viuet, ſed erit naturæ aſtutæ et vafræ et timidæ.*


Linea

Longa vita.

2 3 4








3 *Linea hepatis ſatis longa, ſcilicet vſque ad mediam naturalem profunda & lata, decenter continua & benè colorata, bonitatem notat hepatis atq; digeſtionis, & per conſequens longitudinem vitæ. Aliqui dicunt, ſi baſis trianguli ſit benè recta & larga, & in medio aliquantulum diuiſa & rimuloſa, & boni coloris, oſtendit bonam diſpoſitionem, atq; longitudinē vitæ atteſtatur.*


4 *Angulus dexter, rectus, vel quaſi apparens, benè coloratus, bonitatem cordis & ſanguinis notat, & virtutem fortem, & per conſequens vitæ longitudinem.*


Angulus ſiniſter quaſi rectus, bonam promittit complexionem ſimul & vitæ longitudinem. Manus magnæ & debitè proportionatæ in quacunq; ſui parte, in qualitate & quantitate, arguunt bonā complexionem, & per conſequens longitudinem vitæ. Manus carneæ & contractæ in bona ſoliditate, longam vitam demonſtrant.

Si in medio ſpacio inter lineas trianguli ſit planities, bonam notat complexionem ſi benè coloretur, & ex conſequente longitudinem vitæ.

5 6 7








5 *Saturnina vitali coniuncta, recta & nō interſecata ad Saturni digitum, vel prope decurrens, triangulusq́ue ſuam ſeruauerit proportionem, vitam longam dicit.*

6 *Menſa manus æquali conſtituta ſpacio, bonam hominis complexionem indicat, et per conſequens vitæ longitudinem.*

7 *Linea quædam à raſcetta per concauum manus ad tuberculum Mercurij (quam alij lacteam vocant) continua, & cum naturali conuerſa, bonam complexionem & mentis agilitatem teſtatur, & ideo longitudinem vitæ.*

Menſalis



8 *Menſalis continua, ſatis longa, profunda, lata & recta, ſignificat naturam bonæ digeſtionis, & membrorum radicalium proportionem, & per conſequens vitæ longitudinem. Terminus huius lineæ duobus modis perficitur: Aliqui terminationem bonam ſub digiti medij diametro affirmant, alij dicūt in principio montis indicis, præcipuè ad radicem ipſius, vtraque terminatio vera eſt, forma eſt æqualis, ſecunda extra æqualitatem.*

9 *Spacium raſcettæ purum, benè coloratum, ſignificat bonam complexionem, & per conſequens longam vitam.*

Item linea ſaturnina in concauo manus, ſeu ſoror lineæ vitæ cum triuaria exportione initium habens prope raſcettam, & deſinat ad naturalem benè colorata ſitu & poſitione, arguit longitudinem vitæ.

10 *Tuberculum pollicis rotundum, decenter lene, benè coloratum cum bona complexione, longitudinem vitæ confirmat. Item quando omnia tubercula manus ſunt benè eminentia et proportionata, longitudinem vitæ annuunt.*




11 *Triangulus benè æqualiterus proportionaliter, & ſi ſit pulchrarum linearum boni coloris, & rectarum, ſignum eſt æqualitatis ipſorum membrorum & vitæ longitudinis.*

12 *Soror vitalis in monte pollicis, oriens à ſummitate anguli ſupremi, & extenſa ferè ad raſcettam, vel circa, lōgitudinis vitæ ſignum eſt, et luxuriæ. Coruus aſſerit, quando naturalis tranſit montem manus, longitudinem vitæ arguere, cum inopia & vitæ longitudo conceditur, tamen cum mala cōplexione, et denotat naturam ſuperfluam, etſi aliæ lineæ principales correſpondeant ad diuturnitatem vitæ, ſed hoc iudicium falſum eſt.* 13 *Paucæ lineæ in monte pollicis, raras infirmitates oſtendunt, et ideo vitæ longitudinem.*

Menſa

Longa vita.




14

14 Menſalis duos ramos proijciens, alterum ad medium indicis, alium ad vitalem, longam vitam arguit.


Dentes magni, & ſpiſsi, longitudinem vitæ indicant non impediente cauſa primitiua: quoniam non eſt apud Phyſiognomos ſignum tantæ excellentiæ, quantæ eſt illud, per quod ſimpliciter poſsit ſine alia proportione indicari: quia oſtendit virtutem ſpecificam atque occultam bene fixam eſſe, vt puta, humidum naturale, atque ſpermaticam virtutem à principio generationis robuſtiorem repræſentant. Fatuum plerumq; eſt de longitudine vitæ iudicare ſine concordantia multorum ſignorum ad inuicem. Errãt qui ſibi perſuadet ſe poſſe cognoſcere periodum ac terminum vitæ alicuius cũ aliqua menſuratione. Verum eſt, quòd per menſuras ætas communis (quæ plerumq; non excedit annos 70. qui numerus ſæpè requiritur in linea vitæ, et in alijs principalibus lineis correſpõdentibus) cognoſci poſsit: attamẽ ſimiles aliquãdo viuunt 80. annos, vel circiter. Et hãc opinionẽ malè habuit Tricaſſus et Cocles, qui nunquã potuerũt alicuius hominis terminos vitæ per manus lineamẽta diſtinguere: nã facilè eſt terminos illos vſq; ad annos 100. diſtinguere, prout diximus capite 25. primi Libri. Viſi ſunt aliqui, qui naturaliter potuiſſent perueniſſe ad annos ſolares ſeu chronicos, varijs tamẽ modis fuerunt impediti infirmitatibus, vulneribus, laqueo, aut alia vi, ex qua talium hominum dies abbreuiantur. Propterea non eſt temerè iudicandum: quia cõſtituit Deus terminos eius, qui præteriri non poterunt, qui in lineamentis aliqualiter videri poſſunt, ſed non dicitur, ideo non poſſunt tempus vitæ anticipatione abbreuiare, ſi naturæ inclinationibus non reſiſtant, propterea in iudicijs obſeruanda eſt ratio hominis, & temperatæ vitæ ab homine intemperato.

DE BREVITATE VITAE
CAPVT II


1



2




3




1 Naturalis non tranſiens diametrum medij digiti, mortẽ in iuuentute minatur. 2 Naturalis pallida, ſubtilis, debilitatem cerebri & complexionis oſtendit, & ex conſequenti breuẽ indicat vitam. 3 Crux parua in fine naturalis ex oppoſito medij, vel auricularis, mortẽ intra annum ſignificat, vel circa


Vita breuis.



4 Sphærica figura, vel talis y iuxta vitalem, ægritudines multas oſtendit, ſiquidem in parte ſuperiori, id eſt, principio ſint, præteritas, ſi in inferiori, futuras notant infirmitates, et mortẽ appropinquare. Si vero in medio, infirmitatem præſentem ſignificant. 5 Naturalis tranſiens totam manum, breuitatem vitæ ſignificat, & ex rheumate capitis ſæpe infirmari, & fertur, quòd quantò magis deſcendat, ad inferiorem partem manus, tantò velociorem mortem ſignificet, ſed ex vulnere. 6 Menſalis cum naturali angulum cauſans, breuitatem vitæ notat.



7 Breuitas vitalis, breuitatem vitæ exponit, niſi iuuetur à ſua ſorore, aut alia quauis linea. 8 Triangulus in manu non apparens in aliqua ſui parte, nec aliquam ſui affert demonſtrationem, breuitatis vitæ dat indicium, præſertim ſi lineæ ſint exiguæ, fractæ, aut capillares. 9 Menſalis inæquali ſpacio à naturali diſtans, malam notat hominis complexionem, & per conſequẽs breuitatis vitæ eſt indicium.




Defici-

10 *Deficiente planitie in ſpacio inter lineas trianguli, & ſi locus talis ſit malè coloratus, defectum caloris notat: ſic & vitæ breuitatem.* 11 *Menſalis non habens trinam proportionẽ, et præterea ſi ſit malè colorata, fracta aut capillaris, vitæ breuis ſignum eſt.* 12 *Iecoralis linea non ſeruans trinam proportionem, & ſi ſit interſecta à multis lineis, vitæ breuitatem denunciat.*

Dentes rari & minuti, penitùs vitæ breuitatem minantur. Cauendum, imò præcauendum eſt, ne iudicium breuitatis vitæ proferatur, niſi lineæ ſint penitùs deletæ. Nam opus eſt dicere periodum determinatum, ſcilicet terminationem linearum in tempore ægritudinum, quæ repræſentantur in linea cordis, quãdo natura ſpecifica facit aliquas actiones, quæ impoſſibiles apparẽt medico & Phyſiognomo circa negocia ægritudinũ: quia duplex eſt cõplexio, vna inſequens materiam, alia inſequens formam, prout ſcribit veridicus Commẽtator, loquendo de fine artis: Medicinæ enim ars dicit, aliquãdo deficit ab indiuiduis propter naturales præparationes quæ ſunt in ipſis: quia non eſt impoſſibile, vt duo homines vnius & eiuſdem temperatæ complexionis, æqualiter vtentes vno & eodem regimine, & alter iſtorũ ad meliorem finẽ perueniret, quem conſequi poterit per ipſius naturam: de alio vero in eodẽ regimine exiſtente, mali generabuntur humores, qui mortẽ afferẽt. Cauſa huius eſt: in eius complexione eſt mala præparatio fixa, quæ eſt cauſa vt in ipſa hæc malitia generetur, quamuis hæc præparatio ignoretur. Cauſa vero huius ignorãtiæ eſt, quia naturalis tot ſunt præparationes fixæ, vt & per ſigna cognoſci nequeant, & hoc accidit propter præparationem infirmitatum (prout in naturali Phyloſophia eſt declaratum) quia ibi dicitur, quòd quælibet malitia habet accidentia propria & fixa in ipſa ſine accidentibus, quæ manãt à forma. Et hæc accidentia quæ ſunt in materia, ſunt cauſa multitudinis varietatum, quæ in naturis indiuiduorum inueniuntur, quẽadmodũ accidentia propria forma ſunt cauſa multitudinis varietatũ, quæ in moralitatibus indiuiduorũ hominum cognoſcuntur. Et totum eſt hoc, quia in homine multa indiuiduorum, vel cõplexionum inueniuntur, quia vltimũ compoſitum, & ab hoc prouenit occultatio varietatis proprietatum, quæ in naturis et moralitatibus indiuiduorũ inueniuntur, quamuis in ſenſibilibus particularibus indiuiduorum manifeſtis, quò ad nos communicent Et ſi extra propoſitum videatur progreſſa fuiſſe oratio, auferendi dubij cauſa id actum eſt, ne aliquando Chyromanticus deſperet de aliquo indiuiduo, vtrũ moriatur nec ne, ſed debet dicere tali anno, menſe, &c. talis eſt procliuus ad infirmitates aliquas, etiam graues & dubias nõ ſine mortis periculo, & non dicere abſolutè de morte: quia aliquando indicando indicantes falluntur propter occultas proprietates indiuiduorum à cœlo cauſatas. Si quis igitur terminum vitæ exactè terminare voluerit circino firma & ſolida materia confecta, metiatur à principio lineæ vitalis ab angulo ſummo de quinquẽnio in quinquenniũ, prout ſecundo Libro oſtenſum eſt, capite vigeſimoquinto, & tantiſper metiatur, donec ad fractionem vitalis peruenerit, & facilè percipiet tempus petitum. Verbi gratia: vitalis eſt con-

tinua, lata, profunda, & colorata vſq; ad ſui medium. Itaq; menſuretur prout dictum eſt, & prodibit annus ægritudinis, & ſic vlterius progrediendo ſecundum menſuram & diuiſionem manus priùs dictam.




13 *Manus hæc parum periculi mortis inducit, in qua ſi inueniatur triangulus æquilaterus, minor erit infirmitas.*

14 *Vna ex ſororibus in directo fractionis, valdè minuit maliciam fractionis, & præcipuè illa quæ eſt in concauo manus.*

15 *Ambæ ſorores vtrinque vitalem conſolidantes, minus proferunt periculum. Hic non eſt tradenda obliuioni lineæ menſalis continuatio, punctuatio, vel fractio: quia hæc eſt radix ægritudinũ. Hæc igitur menſalis in tres ætates diuidenda eſt, vt fit in ægritudine digitorum. Etiam conſiderandæ ſunt aliæ partes, ſcilicet bona manus conſolidatio, pulchra digitorum proportio et articulorum, vnguium colores & puncta, et ægritudinum qualitates, an ex cholera aut ſanguine ſint ortæ, an à dolore ſeu vulneribus cauſentur, proportionando ſingula ſingulis, & ſic rectum fiet iudicium.*

DE DIVITIIS. CAP. III.






1 *Litera A in radice indicis, plurimas diuitias malè habenti pollicetur.*

2 *G in monte manus, hominem ditari notat nobilium, magnatum, aut mulierum cauſa.*




3 *Quædam linea à medio radicis brachij per raſcettam tranſiens, & attingens lineam vitæ, vel naturalem, lucri multiplicationem notat.*

Vitalis




Diuitiæ.

4

5

6


4 *Vitalis ramos extendens verſus ſuperiorem partem, ſignificat diuitias cum honore.* 5 *Menſalis recta & ſubtilis in fine verſus montem indicis, ſiue in ſuperiori parte, ſignificat dominationem & abundantiam ſubſtantiæ.*
6 *Menſalis ramos rectos & non impeditos proyciens verſus partem aſcenſus, honores cum diuitijs promittit.*

7

8

9


7 *Soror vitalis in monte pollicis continua, cum trina proportione & colore à principio palmæ vſque ad raſcettam diuitias in tota vita ſignificat, & ſi per totam non protendatur, vbi deficiet, etiam & diuitiæ, ſecundum commenſurationem temporis: nam tunc deficient lucrum & diuitiæ.*
8 *Paruæ lineæ bene coloratæ procedentes à radice indicis, & rectè tendẽtes ſuperius, augmentum bonorũ notant, & honorem ab excellentibus viris.*
9 *Lineæ ſe contingentes, in monte medij reſpicientes digitum, bonum futurum pollicentur: idem aiunt aliqui in indicis monte ſignificare.*




01

11

12


10 *Lineæ rectæ, à radice manus extenſæ in monte eius & boni coloris, continuum bonum denunciant.*




Diuitiæ.

11 *Figura vt Stella ſuper dorſum indicis, luxurioſum virū oſtendit, habiturum aliquod beneficium, & ad honoris gradum peruenturum, mulierū cauſa.*

12 *Linea in raſcetta continua, recta, benè colorata, quæ eſt ex parte manus tendens ad ſuperius, habenti diuitias perpetuas vult continuari, ſed ſi quis ſimilem lineam habens, in paupertate & infortunio verſetur, meliorem expectet fortunam, præſertim ſi illa linea ramos rectos & non ſciſſos habeat.*

13

14

15





13 *Scutum trianguli aut forma ſphærica in monte Solis, honeſtatem vitæ & perpetuas diuitias pollicetur.* 14 *Litera b in monte Iouis, multas diuitias, & magnam pollicetur fortunam.* 15 *Lineæ vt crux vel ſtella in vitali iuxta raſcettam, diuitias in ſenectute pollicentur.*

16

17

18


16 *Lineæ vt ſtellæ principium vitalis interſecantes, et ſi formantur duæ ſtellæ, hominem glorioſum ſecundum ſtatum ſuum demonſtrant.*

17 *Multæ lineæ per annularem verſus lineam vitæ inter pollicem & vitalem, diuitias magnas pollicentur.*

18 *Crux ſub naturali, acquirēdas diuitias, pœna et labore manus promittit.*




19

20

21


Eminen-

Diuitiæ.

19 *Eminentia ſiue porrus in linea vitæ aut caruncula, diuitias ſignificat.*




20 *Menſalis reſpiciens digitum medium à latere indicis, iuuari à fortuna certificat hominem, ſed adulatorem eſſe, & vnico amico vti ad iuuamen fortunæ ſuæ.* 21 *Menſalis in fine tendens inter indicem & medium, neceſſariorum & victus pollicetur ſufficientiam. Aliqui dicunt ſi medium ſecet, iuuamen à fortuna deſignare, ſi medium intret, vitæ continuas anguſtias et labores, & ſemper ſic viuere.*

22

23

24


22 *Linea cadens inter medium & medicum ab eorum radicibus, & iungatur alteri in monte medij reſpicienti medium, futurum bonum indicat: idem ſignificat in monte Iouis.*

23 *Linea benè diſpoſita, colorata, & craſſa inter medicum, & auricularē, & ab eorum radicibus deſcendat verſus menſalem, excellentem ſtatum, bonam fortunam, & diuitias cum largitate notat.*

24 *Lineæ à radice manus rectæ, per montem manus extenſæ, ſi fuerint benècoloratæ, aduerſa fortuna diu vexato meliora pollicentur.*


25

26

27




25 *Linea ſolaris ſiue magiſterij, aut ingenij, aut regalis famæ & honoris atque lucri, cum trina proportione ad radicem medici perueniens, diuitias cōſignat, præſertim ſi tuberculum ſit benè formatum.*

22 *Triangulus æquilaterus & in angulo ſupremo ſemicirculus vitali annexus, cuius cornua vitalem reſpiciant, fortunatum, & bonorum adaugmētum gradatim denūciat, prout ſophiſticus Chyromanticus Antiochus, & etiam alij dicunt.*

27 *Lineæ vt cruces in primo articulo pollicis, diuitias ſignificant: expertum eſt.*

Lineæ


Diuitiæ.


28

29

30


28 *Lineæ paruæ benè coloratæ à radice indicis tendentes inferius, bonum ſignificant, & quantò propinquiores, tantò plura bona pollicentur cũ augmẽto, & ab excellẽti perſona & honorata ea recipere. Lineæ ſupradictæ à Phyſiognomis radij dicuntur in clericorum dignitatibus augmentum præbentes: hæc Hugo.*

29 *Linea, vel lineæ ſub radice medij tranſuerſaliter ſine inciſione ab aliquibus lineis, omne bonum, optimamq́ue fortunam notant.*

30 *Saturnina à reſtricta ad medium decurrens, continua & boni coloris, & non interſecta, diuitias cum proſperitate & felicitate vſque ad mortem arguit*



32

33


31 *Figura D in loco Martis aliquando eſt fortunata, & ferentem fortunatum facit.* 32 *Saturnina cum trina proportione à radice manus vel brachij vſq; ad radicem medici à latere auricularis, proſperitatem deſignare videtur.*

3 *Lineæ à naturali ad menſalem facientes triangulum cum menſali, futuram præbendam notant.*

34

35

36.


Litera


34 *Stella in quadrangulo verſus naturalem, diuitias & ſubſtantiam in aliquo tempore promittit, ſi habens pauper fuerit, ditabitur, & nihil ilū deerit: quia diuitias alienas amplectetur.*

35 *Stella rubra in quadrangulo in medio ſtricto, lata inquam in extremitatibus, indicium eſt hominem in acquirēdis diuitijs eſſe ſollicitum, quas tamē nunquam acquiret.* 36 *Crux in quadrangulo, notat paupertatem in prima ætate, in ſecūda non eſſe diuitem, in tertia iterum egeſtatem.*


37



38



39




37 *Naturalis extenſa in gyro, tranſiens totum montem manus vſq; ad percuſsionem, in vltima ætate egeſtatem notat.* 38 *Linea recta boni coloris in principio naturalis ad indicem finiēs, diuitias promittit, etiam aduerſante fortuna, & hoc in prima ætate.* 39 *Si linea in præcedenti canone expoſita ad medium tendat, in ſecunda ætate diuitias.*

40



41




42




40 *Si verò ad medium aut auricularem, in vltima ætate.* 41 *Quatuor lineæ æquè diſtantes in latere montis pollicis verſus brachium, vel in raſcetta venientes verſus partes eminentiores ipſius montis, ſignum eſt honoris et diuitiarum in prima ætate.* 42 *Si dictæ ſint prope iuncturam pollicis, in ſecunda ætate erunt diuitiæ.*


43



44



45





Ee *Si verò*

Diuitiæ.

43 *Si verò dictæ lineæ fuerint iunctæ circa vnguem, in ſenectute.*

44 *Variæ lineæ in raſcetta ſeſe interſecantes in debita diſtantia ad modũ ludi ſcacorum, bona & diuitias in ſenectute promittunt.*




45 *Stella vel triangulus bene diſpoſitus in raſcetta, diuitias in ſenectute notat.*

46

47

48


46 *Quatuor lineæ in raſcetta, quarum duæ ſuperiores fuerint latæ, inferiores verò tenues, ad mediam vitæ ætatem fortitudinem & diuitiarum copiam promittunt, vltra verò mediam ætatem, diuitiarum diminutionem & vitæ indicabunt debilitatem.*

47 *Duæ inferiores lineæ ſi ſint latæ, ſuperiores verò ſubtiles aut tenues, 50. annorum ætatem notant, in prima & ſecunda ætate paupertatem, vltra verò, ſubſtantiæ augmentum.*

48 *Si prima ſit craſſa, ſecunda tenuis, tertia rurſus craſſa, & quarta tenuis, in prima ætate fortitudinem & diuitias, in ſecunda vtriusq; diminutionem, & hoc modo ſi lineæ ſint craſſæ, aut tenues, craſſæ bonum, tenues malum notant, & quælibet repræſentat 20. annos, ætatis hominis.*


49

50

51



49 *Si prima ſit diſcontinua, & tortuoſa, reliquæ verò continuæ in angulo recto & acuto, ſuper lineas exiguas antedictas, vitæ, non rerum debilitatẽ in prima ætate notant, reliquæ proſperiorem ſequentem ſtatum pollicentur.*


50 *Si angulus inueniatur, & vitæ & rerum debilitatem notabit, eritq; homo laborioſus ſine honore, modico ingenio & vitijs plenus.*

51 *Scutum triangulus, aut forma ſphærica in monte indicis benè conditionata, ab infantia, vſque ad vltimam iuuentutem pro ſua qualitate pauper, deinde diues erit.*

Diuitiæ.









52 *A B C vel D in monte auricularis malè colorata, paupertatem vsq; ad medium vitæ denunciat, vlterius verò diuitias oſtendit.*

53 *Menſalis ramuſculoſa in principio, & ſi rami ſuperius tendant, rerum affluentiam atteſtantur, & quò magis rami extendantur, eò magis in ſeneſtute abundabit, ſi non extendantur, ceſſabit diuitiarum abundantia.*


54 *Rami in fine menſalis tenues, rerum dominium ſignificant, benè colorati, rerum in ſecunda ætate reſtaurationem.*






55 *Menſalis bifurcata in ſuperiori parte, anxium hominem et laborioſum, vsq; ad annos 20. poſtea ceſſantibus moleſtijs rerum augmentum, expertum eſt.*

56 *Triangulus flexuoſus, angulusque vitæ altior, pauperem re, & animo debilem notat, ſed in ſeneſtute ab inopia, & rerum penuria liberari.*






57 *Rami à linea vitæ naſcentes, triangulum tranſeuntes, etiam ſi naturalem ſecuerint, poſt res aduerſas proſpera ventura notant. Notandum eſt,*


quòd huiuſmodi rami ſunt partes lineæ proſperitatis, ſi lineæ vitæ vniantur & in ramorum ſpeciem egrediantur.

59 *Cruces ſeu ſtellæ in monte manus, acquiſitionem diuitiarum magno labore, in ſenectute verò cum honore notant.*


DE PAVPERTATE, DAMNO ET INFORtunio in vniuerſali, Caput IIII.



1 *Signa depicta in monte indicis, pauperem hominem ſignificant, qui damnum patitur.* 2 *Vitalis breuis, ramos inferius mittens, paupertatem & infortunia notat, & deceptiones pati à proprijs ſeruis & alienis.* 3 *Menſalis ramos inferius mittens, damnum, miſeriam atq; infortunium denuntiat.*



4 *Naturalis tangens menſalem, maximum damnum & infortunium demonſtrat.* 5 *Menſalis nuda ſine ramis radicem indicis petens, paupertatē, damnum, iacturas, & calamitates prognoſticatur.* 6 *Linea ſemicircularis, groſſa in annulari, infelicem hominem, malique animi notat.*



Digiti


Paupertas, damnum, infortunium.

7 *Digiti multum diſperſi, paupertatem, miſeriam, & loquacitatem notãt, vt patet manifeſtè in mendicantibus.* 8 *Multæ lineæ in medio plus quàm alibi præſertim quãdo linea Saturnina à raſcetta ad eundem locum perueniat, paupertatem, & in continuis laboribus ſemper verſari notãt cum anguſtijs. Etiam ſi regibus id accideret, idẽ ſignificant: multi enim principes habentes montem Saturni cõglomeratum multis lineis, fuerũt à ſuo dominio pulſi, et hoc intelligitur de Saturnina infortunata.* 9 *Menſalis cum naturali claudẽs angulum, bonorum notat diminutionem, vt experientia ſæpè cõpertum eſt.*

10




11



12



10 *Multæ lineæ paruæ, interſecatæ in monte pollicis, & non perpendiculares, indicant hominem multa patientem pro diuitijs.* 11 *Quatuor foſſulæ, aut puncta quaſi nigra in palma manus, tribulationes & paupertatem notant.* 12 *Lineæ quædam vt crepaturæ, in monte manus prope naturalem, et quædam linea abſoluta ab eis lineis ſeu crepaturis reſpiciat inferius ad brachiũ, ſignificant mutuò accipientem hominem, & ſemper debitorem remanere.*




13





14

15




13 *Linea quædam obliqua in digito medio, bonorum omnium à fortuna cõceſſorum perditionem, ſcilicet honorum, & diuitiarum notat.* 14 *Triangulus in iunctura medij, maximũ infortuniũ ac detrimentũ minatur.* 15 *Linea ſemicircularis groſſa, à radice annularis extenſa vſq; ad mediũ digiti, peſſimum debitorem, malê morigeratum, infelicem, & eum notat, qui animam ſuam malignam haberet: & ſi talis linea reperiatur ſub radice dicti digiti in monte eius, et eſſentialiter tuberculum ſit benè conditionatum, hominem ſua induſtria & ſolertia euitare tales læſiones, & damna dicit. Idem poteſt dici in omnibus alijs digitis, ſi eædem lineæ reperiantur.*



Paupertas, damnum, infortunium.

16  17  18 

16 *Linea in principio vitalis, extenſa in cauo, inconſtantem, pauperē, & maximum infortunium minatur.* 17 *Raſcetta obliqua, diſcontinua, & interſecta, vagum, miſerum atteſtatur.* 18 *Lineæ in indicis tuberculo interſectæ vt craticula, miſeriam denotant.*

19  20  21 


19 *Digiti groſsi & parui, ex quacunque forma cum articulis craſsis, miſeriam atque infortunium promittunt, & qui habet vltimas iuncturas groſſas, & euerſas, talis ſi diues fuerit, ſucceſſu temporis fiet pauper.* 20 *Menſalis directè ſub medio digito tendēs (Hugo ſcribit) quòd inopiā ſignificet et ignominiam.* 21 *Menſalis diuiſa per lineas aliquas, bonorum perditionem ratione inimicorum ſignificat, et ſi tranſierint ipſam lineā in actu eſſe perditionem, vel iam fuiſſe, & iſtæ lineæ (antequam fiat demonſtratio) debent eſſe profundæ, bonæ apparentiæ, et coloratæ: nam ē conuerſò aliter demonſtrant. Sciendum, quod ſecundum antiquos Patres etiam modernos, menſalis realiter habet demonſtrationem ſuper inimicos, & ita menſalis atq; quadrangulus ſunt claues oſtenſiuæ inimicorum.*


22  23  24 


Natura-

Paupertas, damnum, infortunium


22 *Naturalis concauum manus tranſiens, rerum inopiam, vitamq́ laborioſam notat.* 23 *Vngues plani et pallidi, infortuniũ teſtantur.* 24 *Litera E in loco Martis, malorum experientiã et aduerſitates notat, etſi eſſet ſine litib.*


25



26


27


25 *Crux in quadrangulo malè diſpoſita & colorata, tortuoſa, inæqualis, & diſcontinua, infortunij peſſimum eſt ſignum* 26 *Rami in fine vitalis, reſpicientes verſus raſcettam, paupertatẽ ac infortunium minãtur, præſertim in ſenectute.* 27 *Nodus carnoſus, vel pellis ſubtilis ſuffuſa in radice indicis vſq́ ad ſecundã iuncturã, ſiue circa illa ſpacia intermedia, ſignificat laborẽ inordinatum, quaſi continuum, et aduerſitatem corporis ſui, vt aliqui dicunt: ſingula tubercula infortunata, infortunium atteſtantur. Verbi gratia: tuberculum Solis ſi ſit infortunatum ratione loci & eſſentiæ, & lineamenta infortunium referunt: quia lineæ diametraliter in iuncturis digitorum interciſæ, infortunium & iacturas teſtantur ſecundum digitos Planetis appropriatos.*

28



29


30


28 *Linea Solaris obliqua, & malè poſita ratione eſſentiæ loci, ſitq́ conglomerata & obſeſſa à multis lineis, infortuniũ apud principes denotat, idcirco principum præſentiæ eorumq́ conuerſationes habentibus talem lineã, vitãdæ ſunt.* 29 *Talis linea à menſali, vel à menſa ad annularem, infortuniũ inimicorum, infamatione apud reges infortunium notat.* 30 *Linea Solaris maioris eſt vigoris, quàm lineæ ipſam ſecantes, ab infortunio liberationem ideo notat, ſed quot fuerint lineæ, tot inimicos mortales portendunt, maiores, aut minores, ſecundũ præſentiam ipſarũ linearum. Aliqui putant hoc dictum ſub iſtis verbis concludi, quando inquã honorũ linea ſit interciſa, et diſcontinua, et quod nullæ rimulæ eam interſecant, talis fugiat principum præſentiã: quia de vita illius fieret periculũ, & eò magis, quantò dictæ lineæ pallidæ fuerint.*

Scala


Paupertas,damnum,infortunium.



31 *Scala vel gradus in indicis tuberculo, ſi fuerint eius cacumina annexa & ſciſſa ſupra modum transuerſantibus lineis, damna, perſecutiones, et inſidias magnorum principum arguit, vt ait Antiochus.* 32 *Quatuor aut quinq; lineæ menſalem interſecantes in oppoſito medij, labores, anguſtias, & anxietates cum principibus & regibus notant, & ſubſtantiæ amiſsionem.*


33 *Plures lineæ in tuberculo Saturni quàm alibi, et ibidem Saturnina conueniat in radice medij, paupertatem, labores, & iacturas minantur.*

DE AVDACIA IN VNIVERSALI, Caput. V.



1 *Menſalis protenſa ad indicem, eiusq; radicem ſcindens, audacem, & probum notat hominem.* 2 *Vitalis non trina proportione benè diſpoſita, ſecuritatem animi indicat, audaciam & cor optimum atque benè diſpoſitum.*




3 *Triangulus æquilaterus, animoſitatem notat, & Martis naturam repræſentat. Si lineæ ſint craſſæ, atq; valdè rubeæ, ſi fuerint tenues & non minus coloratæ, magis ad temperamentnm appropinquant.*






Natural

Audacia,

4 *Naturalis competenter lata,recta,et benè colorata,et cum palma extẽſa & ſi quædam latæ puncturæ in ipſa appareant, probitatem & audaciam à gignitiua virtute plerumq; ſignificat.* 5 *Hepatis linea decenter longa,profunda,lata,continua et benè colorata,bonitatem ſtomachi,& hepatis lætitiam ac audaciam notat.* 6 *Triangulus latus & magnus,largitatem & audaciam oſtendit,præſertim ſi non ſit valdè benè coloratus & plenus.*

7

8

9


7 *Angulus dexter,rectus,et quaſi benè apparens,et coloratus, audaciam & fortitudinem notat.* 8 *Quadrangulus latus, plenus & benè coloratus, audaciam dicit.* 9 *Linea Solaris cum trina proportione benè colorata, à menſali ſcindens radicem annularis, veram notat audaciam.*

10

11

12


10 *Linea notabilis,recta & benè colorata,cum trina dimenſione emergens à radice indicis,tendens verſus mediã iuncturã vel prope,audaciã denotat.*
11 *Manus magnæ, & debitè proportionatæ in quacunq; ſui parte, ſcilicet quantitate et qualitate,bonam complexionem,naturam et probitatẽ cum debita audacia notant.*


Notandum,quod duplex eſt audacia, vna ſcilicet mixta temeritate,accidens ex ebullitione ſpirituum aſcendentium ad cerebrum, de qua ſuo loco dicetur. Alia eſt bona & propria audacia, qua timiditas repellitur, procedẽs ex complexione laudabili,& conſiſtit in magnanimitate & fortitudine in periculo, qua ira tẽperatur, vt in ſeptimo Lib. de Phyſiognomia exponetur.
12 *Menſalis lata,continua,& rubra,& craſſa,vſq; ad tuberculum indicis extenſa,audaciam,ſed furioſam indicat.*

Audacia.




13 *Angulus ſupremus ſeparatus, rubeus, groſſus, et flammeis lineis; in Mar-tialibus animoſitatem oſtendit, aut quãdo ſupremus angulus coniungitur cũ craßis & rubeis lineis, audaciam ſignificat.* 14 *Soror vitalis in monte pol-licis, nimis protenſa atq; rubra, audaciam intenſam præſumit.* 15 *Hepatis li-nea à vitali procedens, & cum naturali angulum acutum faciens in ſiniſtra parte, & ſi deſit angulus ſupremus, & reſiduum ſit cum lineis craßis & val-dè rubris, furioſam animoſitatem, & audaciam arguit.*

Audacia.




16 *Soror menſalis groſſa, rubra, naturam ebullientẽ notat.* 17 *Cingulum Ve-neris à medio indicis et medij, circũdans montẽ medij, finiensq; inter annula-rem et auricularẽ cũ ſumma rubedine et continuitate, denotat hominẽ incli-natum ad omne genus luxuriæ cum maſculis et fœminis, et tales incitãtur vt beluæ ad deflorandas iuuenes puellas, virgines, atq; violandas eaſdem.*

Audacia.



18 *Aliqua figura Martis in loco Martis, audacem, pertinacem, & abin-ceptis non deſiſtentem, vſurpatorem quoq; paternæ ſubſtantiæ et diſsipato-rem notat.* 19 *Lineæ in radice indicis pulchræ, præſertim vna naturaliter o-riente à medio montis, aut prope angulum ſupremum ad digitum pergens, audaciam et moderationem in periculo confirmant.*


DE A-



1 *Pollex verſus digitos, & è contrà digiti verſus pollicem inclinati, auaritiam cum verſutia arguit.*

2 *Digiti collecti adeò, vt per eos coniunctos aër non tranſpareat, & ſint conglobati, auaritiam cum malignitate declarant.*


3 *Linea vitæ interciſa in ſuperiori parte cum rubore, auarum & vitioſum notat.*






4 *Naturalis breuis non extenſa in medium concaui manus, hominem pauidum, & auarum, & paruæ rationis indicat.*

5 *Triangulus paruus & non coloratus, auaritiam, malam naturam, infamiam cum rigiditate naturæ arguit.*



6 *Angulus ſupremus in concauo manus, quaſi in oppoſito medij & indicis, ſignificat miſeriam, auaritiam, & pecuniæ accumulationem cum maxima ſollicitudine.*



7 *Angulus dexter acutus, auarum notat, & quantò acutior, tantò maiorem.*
8 *Linea à menſali verſus auricularem recta & ſubtilis, in viris auaritiam, ſcelus, & ſceleris conſcium notat.*
9 *Quadrangulus arctus, ſtrictus, vel inæqualis, auaritiam notat & deceptorem, vt chronica obſeruatione viſum eſt.*

10

11

12



10 *Si quis à conſuetudine clauſum habet pollicem inter alios digitos, auarus eſt, & idipſum ſæpè expertum eſt.*
11 *Menſalis cum naturali, angulum facientes, auaritiam maximam denunciat.*
12 *Digiti groſſi, parui, & curta palma, aut ſi digiti flectantur verſus dorſum manus, auaritiam denotant.*

13

14


13 *Menſalis ramum vnum ad indicem, alium ad medium extendens, auaritiam, deceptionem, & perfidiam notat.*
14 *Saturnina à raſcetta per palmam extenſa ad radicem medij, auaritiam ſignificat, præſertim ſi mons medij abundat multis lineis, vt notatum eſt ſæpè etiam in magnis principibus.*

DE

DE PRAELATVRIS ET BENEFICIIS, Caput VII.



1 *Pulchræ lineæ in radice indicis, ortæ à medio monte, aut ab angulo ſupremo ſine interciſione naturaliter ad digitum tendens, dignitatem aut prælaturam oſtendunt.*


2 *Crux benè formata in monte indicis, prælaturam promittit, quando tuberculum eſt nitidum, eminens in omnibus iam exponendis.*

3 *Figura perfectè ſphærica in monte indicis, dignitatem cum baculo promittit, & ſi imperfecta fuerit, absque baculo, ſi verò ſit inferius, cum dignitate obtinebit.*



4 *Linea à pollice tranſiens ad indicem, interſecata in fine ab alia linea, ita quòd quaſi crucem faciat, ſignificat dignitatem cum baculo.*

5 *Triangulus bene formatus in monte indicis, dignitatem ſacerdotalē promittit.* 6 *Dicit Hermes Trimegiſtes, duæ lineæ vt crux in monte indicis, honorem ſignificant: ſi in medio monte ſint, nobilitatem generis & perſonæ cum magno ſtatu & maiori prælatura.*






Prælaturæ & beneficia.

7 *Linea ab angulo ſupremo protenſa ad radicem indicis, prælaturam cum dignitate ſignificat.*

8 *Linea pulchra tranſuerſalis in monte Iouis, fortunam in prælaturis et ſacerdotijs dicit.*




9 *Duæ aut tres pulchræ lineæ à radice indicis ad medium tuberculi vel prope, prælaturam annunciant.*

10

11

12


10 *Mons Iouis ſine lineis, ſed eminens & clarus, beneficia & apud prælatos, optima frui fortuna indicat, præſertim ſi radij ſint in radice ipſius montis: expertum eſt.*

11 *Viſus eſt quidam in dignitate prælati elatus, & alius protonotarius, qui montem indicis ſine lineis ferrent, infortunatum, & oppreſſum, reſiduumq́; manus infortunatum, qui tandem à fortuna deſtituti, mala & inopinata morte intercepti ſnnt, & hoc à radice parentum in dignitate conſtitutorum euenit, qui ſuis prouidere voluerunt, tantiſperq́ue apud eos durat beneficium aut dignitas, quantum radij eius non ſecùs atq; lucerna, quæ deficiente oleo extinguitur, & hoc facilè cognoſcitur: ſæpè enim expertum eſt.*

12 *Stellæ in eodem loco, dignitates etiam pollicentur.*

13

14

15


13 *Mons annularis & angulus ſupremus benè diſpoſiti cum ſuis annexis, dignitates eccleſiaſticas oſtendunt.*

14 *Stella aut ſtellæ in dorſo indicis, arguunt honores & beneficia eccleſiaſtica mulierum cauſa.*

15 *Tales lineæ in principio naturalis apud vitalem, Epiſcopatū pollicentur.*


Si cir-

Prælaturæ & benificia.

16




17



16 *Si circa lineam vitæ fuerint rimulæ extenſæ verſus ſummitatem circa fundum manus, & ibidem tale ſignum reperiatur verſus ſummitatem, maximam dignitatem eccleſiaſticam oſtendunt, etiã ruſtico nato promittitur: ſed ſi antedictæ rimulæ non benê correſpondent, aſcenſum quidem ad dignitatem, ſed non tam magnam opinantur multi, quod lineæ pulchræ in monte Solis, beneficia eccleſiaſtica notant.* 17 *Exaltatio Iouis eſt, cum eius tuberculum fuerit rubrum, & alijs eminentius, in quo crux aut triangulus rectis lineis formati, aut radij fuerint, ſiccine non mediocrem pollicẽtur dignitatem. Mons Iouis depreſſus tenuioribus lineis, aut quibuſdam inciſuris, aut capillaribus lineis inordinatis, aut ſi nodus carneus, vel eminens caruncula pallida ibi fuerit, infortunium maximũ minatur, eundemque effectum facit depreſsio ipſius tuberculi: nam ita in tuberculis imaginandum eſt ſecundum monticulorum conditionem & planetarum, prout antiqui ſic et moderni obſeruant. Dicunt aliqui quibus conſentio, qui manus nonnullorum Prælatorũ examinauerunt, quod habeant ſtellas, radios, aut binas æquidiſtantes lineas cum eminentia & colore in monte Iouis, & reliqua tubercula benè diſpoſita, & locum Martis benè proportionatum, & hæc diligenter notanda ſunt.*

18



19




18 *Lineæ aut ſtellæ in quadrangulo, in directo minimi montis, honores & beneficia extra patriam pollicentur.*

19 *Duo trianguli inter primam & ſecundam iuncturam medij, ita quòd conus vnius ſit ſuper conum alterius, nec aliunde incipiant aut finiant trianguli, ſignum eſt ſubiti honoris extra tamen patriam.*


DE SIGNIS MERETRICVM, Caput VII.



1 *Litera G in triangulo in mulierum manu, meretricis indicium eſt maximum.*
2 *Naturalis magnos & curuos ramos emittens verſus inferiorem partem, meretricem oſtendit.*
3 *Linea groſſa & obliqua à menſali ad auricularem, meretricem demonſtrat.*




4 *Quædam magnæ lineæ in monte auricularis, & quædam paruæ, et quædam mediocres, luxuriam, amorem cum auaritia declarant: ſi ſint rectæ & benè coloratæ, erit amor inter nobiles & potentes perſonas, à quibus diuitiæ & lucrum prouenire poſſunt: ſi ſint inordinatæ & tortuoſæ, erit amor communis, ad omnes perſonas magis inclinatus. Si dictæ lineæ fuerint verſus ſuperiorem partem, erit in perſonas nobiles: ſi vna, duæ, vel tres lineæ alijs notabiliores, tot homines vel mulieres naturaliter plus alijs nobiliores diliget, & pro vnius quantitate excedente, & vnam alijs excellentiorem amabit.*
5 *Litera G in menſa mulieris, meretricis ſignum eſt euidens.*
6 *Craticula in monte, in dextra ſiue ſiniſtra manu, mulieres plurium virorum amatrices cùm magna appetentia & deſiderio expreſſè oſtendit, & mulieres præſagit quæ ſe ſtuprandas innumeris ſubijciunt procis cum magna deceptione, præſertim ſi tales lineæ vario fuerint diſperſæ colore. Eſt autem generale documentũ apud Aegyptios ſpeculatores, quòd inordinatæ figuræ ex tranſuerſis lineis, ſunt malum et peſſimum ſignum, notantq́ue planetam infortunatum, & per conſequens infortunium.*




Meretrices

7 *Manus viriles in muliere, meretricem notant: nam manus groſſa & pinguis, arguit in muliere coitus appetitum, & per conſequens meretricem notat, præſertim ſi lineæ principales ſint viriles.* 8 *Paucitas linearum in manu mulieris, infortunatam miſeramq́ meretricem, & proſtitutam innuit, & vitam ferè brutis ſimilem.* 9 *Foſſa rubicunda in media montis manus, maximum mulieris ardorem notat, religionem tamen amantem, & vitam in locis ſacris libenter degentem, et quantò foſſa fuerit profundior, tantò maiorem amorem ſignificat, cum diſſimulatione & fictione.*



10 *Puncta rubra in radice auricularis, meretricem, & pellicem penitùs denunciant, ſi vnicum ſit punctum, et vnicum ad coitum admittet, ſi duo, duos, ſi tria, tres, & tales ſunt mulieres proſtitutæ in proſtibulo.* 11 *Rubedo cutis in facie ſi ſpiſſa fuerit & non clara, luxuriam malam oſtendit, & lupam crapuloſamque arguit eſſe fœminam: & ſi talis color in naſo multiplicetur, vino dedita eſt ad ebrietatem & luxuriam.* 12 *Crux in monte manus prope raſcettam et vitalem, cuius duo rami ab alia linea interſecantur, meretricem nequiſſimam oſtendit.*




Meretrices.

13 *Vitalis in ſuperiori parte tortuoſa cum rubore, meretricem arguit.*
14 *Soror vitalis in monte pollicis longa & rubra, meretricis ſignum eſt.*
15 *Martiales lineæ in manu mulieris, homicidam & meretricem arguunt.*




16 *Via lactea, aut cingulum Veneris in manu mulieris, meretricem notat.*
17 *Menſalis in ſuperiori parte bifurcata, pellicem denotat eſſe vel fore.*
18 *Naturalis bifurcata, in fine in manu mulieris, pellicem notat.*



19 *Mons Veneris altus et eleuatus cum linearum multitudine, meretricem dicit.* 20 *Tuberculum pollicis atque auricularis craticulatæ, meretricem manifeſtat.* 21 *Menſalis ſubtilis bifurcata, & mons Iouis eminens, in cuius radice ſunt puncta, cum ſimulatoribus & diſcretis perſonis concubitum dicunt, quod aliquando Bigutis accidere poteſt.*


DE FORTVNATIS, CAP. XI.





Menſalis

Fortunati.


1 *Menſalis obtuſa, ramum ad indicem mittens, alium ad medium, hominem fortuna iuuari notat, qui diuitias & res proprio labore acquiret.*
2 *Extra patriam à fortuna iuuatur, qui ſcutum, triangulum, aut formam ſphæricam, aut crucem benè formatã in monte indicis habet, ſi ſit benè proportionata; erit odio propinquis, et parentibus, ſed ab omnibus diligetur extra patriam, & erit felix.* 3 *Lineæ ſubtiles in radice Solis plus quàm alibi, amorem extra patriam & bonam fortunam notant.*


4



5


6



4 *Litera A in loco Solis diſpoſita benè, bonam fortunam filio atq; genitori promititt.* 5 *Litera B in loco Veneris, tubercalo benè diſpoſito, hominẽ ditari notat ex cauſa fidei religionis, aut alicuius mulieris.* 6 *G in monte Veneris, hominẽ mulierũ amatorem, à quibus bona cõſequetur, ſignificat.*


7



8


9


7 *Stella in dorſo indicis, luxurioſum virum, ad honorem aut beneficiũ peruenturum cauſa mulieris.* 8 *C in monte indicis, diuitias & fortunam bonam, mulieris cauſa pollicetur.* 9 *B vel F in loco Veneris, gaudium, delectationem et maximam fortunam, & officium mulieris cauſa pollicentur.*

10


11


12


Fortunati.

10 *Menſalis alterum ramum ad indicem, alterum ad vitalem verſus pollicem proyciens, hominem etiam abſentari, & ab aliqua muliere bonum conſequi indicat.*

11 *Quædam paruæ lineæ per longum in monte annularis apud radicem, aut quædam paruæ lineæ tanquam cruces aut ſtellæ, diuitias mulieris cauſa, promittunt.*

12 *Litera E in monte Iouis, bonum denotat ratione & cauſa mulieris.*



13 *Litera F in loco Lunæ, bonum futurum à magnis mulieribus, & nobilibus.* 14 *Duæ lineæ profundæ & rectæ ſcindentes medicum, diuitias multas propter vxores apertiſsimè indicant.* 15 *Lineæ matrimoniales ſi ſunt fortunatæ cũ tuberculo Veneris etiã fortunato, & cæteri Planetæ fortunati reſpondeant, & quæ concurrunt ad prognoſticandum, de diuitÿs dicitur, quod tales habebunt diuitias & bona, ratione mulierum.*

DE INFORTVNATIS ET EORVM parentibus, Caput X.





1 *Litera A in loco Solis malè diſpoſita, infortunium filÿ et genitoris oſtendit.* 2 *Scutum triangulus, aut forma ſphærica in monte Solis, à mulieribus amari, ſed earum cauſa infortunium & damnum pati denotat.*

3 *Stellæ in monte pollicis ſiin ne vitalis, mulierum cauſa damnum & infortunium pati notant, & quot erunt, tot erunt infortunia.*

Via


Infortunati.

4


5



4 Via lactea interciſa lineis, et infortunata in reſiduo manus, iacturas et infortunium mulierum cauſa prognoſticatur. 5 Cingulum Veneris ꝑtenſum cū trina proportione, infortuniū mulierū & præſertim luxuriæ cauſa teſtatur.


6



7


6 Mons Veneris valdè eminens, lenis et multis lineis obſeſſus in modum ludi ſchacorum, infortunium mulierum cauſa arguit circa domum & familiam.
7 Semicircularis linea in triangulo apud ſupremum angulum, cuius cornua digitorum partes reſpiciunt, familiæ & domus turbationem notat.

DE LVXVRIA, FORNICATIONE & ſimilibus, Caput XI.

1


2


3


1 Litera D in monte indicis, inceſtuoſum virum notat, ſed cum nobilibus perſonis cōmittentem. 2 Vitalis, rubra, vel liuida et tortuoſa verſus naturalem, luxurioſum, deceptorem, & animi peruerſitatem arguit cum crudelitate.


Luxuria, fornicatio, & ſimilia.

3 *Grana rubrá, ſiue punctur æ inordinatæ ſuper vitalem, hominis valdè luxurioſi & contentioſi eſt indicium, qui ſit futurus autor multi litigij.*

4



5



6




4 *Linea à menſali extenſa ad radicem auricularis, tortuoſa, & groſſa, aut obliqua, in mulieribus luxuriam & corruptionem declarat.*


5 *Lineæ vt crux in indice, luxuriam notant.* 6 *Litera E in monte annularis, mulierum amatores atque turpem refert luxuriam.*

Nefaria luxuria. Inceſtus

7



8




9



7 *Menſalis habens crepaturas, & inordinatas, nefariam luxuriam oſtendit, præſertim ſi color eius fuerit intenſus.*

8 *Vngues pallidi ſeu nigri, vel aſperi & quaſi rotundi, hominem Venereum dicunt.*

9 *C in monte pollicis notat concubitum cum nobilibus perſonis, & cum vxoribus affinium, vel cum vxore parentis committere inceſtum.*








Linea


Luxuria.

10 *Linea vitæ & naturalis coniunctæ, calorem intenſum illicitamq; luxuriam notant.* 11 *Naturalis nimis ſubtilis, laſciuum denotat hominem.* 12 *E in loco Lunæ, turpi luxuria fractum notat hominem.*


13



14



15




13 Fornicator

13 *Vitalis tumida inter pollicem & indicem: fornicatorem notat.* 14 *Triangulus nuſquam clauſus ſuis tribus lineis, & in nulla ſui parte, luxuriam et fatuitatem notat.* 15 *Lineæ quædam à radice pollicis ad vitalem deſcendentes ex parte anguli ſupremi, luxuriam exuberantem notant.*


16



17



18




16 Fornicator

16 *Multitudo linearum in monte pollicis interciſarum ſiue conglomeratarum & ſubtilium, maximæ fornicationis indicium eſt.*


17 *Stellam in dorſo pollicis iuxta vnguem, magnam luxuriam ſignificare ſæpè compertum eſt.* 18 *Binæ lineæ indicem fortiter ſcindentes ad mediam iuncturam vel prope, maximam luxuriam notant.*

Adulterium Luxu ria.


19



20



21





Inter-

Luxuria.


19 *Interſectio linearum vt crux in monte pollicis, adulterium præſagit.*
20 *Linea curua vt ſemicirculus, inter indicem & medium per tuberculum medij et medici vſq; ad auricularem, quam cingulum Veneris dicunt, libidinis impotẽtiam atteſtatur, & circa omne laſciuiæ genus ſollicitudinem pronunciat.* 21 *Paruæ mulieris manus & groſſi digiti, extremæ luxuriæ indicium ſunt.*

Luxu ria. Pedicones.


22 *Multitudo rectarum linearum in monte Veneris, luxuriam cum caliditate arguit.*
23 *G In monte Iouis, hominem bonæ famæ declarat, licet cum mulieribus lubens commiſceatur.*
24 *Cingulum Veneris in vtraq; manu, præſertim ſi quædam puncturæ vel orbiculi ibidem extiterint, per ſeipſum luxuriari oſtendit.*

Maſtu pra tores.







25 *Soror vitalis in loco Veneris valdè protenſa cum rubro colore, coitum proprijs manibus & maſtuprari notat.*
26 *Plures lineæ in monte Veneris apud vitalem in longitudine ſua, coitum proprijs manibus notant.*
27 *Soror menſalis benè conditionata, manibus proprijs coitum notat.*

Menſalis

Luxuria.




Zo do mia.

28

29

30





28 *Menſalis diuiſa circa finē quaſi diametraliter ad indicē veniens, inimicitias mulierū, ſed amorem lubricū puerorū inducit.* 29 *Fouea quædā in menſali, in oppoſito annularis, amorem puerorum etiam religioſorum notat.*
30 *E in radice annularis, concubitum puerorum denotat etiam nefandam & præpoſteram cum mulieribus luxuriam.*

Zo do mia.

31

32

33


31 *Menſalis habens multas et inordinatas crepaturas, nefandam luxuriam cum pueris arguit, præſertim ſi calor eius ſit intēſus.* 32 *Mons pollicis rotundus, decens, lenis, et benè coloratus, cōcubitus puerorū ſæpè ſignificat, ſed oportet notare, ſicut prædiximus naturā hominis, loci et parentum ſuorū: etiam notat luxuriā retrogradā.* 33 *Soror vitalis in monte pollicis valdè intenſa, maximā inclinationē ad puerorū cōcubitus inducit, præſertim ſi rubeat.*


Zo do mia, Inceſt. Adulterium.

34

35

36


Luxuria.

34 *Multæ lineæ circa vitalem, per longum etiam, puerorum indicant concubitum.* 35 *Lineæ extenſæ à radice pollicis per montem ipſius, paruæ & furcatæ, quotquot ſunt, tot puerorum abuſus notant, ſed lineæ craſſæ ſiue ordine menſalem ſcindentes, pædicones notant.* 36 *Signa Veneris præſertim in ſuo monte inuenta, inceſtum, & adulterium notant.*


38 Stuprum



37 *Crux parua inter primam & ſecundam iuncturam indicis, luxuriam maximam notat.*

38 *Cingulum Veneris in vtraq; manu, & ſi alia ibidem extendatur linea ſimpliciter ſine alijs correſpondentijs, ſignificat ſtuprum, & cum feris concubitum, vt plerumque accidit in ruſticis.*

39 *E in loco Martis, coitum cum vilibus mulieribus, & matrimonium rarò admittere.*




40 *Tres pulchræ lineæ à radice pollicis ad montem indicis tendentes, & ſi tuberculum Veneris ſit tumidum, rotundum, nitidum & benè lineatum, naturaliter inclinant ad res Venereas. Venus Horoſcopi domina, aut almutez natiuitatis cum prædictis lineis inuenta, luxuriam, ſed felicitatem ſine cura & labore offert.*

41 *Tres ſtellæ aut plures à radice brachij per montem pollicis, accuſationes & diffamationes mulierum cauſa denotant, conatus tamen mulierum euaſionem notant: expertum eſt.* 42 *Stella in monte pollicis, riſum & lætitiam cum mulieribus excitat, interdum concubitus, quorum cauſa certamen & ludibrium naſcitur, expertum ſæpè.*

Tuber-

Luxuria.

43 44 45




43 *Tuberculum pollicis craticulatum, paupertatem & inopiam mulierum cauſa indicat, nec minus ſignificat mons auricularis etiam craticulatus.*

44 *Linea à raſcetta, aut vitali, extenſa per concauum ad montem Mercurij, pluribus lineis interciſa, vel vnica tantùm vt crux, maximũ damnum, iacturas, incommoda & infortunium oſtendit, & fortes carceres, vt millies expertum eſt. Arabes eam lineam lacteam vocant.*


45 *Menſalis in fine duos ramos proijciens, vnum ad medium, alium ad indicem, mulierum cauſa infortunium, & ſi rectè medium intret, periculum vitæ addit.*

46 47 48



46 *Lineæ ſubtiles in radice Solis plus quam alibi, à muliere, vel per mulieres offenſiones & læſiones notant.* 47 *Binæ lineæ parallelæ, apparentes, boniq; coloris à menſali ad radicem Solis, vel circa, mulierum cauſa & cura damna pati ſignificant.* 48 *Figura ſphærica, aut ſcutum in monte annularis: amorem mulierum, à quibus tamen damna ſequuntur.*

49 50 51





Luxuria.

49 *Naturalis multis lineis ſibi infixis, multarum notat concubitum.*

50 *Multæ longæ cruces circa naturalem, virum multas mulieres decipientem, & ſi ſint fractæ & non integræ, quotquot erunt fractiones, toties mulieribus fidem frangere notant.*

51 *Menſalis plures lineas ſibi infixas habens verſus naturalem, ſed eam non tangentes, cum pluribus mulieribus concubitum notat. Si dictæ lineæ naturalem tangant, non habebit effectum, & ſi fuerint ſuperius & inferius iſtæ lineæ groſſæ, omne genus luxuriæ notant.*

52

53



54


52 *Ampla linea directa à vitali per medium pollicis, coitum cum conſanguineis notat.*

53 *Veneris figuræ in ſuo monte, qualeſcunque ſint, paterni thori aliquando violatorem oſtendunt, ſcilicet cum illa, cum qua et pater cum matre propria, aut nouerca.*

54 *Crux habens ramum reflexum in monte pollicis, arguit abuti matre aut ſororibus.*

55


56

57


55 *Duæ lineæ à radice indicis ad ſecundam iuncturam, matris violatorem oſtendunt.*

56 *Palma manus curua, muliebris conditionis hominem notat: deterius autem, ſi barba deeſt, aut ſaltem rara ſit ad ſimilitudinem Eunuchi.*

57 *Angulus ſupremus valde ſeparatus, & ſi ſpacium ſit lene & molle ſine lineis aut virgulis, muliebrem naturam denotat, cantilenis et pulchris ornamentis & odoribus delectari.*

Luxuria.



58 *Tuberculum Veneris lene & lineatum multumque eminentis formæ, philocalum ſignificat, & ornamentis, & mulierum colloquijs delectari, & ſpretis virtutibus, ingenioſisq; negotijs, vilibus oblectari: quia abundantia coitus ſubmergit ingenium.*

59 *Paucitas pilorum in manibus, & in reliquo corpore, animum arguit effœminatum.*

60 *Menſalis coniuncta lineæ vitæ, faciens angulum cum ea, & ſi deſit naturalis, philocalos intenſiuè indicat.*




61 *Signum ſimile ſtellæ, benè coloratum in quadrangulo, amorem mulierum indicat, & ab eis offenſionem. Cuicunq; inſunt ingreſſus fœminei, indumentaq; pulchra ſunt, effœminati ſunt et referuntur ad apparentem conuenientiam, & huiuſmodi ſigna in aliquo ſubiecto percipiuntur, & talibus ineſt prænotatus effectus, & fœminis aſſimulantur. Color deturpatus pallore, vt in illis eſt, qui ſubitò expaueſcunt, non procedens ab ægritudine, aut aliqua læſione, hominem amore captum mulierum & cinædorum notant.*

62 *Linea hepatis in concauo finiens, non coniuncta vitali, hominem timidum indicat.*


62 *Triangulus non coniunctus vitali, hominem bonas deſerentem ſocietates notat & malas ſequentem, fœminis delectari, & veſtium pulchritudine: in omnibus denique iucundum hominem, prodigum, & nihil paternæ hæreditatis amiſſurum.*

Luxuria.


64



65




66



64 *Via lactea in vtraq; manu, effœminationis maximum eſt ſignum.*
65 *Manus parua, digitique parui & inarticulati muliebrem naturam notant.* 66 *Naturalis recta benè colorata, extenſa cum palma, in qua apparent puncturæ eiuſdem latitudinis, virtutis gignitiuæ homines potentes facit: capilli parui, tactu ſuaues, muliebrē naturam atteſtantur, ſcilicet in ætate adulta, præſertim ſi homo eſt cum varietate & capillorum nuditate. Reliqua muliebria ſigna poſſunt huic loco quadrare. Sed quæritur vtrū in amore patiatur anima: cui reſpondet Commentator Guilidinus Nur, in textum Ariſtotelis, dicens in Phyſiognomia, &c. vtique corpus compatitur paſſionibus. Manifeſtum autem fit circa amores & timores, triſtitias & delectationes: dicit enim quòd corpus patitur ab amore animæ, vt manifeſtè patet in amore heroum: Eſt enim iſte amor (teſte Auicenna in tertio Canone) ſollicitudo Melancholica ſimilis Melancholiæ, in qua homo adducit imitationem cogitationis ſuæ in pulchritudine cuiuſdam mulieris, ex qua paſſione dum anima vehemēter patitur, inter alias paſſiones, quas corpus patitur, efficitur macrū & oculi profunduntur: ratio autem macredinis corporis eſt: Cum autē cauſa paſſionis iſtius ſit cauſa obiecti delectabilis in virtute imaginatiua fortiter impreſſi, ex tali impreſſione ſequitur fortis & continua imaginatio huius obiecti delectabilis. Secundum autem Auicennam in ſexto, naturali & vehemēti et forti intenſione vnius virtutis, in ſua operatione aliæ virtutes remittuntur, vt ex intenſione virtutum animalium remittuntur. Ratio eſt, quia virtutes ſuas operationes explere non poſſunt, niſi in præſentia caloris naturalis, & ſpirituū talibus ſeruientium: & ergo dum eis orbantur, operationes ſuas minimè poſſunt exercere. Patet clariſſime in exemplo in Vigilia: quia calor naturalis, & ſpiritus ſpecies ſenſibiles deferentes ad exteriora diffunduntur, ſenſus exteriores ſunt in actibus ſuis. ſenſus enim interiores operationibus deſtruuntur. Contrariū autem eſt in ſomno, propter reditionem caloris, & ſpirituū ad interiora, vt ampliſſimè patet per Ariſtotelem et Commentatorem, præcipuè in Libro de ſomno & vigilia. Nunc autem in amore heroum phantaſia ſiue imaginatio vehementiſſima et continua operatur, circa delectabile ſibi impreſſum. Igitur aliæ virtutes propter priuationē caloris naturalis & ſpirituum, ad phantaſiam recurrentium, in ſuis operationib. debilitantur, et præcipuè virtus mutatiua, quæ potiſſimè indiget vigore, aut calore na-*


re na-

re naturali, & ad cibum digerendum, & ad meriũ (aut purum) ab impuro ſeparandum, & ipſum deputatum ad ſpeciem mutati terminandum, non tamē in virtute propria, ſed in quantum eſt ipſius animæ inſtrumētum, teſte Ariſtotele ſecundo de anima, tractatu ſecundo, capite octauo. Deficiente autem inſtrumento, aut nullæ ſunt operationes artis, aut benè fiunt, quæ fiunt, vt clariſsimè dicit Albertus eodem tractatu, capite tertio, dans rationem quare in mulieribus frigidis & ſenibus plùs nutriantur membra inferiora, quam ſuperiora, & hoc dicit eſſe propter defectum caloris: igitur nutritiua calore naturali deſtituta, aut cum eſt mutatio in corpore omninò aut modica, ſequitur corporis macilentia, & ſimiliter deſtructio. Ex eodem etiam patet, quare ex tali paſsione profundantur oculi. Cùm enim virtus phantaſtica ſit in anteriori capitis cellula (vt dictum fuit) ex calore nimio ibi concurrente, humiditas oculorum exſiccatur, & ſpiritus oculorum extenſiui conſumuntur, & ita oculi ipſorum humiditate, quæ valde eſt paſsibilis, exſiccata, & ſpiritus conſumpti, qui valdè ſunt delicati, & ad interius contrahuntur. Et iſta eſt ratio Galeni ſuper prognoſtica: nares acutæ, oculi concaui &c. vbi ipſam ponit & aſsignat cauſam, quare oculi ægrotantium, & præcipuè in acutis profundatur.



67 Menſalis continua, longa profunda, lata & recta, bonam indicat complexionem, & virtutem in membris generatiuis, & coitus potentiam: quia virtus generatiua ibi declaratur. 68 Triangulus æquilaterus cum bona dimenſione linearum & cum coloribus ipſarum, virtutem generatiuam præparatam eſſe denotat. 69 Manus ſubtilis & mollis carens linea hepatis, arguit defectum virtutis generatiuæ & digeſtiuæ.

Cinæ dus.



Menſa-


70 Menſalis eſt radix, ſignificans virtutem genitiuam. Ideò prudentes eã vocant lineã generationis, ſi fuerit fracta, diſcontinua, aut pallida, aut à va ryjs punctis, foſſulis, aut ſemicirculis obſeſſa, debilitatẽ coitus denotat, et for taſsis gignitiuam impotentiam, ſi in medio ſpatio inter lineas trianguli non ſit planities, & malè coloretur, defectum caloris arguit, & per conſequens, defectum coitus. Notandum, quod multoties impotentia coitus eſt qualitatiua, aliquando quantitatiua: igitur conſiderare oportet annexiones ſignorum atq́; concordantiam, aut contrà operantiam, aliter indicium poteſt eſſe inane. Homo ante 2c. annum eſt effœminatus ex parte complexionis, cuius ſignum apparet in mollicie carnis, atq́; in moribus, appetitibusq́;, & in eorum vocibus, & poſt hoc tempus adoleſcentiæ cum hominis creſcentia omnia mutantur: quia naturalis calor præualet ſuper humidum incongruum: igitur propter ætatem iſtam adhuc ſunt effœminati, quod patet per ſigna in manibus eorum reperta.

71 Tuberculum Veneris tumefactum, coloratum, atque lineatum, aut conglomeratum multum lineis, Cinædi ſignum eſt.

72 Soror vitalis protenſa in monte Veneris & rubra, Cineædorum ſignum eſt.

Cinæ dus.

73 74



73 Via lactea, continua cum ſua porportione, cinædos eſſe indicabit.

74 Complexio effœminata, compoſitio & lineamenta, cinædi amabilis, et placabilis maximum eſt inditium.

Color candidus atque perſpicuus cum venis apparentibus, non eſt dubium, quin Cinædum denunciet, in fœminis ſi ſit, meretrices, præcipuè quando corpus carnoſum exiſtit: quia talem colorem facit Venus, & extenditur quaſi in complexione ſanguinea, quia parum differt à natura Iouis.

Notandum, quod ea omnia, quæ comprehenduntur ſub documento calîditatis & humiditatis in habitudinibus et lineamentis hîc poſſunt accommodari, vt in primis radicibus dictum fuit, tamen hîc accidit magna diſtinctio. quia propriè coitus in actu eſt qualificatus ex calido et humido, vt dictũ eſt. alia diſtinctio eſt quo ad appetitum, & non in re, prout ſunt Melancholic propter materiam ventoſam, euaporatiuam incitantem coitum. Errant illi, qui leguminibus, cæpis, allijs diuerſisque alijs cibis veſcuntur, dicẽtes eiuſmo

di le

di legumina abſtinentiam coitus cauſare: quoniam carnes oua & alia ſimilia cibaria multi nutrimenti, ſunt cauſa multi ſanguinis, et per conſequens multi coitus. Iterum nemo dubitabit illos grauiter errare & eſſe inſenſatos: verũ eſt tamen, quod cibaria multum nutritum cauſant, et materiam cohibilẽ. Attamen legumina cæpe et alia ſimilia parum nutriunt, ſed ad ventoſam materiam habilitantur & multum moleſtant & incitant virtutem phantaſticã ad appentendum coitum et ſupra modum videntur arrigere. Ruſtici, præcipuè pauperes, qui oleribus, leguminibus, cæpis, & ſimilibus vtuntur, generare videntur plures proles quàm diuites, quia poſt exercitium & labores non habent aliquod remouibile, ſed tantummodò libenter coeunt, qui in ipſo vnicum conſtituunt gaudium & voluptatem, nec aliquid amplius curant, & hoc eis euenit ratione iam dicta: quia cibarijs ventoſis vtuntur, quæ ventoſitatem commouentia coitum incitant. Ideo laudandus ille, qui optimis veſci poteſt cibis, de quo Plutarchus in Problematibus Proble. 43. ait: Cur moris eſt vt qui caſtimoniam colunt leguminibus abſtineant. Et ſic de reliquis Lector legat Plutarchum & videbit quid ille doctiſſimè narret. Notandum diligenter, quòd duplex eſt effœminatio, vna ex parte habitudinis, alia ex parte cordis et ætatis, vt teſtatur Plutarchus et Suetonius. Habitudo enim carnoſa & ita colorata cũ latitudine pectoris & formoſitate colli, effœminationis ſunt indicia, quoad laſciuias in poſterioribus agere et pati & circa guloſitates, etiam tamẽ cũ audacia et in ætate lubrica atq; effœminata, ſcilicet vſq; ad annos 18. aut 20. Alia effœminatio poteſt eſſe cum tali colore & strictura pectoris, atq; imbecillitate complexionis, quæ inducit puſillanimitatem & veram effœminationẽ, quæ in Cæſare talis non fuit. Secunda ratio eſt, quia homo ſemper incipit in anno 18. aut 20. tranſmutare complexionem. nam calidum humido effœminato prædominatur et fit materia ſolidior, tunc homo incipit erubeſcere & verecundari de laſciuijs & incipit vti audacia atq; exercere res grandes: nam caliditas cauſat in eo magnanimitatem. Exponit quidam malè textum Suetonij dicens lunam cauſare colorẽ candidum: nam non intellexit Phyſiognomicas radices, nec Aſtronomicas diſciplinas: quia luna facit album glaucedine cõſperſum, modicum, decorum aſpectu, mollem faciem, rotũdam, & dat phlegmaticam qualitatem: quia inducit ſomnolentiam, inertiam, puſillanimitatem &c. quæ qualitates omnes erant contra naturam Cæſaris, vti ex eius geſtis & vita compræhẽditur. Attamẽ etiam Mercurius facit hominem album intenſiuè & remiſſiuè, ſecundum applicationem cum alijs Planetis, propter ſuam neutralitatẽ. Diſtinguitur ſic color candidus quatuor modis: vnus enim eſt ex albo & rubeo, mixtus cum claritate, cui rubeo clara dominatur in habente & maxima apparentia venarum, et talem colorem dat Iupiter. Secundus color eſt candidus ex albo et rubeo admixtus cum vltima ſui perſpicuitate, & in habente ſunt venæ quidem apparentes, ſed ſubtiles, huic album perſpicuum prædominatur, & hũc colorem cauſat Venus, quẽ Cæſar habuit in iuuentute, et ideo laſciuus. Ter-

tius color candidus eſt ex albo puro, cum glaucedine, & eſt quaſi nix aut aquá, non valdè lympida, et talem colorẽ cauſat Luna, vnde Virgilius 3 Georgicorum ait: Glauciq́; color deterrimus albo. Quartus color candidus, quẽ facit Mercurius, hic eſt medius inter lucidum perſpicuum, & lucidum glaucum, quia non eſt verè glaucus, nec verè perſpicuus intenſiuè & remiſſiuè, tamen ſecundum diuerſas applicationes, vt ſuprà dictum eſt.


DE HAEREDITATIBVS, CAP. XII.



1 Dixit Conciliator, ſi ſuper radicem brachij in raſcetta fuerint quatuor lineæ, ſcindentes brachium per tranſuerſum, ſintq́; continuæ, & quaſi coniunctæ, bona, honorem, ſtatum, & vtilitatem ſignificant ex morte alterius.

2 Dixit Coruus, ſi dictæ lineæ habent in ſuprema ſui parte duos ramos, & fecerint acutum angulum, ſignificant hæreditates mortuorum, & in ſenectute honores, diuitias, & quietam vitam pollicentur, eoq́; magis quando in dicto angulo linea vt ſtella aut crux inuenitur: ſed poſtremò paucis ægritudinibus ſubijcietur.

3 Dixit etiam Coruus, duæ lineæ à prima iunctura pollicis, magnam pollicentur hæreditatem, ſed ſi vnica tantùm fuerit, exiguam hæreditatem notat, ſi valde apparentes fuerint, hæreditatem arguunt, ſed cum lite &. controuerſia.



4 Figura E in monte Solis, hæreditatem cauſa turpis luxuriæ proclamat.

5 Tres lineæ à monte Veneris ad tuberculum indicis, cum Veneris tuberculo tumefacto et rotundo, leni ac lineato cum decenti rubedine, mulieres alienas ſurripere, & aliquando hæreditatum ipſarum cauſa, notat.

Lineæ

Hæreditas.


6 *Lineæ vt crux in angulo ſupremo, per mulierem hæreditatem futuram denunciant, totidemq; erunt hæreditates, atq; erunt cruces, aut talia ſigna.*



7 *Stella in aliqua parte trianguli, hæreditatem venturam oſtendit, toties atque erunt cruces.*

8 *Litera C in triangulo vel angulo ſupremo, hæreditatem pollicetur.*

9 *Soror naturalis pulchra, hæreditatem futuram ſignat, quæ quantò melior erit, tantò meliorem conſignat hæreditatem.*



10 *Variæ lineæ in raſcetta ſe interſecantes debita diſtantia in modum ludi ſcachorum, hæreditatem futuram prænunciant.*

11 *Stella aut triangulus in raſcetta manus, hæreditatem futuram præſagit in vltima ætate, vel circa.*

12 *Dixit Coruus, angulus ſupremus valde apertus, & ſi tres lineæ à vitali naturalem tangant, cauſantes angulum acutum verſus naturalem, paternæ facultatis amiſsionem notant, aut exilium, aut lites cum parentibus, non tamen propria culpa: nam tales lites & diſcordiæ diſplicent.*


Item angulus ſupremus ſeparatus, ex quacunque cognitione, amiſsionem hæreditatis paternæ, litigia cum affinibus vel conſanguineis notat.

DE HOMICIDIO MALISQVE HOMInibus, Caput. XIII.


Homicidium.



1 *Litera D in triangulo, hominem parricidam ſignificat, ſed fortunatum.*
2 *Lineæ non apertæ, ſed obſcuræ in digito Mercurij, inſidiatorem, furem, & hominem ad omnia maleficia paratum, & omni plenum malo.*
3 *Linea quædam ſupra vitalem, iuxta inferiorem partem montis pollicis, quaſi cadens, malum hominem notat: expertum eſt.*



4 *Naturalis non extenſa ad pectus manus, ſed minus applicata in oppoſito medietatis medij, hominem notat prauæ vitæ.*
5 *Naturalis in fine ſui verſa ad digitos, nequam, et impudentem virum notat, & ſi multum tendit verſus digitos, ſtultum & inſipientem indicat.*
6 *Naturalis groſſa & profunda nimis cum quibuſdam paruis lineis, & ſignis ſimiliter apparentibus cum intenſo colore, vulnerationem oſtendit.*




7 *Naturalis habens intra ſe quædā ſpacia, ſiue circulos completos, aut ſemicirculos, quotquot erunt, tot erunt homicidia, aut ad minus grauis vulne-*
ratio,

ratio, præſertim niſi ſupremitati circulorum, à naturalibus lineis intenſorum habeatur auxilium.

8 *Figura ſemicircularis in quadrangulo, & quodammodò vnita alteri lineolæ aliquantulum tortuoſæ & interſecatæ, humani ſanguinis feram notat effuſionem.*


9 *Menſalis cum naturali faciens angulum, dummodò non claudat ipſum, & diſtet à ſua proportione, hominem ſanguinolentum notat, qui propter inuidiam, homicidium perpetrabit, aut ſanguinem effundet.*



10 *Linea hepatis non coniuncta vitali, malignitatem animi oſtendit ſine ſtabilitate, fide, ac conſcientia.*

11 *Angulus ſiniſter obtuſus, indicat ruditatem ingenij, & malam conſcientiam.*

12 *Multæ ſubtiles lineæ & interciſæ, vel conglomeratæ, in monte pollicis, mendacem & fornicatorem denotant.*




13 *Semicircularis linea et craſſa ad annularem, peſſimum debitorem, malè morigeratum, infelicem atque malæ animæ notam oſtendit.*

14 *Vngues curui, aut valdè breues, maleuolum et diſcordem dicunt.*

15 *Manus carentes pilis, malos mores, hominem ſtultum, præſumptuoſum, fatuum atque deterrimum indicant.*


Homicidium.



16 *Naturalis non coniuncta vitali, ſed notabiliter diſtans, malum et vitioſum arguit.*

17 *Vitalis groſſa inter pollicem & indicem, inclinat hominem ad homicidium, & ingenioſum facit hominem in actionibus malis.*


18 *Quædam grana rubra, vel puncturæ inordinatæ in linea vitæ, lites propter luxuriam, ex quibus ſanguinis effuſio prouenit vſque ad mortem, aut membrorum mutilationem.*



19 *Menſalis in ſummitate ſui duos ramos emittens, vnum ad indicem, alterum ad medium, deceptionem & perfidiam notat.*

20 *Puncturæ quædam groſſæ & terreſtres in naturali, ineptitudinem morum oſtendunt & naturam ferinam.*

21 *Naturalis profunda et tortuoſa, fortis, rubra, iram & conturbationem ſignificat, quaſi per occiſionem factam, ſiue futuram.*





Homicidium.

22 *Duæ tales figuræ ↄↄ in manus concauo connexæ, inclinationem homicidij minantur.*

23 *Vitalis æqualiter craſſa et valdè, indignabundum, iracundum, & crudelem hominem indicat, exigua de cauſa, cum prauo regimine.*

24 *Menſalis in ſummitate flexa vt ſemicirculus, cuius extremitas naturalem tangit, calumniatorem malo ingenio, homicidam, effundendi ſanguinis auidum, eoq́ue magis, quo linea vitæ æqualiter in ſui principio à naturali diſtans cauſat angulum in duas partes inter indicem & pollicem.*


25

26

27


25 *Lineæ rectæ, à naturali menſalem tangentes in oppoſito medij, hominem futurum homicidam indicant.*

26 *Quadrangulus in monte manus circa percuſsionem, à fratre occidi notat proprio.*

27 *Semicircularis figura circa naturalem in aſcenſu manus, parricidam demonſtrat, ſtella ibidem reperta, malitiam auget.*

28

29


28 *Quàdrangulus cum aliqua linea circumflexa apud vitalem in monte manus circa raſcettam, parricidam, ſiue ſacrilegum denunciat.*


29 *Linea notabilis in directo annularis circa percuſsionem, exiēs à menſali & proportionaliter tendens ad montem Lunæ, occiſionem proprij genitoris denotat.*

DE MATRIMONIO ET NVPTIArum numero, Cap. XIIII


CEleberrimi & expertiſsimi Auctores dicunt, quòd tot lineæ atque fuerint iuxta auricularem in latere manus prope menſalem, item quotquot lineæ apparent ex dorſo manus procedentes, totidem vxores manifeſtāt. Si obliquæ fuerint, præteritas, ſi verò rectæ, futuras, et quot paruæ lineæ inuētæ fuerint, tot pellices manifeſtāt. Si verò ante dictæ lineæ ſint interciſæ (vt plurimum) habens tales, vix accipiet vxorē niſi corruptā: ſi obliquæ fuerint lineæ, malam vxorem accipet, ſi magnæ erunt lineæ: longæuê viuent. Si paruæ, & earum parua vita diſcernenda eſt. Si autem dictæ lineæ fuerint cum trinaria ſui proportione, & magnæ, cum bono colore, & tuberculum Veneris cum alijs montibus fuerit fortunatum, denotant magnas diuitias propter vxores, et præcipuè ſi tales habuerint ſigna diuitias indicantia, aut oſtendant hæreditates mulieris gratiâ.

1. Nuptiæ.

3. Carceres



1 *Lineæ extenſæ à radice pollicis per montem ipſius, quotquot fuerint, tot mulieres vxoribus ſimiles dicunt notare: in mulieris manu tot viros aut amicos maritis ſimiles.* 2 *Si ſint rectæ, extenſæ et pulchræ, toties prædictis mulieribus aut viris copulari notant, & ſi infra dictas lineas ſit vna maior alterâ, ſignum eſt habere talem mulierem, aut talem maritum maiorem in diuitijs ſuo genere.* 3 *Quotquot ſint lineæ ſecantes primam iuncturam medici, tot viros accipiet mulier, & talem interſectionem dicunt Chæromantici eſſe per longitudinem iuncturæ, non autem per latitudinem.*



4 *Lineæ à prima iunctura annularis ad ſecundam, rectæ & pulchræ, quotquot erunt, totidem maritos indicant mulierem habituram. Sunt tamē*

aliqui

aliqui qui habent in tali loco decem aut plures lineas, & nunquam inuentus eſt vnus, qui in vitæ ſuæ periodo ſex vxores habuit, ideo non eſt vsqueadeò certum.

5 *Saturnina à radice brachij extenſa ad annularem, digitum tamen non tangens, vxoribus aut amaſijs copulari notat.*


DE CARCERIBVS, CAP. XV.



1 *Linea inter indicem & medium recuruata ad medium, proprium denotat carceris ingreſſum: at ſi verſus menſalem tenderit, non propriè ſignificat. Sed ſi exigua linea ab indice naſcens eam rimulam ſciderit, carceres impedit, & greſſum ex ipſo carcere feſtinat.*

2 *Plures lineæ à menſali extenſæ ad radicem medij, labores, anguſtias & afflictiones oſtendunt, qui habet tales lineas, ſæpè carceres & vulnera, & capturas experietur: ſi quaſi nigreſcant tales lineæ, torturas notant.*

3 *Tales lineæ à concauo menſalem ſecantes, ad radicem medij tendentes vltra primam iuncturam, etſi fuerit dux aut rex totius mundi, in vinculis morietur.*



4 *Linea in primo iunctura pollicis continua, circumiens digitum, arguit carceres periculoſos. Similem ſententiam atteſtatur linea in parte domeſtica digiti pollicis, inter primam & ſecundam iuncturam, & quot lineæ reperiuntur, tot ſunt carceres, ſiue capturæ: millies expertum eſt.*

5 *Angulus ſupremus valde ſeparatus, multoties carceres notat.* 6 *Scala*

Carceres.

velcraticula in monte Saturni, indicat hominem aliquando diu permanere in carcere, & fortè in eodem perire.








7 *Mons Saturni depreſſus atq; pallidus, & infortunatus, ſubterraneum carcerem minatur, vt expertum eſt.*

8 *Saturnina à raſcetta ad radicem Saturni tendens, carcerem pronunciat intenſiuè quãdo in tuberculo Saturni conglomeratis lineis reperitur, in fundo ſeu pede turris incarcerari, aliquando non carcerem, ſed ruinam ſiue amiſsionem amicorum propria iniquitate.*

9 *Cingulum Veneris protenſum, continuum, ſcindens lineam principum, carcerem periculoſum notat.*







10 *Puncta nigra in vnguibus, multoties incarcerari denotant ſi proportioni correſpondent, ſed potius oſtendunt maximas curas faſtidiaque in ſola opinione habere, quam in effectu.*

11 *Lineæ quædam à raſcetta aſcendentes per montem pollicis, & diſpersè ad pollicem vergentes, in vltima parte ſui, à conſanguineis vel propinquis deprædari, aut capi, aut exulari notant.*

12 *Linea à radice brachij per raſcettam tendens, tortuoſa & malè diſpoſita, libertatis priuationem, & in ſeruitutem redactionem, & fortè condemnari notat.*

Natura

Carceres.



13 *Naturalis à vitali diſiuncta purum ſpacium linquens, carcerem notat, & ſi ferens captus fuerit, nunquam liberabitur, ſit ex quacunque velit progenie, ſi inquam tubercula infortunantur & alia ſimilia.*

14 *Menſa manus inordinatè ſtricta & inæqualis, ſeruitutem cum captiuitate minatur.*

15 *Linea obliqua & diſcontinua, à raſcetta ſecans triangulum, miſerum ſeruum, & carceribus obnoxium cum ingenij obtuſitate notat.*



16 *Quadrangulus, ſiue figura quadrata* □ *, ſiue obliqua cum lineis extenſis in capitibus, in loco Saturni, ſeruitutem & captiuitatem Antiochus dicit notare.* 17 *Stellam ſiue craticulā in loco Saturni, ſeruitutem & captiuitatem dicunt minari.* 18 *Binæ lineæ à raſcetta ad auricularem, ſeruum peregrè proficiſcentem, ſeruituti magnæ & captiuitati ſubiectum eſſe minantur, vt multi dicunt.*



Carceres.

19 *Linea à raſcetta per concauum manus in fine curuata, ſecans vitalem et per montem pollicis extenſa, ſignificat ſeruum propria vita chariorẽ perdere.* 20 *Angulus ſupremus formatus in concauo (quod raró fit) & tubercula reliqua infortunentur, atque articuli ſint craſſi, ad ſeruitutem & captiuitatem plurimos inducit, & à captiuitate etiam liberari.* 21 *Saturnina a raſcetta furcata, aut interſecata in fine circa radicẽ Saturni, carceres, accuſationem, perſecutionem et fugam minatur: tales enim ſunt proditores, maledici, malorum morum, & referuntur ad ſimios & cercopithecos, ſiue ſimium caudatum ſiue catum vulgo dictum maimon.*

22




23



22 *Saturnina à raſcetta per triangulum ad primã Saturni iuncturam proueniens, ſi aliquæ lineæ ipſam interſecauerint, euentũ bonum deſtruit, anxietates, fugas, perſecutiones, carceres, accuſationes minatur: deniq; ea omnia quæ ad miſerã vitam conueniunt, vt Græci, Chaldæi et Arabes, et Latini aſſerunt: compertum ſæpè.* 23 *Saturnina à raſcetta ad radicem medij porrecta, continua & benè conditionata, naturali breui exiſtente, non tangente Saturninam, hominem inuidum & ſine ratione auarum notat, de vitæ periculo in carceribus periclitantem, ne iudicis ſententia pœna capitis, vel ſimili ſupplicio & ad minus perditione vnius membri damnetur.*

24



25




24 *Quædam linea exigua inter medium & indicẽ, & ad indicem recuruata, hominem alios in carcerem coacturum, & compulſurum notat.* 25 *Licet ſigna carceres denotantia abſolutè reſoluantur aliquãdo ab obſeſſorib. viarum, & aliquando aliarum rerum cauſa, dicunt tamen multi, quotquot lineæ fuerint intercidentes menſalem ſub medio digito, tot vicibus à ſicarijs & obſeſſoribus viarum impetum hominem habentem paſſurum.*


DE MENDACIBVS, CAP. XVI.

1  2  3 

1 *Menſalis, aut rami eius tendentes ad naturalem ſuperius, adulatorem, mendacem, placentem hominibus, quorum abſentiam verbis punget vt venenoſus ſcorpio, & murmuratorem notat: expertum eſt.*
2 *Multæ lineæ in monte pollicis interciſæ ſeu conglomeratæ, ſubtiles, defectum mentis & mendacium notant.*
3 *Linea quædam vt zona iuxta angulum ſupremum reſpiciens indicem, bilinguem notat, qui propria lingua lædetur.*

4  5  6 

4 *Manus paruæ, arguũt mendacia, adulationes, dolos & fraudes, & eò magis, quò fuerint digiti concaui & indiſpoſiti, ad inuicem non benè coniuncti.*
5 *Menſalis in cauea manus habens plures ramos riuuloſos, ſignificat hominem fellitum & concipientem in negotijs peragendis diuerſa propoſita et varia & ra r ò ea veritati accommodare.*
6 *Naturalis nimis breuis & diſcontinua, inconſtantiam verborũ arguit.*

 7  9 

Mendaces.

7 *Lineæ ſimiles arbori palmæ in principio naturalis, magnæ & curuæ, r ſpicientes inferius verſus montem manus, inconſtantiam & mendaci demonſtrant.*

8 *Angulus ſupremus valde ſeparatus mendacem notat.*

9 *Menſalis ramum ad medium, alterum ad indicem extendens, adulat rem & mendacem notat.*

10 11 12




19 *Litera F in loco Martis, falſum, mendacem, proditorem & ideo pat notat. Raro accidit, claudos, ſtrabones, lippitudinarios, gibboſos, aut aliqu corporis membro diminutos, eſſe veraces, imò plerumq; ſunt mendaces, frau dulenti & ſerpentinæ linguæ, quod aliqui negant, ſed falsò: quia habent cō plexiones terminatas cum commenſuratione membrorum. Deficiunt autem propria latitudine, deficit etiam talis complexio: viſum eſt ſæpè, vt qui per accidens, aliquo membro fuerunt mutilati, aut diminuti, qui prius fuerant laudabilis complexionis, poſt caſum & accidens facti ſunt Melancholici.*

11 *Color ruber obſcurus, mendacium, dolum, fraudes ſignificat.*

12 *Color liuidus, fuluus, aut cineritius, hominem notat mendacio non poſ ſe carere.*

13 14 15



13 *Cingulum Veneris in manibus, vaniloquos, inſipientes, inſatiabiles notat homines.*

14 *Digiti caui & non benê coniuncti ad inuicem, mendaces et leues notant homines.*

15 *Duæ paruæ lineæ concurrentes ex menſali ad radicem medij, arrogantiam, & cum mendacio inanem gloriam notant.*

Angu-

Mendaces.



5 *Angulus ſupremus ſeparatus & rugoſus multis lineis, à cœli influxu in-*
inationem minatur ad detrectationes, cauillationes, inuidiam & garru-
tatem.
7 *In loco coniunctionis hepatis cum vitali lineæ, inſtabilitatem ſine fide*
& conſcientia denotant.
8 *Angulus ſupremus valde ſeparatus, purum & lene ſpatium linquens, i-*
em ſignificat.



9 *Characteres aliqui in monte Mercurij, homines faciunt loquela graues.*
0 *Linea à brachio per raſcettam tranſiens ad auricularem, murmurato-*
em notat.

DE FVRTO, SIVE FVRIBVS,
Caput XVII.



Furtum, ſiue fures

1 *Figura Q multum extenſa in ſuperiori parte pollicis apud vnguem, furem notat.*

2 *Naturalis tortuoſa, diſcontinua & diuerſi coloris, ſignum eſt prauitati & furti.*


3 *Lineæ groſſæ & rubræ, à radice auricularis extenſæ per montem ve iuxta, mendaces homines, fures inordinatos & inſidiatores facit.*



4 *Lineæ quædam cicatricibus ſimiles, in auriculari non apertæ neq; claræ, nec benè coloratæ, hoc eſt cum rubedine clara, ſed obſcura ad nigredinẽ tendentes, homines fures & Mercurÿ conditionis oſtendunt, hoc eſt, inclinatos ad furtum: ſunt tamen ſummi ingenÿ in malis rebus & prauis moribus.*

5 *Linea groſſa tanquam inciſio, vel longa fouea in auriculari, obliuioſum furem notat.*

6 *Lineæ vt crux cum ramis reflexis ex vna parte in auriculari, hominem furem præſagiunt.*




7 *Linea quædam obſcura, inſpiciens inferiorem partem ſui, ab auriculari, hominem vitioſum, & furem notat: ſi verò talis linea ſuperius reſpiciat verſus medium, fur erit, ſi non furetur, ſaltem torturas patietur ſuſpicione furti, & ſemper negabit: & ſi talis figura fuerit rotunda, furem vtilem & potentem notat, ſed à furto abſtinentia demonſtratur.*

8 *Duæ groſſæ lineæ venientes, vna à parte interiori, alia ab exteriori, nec ſe tangentes, & medium dorſi pollicis tranſeuntes, magnam infidelitatem, & latrocinium ſignificant, nec in his confidendum eſt.*


In me-

Fures.




9 *In media naturalis vna foſſa, latronem notat, habẽtem oculos profundos.*
10 *Hepatis linea furcata verſus raſcettã, ſignificat malè mori, cauſa furti.*

DE DECOLLATIONE ET SVSPENdio, Caput XVIII.



1 *Menſalis coniuncta vitali, faciens angulum cum ea, deficiente naturali, decollationẽ improuiſam fortè ab inimico denotat, aliquoties ſententia Prætoris, pro correſpondentia aliarum linearum.*
2 *Menſali vitalis non coniuncta, ſed naturalem reſpiciens, timorẽ & periculum mortis dicit, cum euaſione tamen.*
3 *Linea circumambiens pollicem circa ſupremam iuncturam, ſuſpenſionẽ minatur.*




Decollatio. Suſpendium

4 *Linea arcualis(quæ eſt in dorſo digiti verſus iuncturam)ſi coniungatur cum alia arcuali(exiſtente in parte vngulæ,ſuſpenſionem atteſtatur.*

5 *Forma ſphærica perfecta apud vnguem in dorſo pollicis, ſuſpenſionem minatur.*

6 *Forma ſphærica perfecta ibidem reperta, quam linea transuerſalis diuidit per medium,ſuſpenſionem,aut ſtrangulationem minatur.*

7 8 9




7 *Linea continua,groſſa,in prima iunctura pollicis rubra,pollicem circundans,capitis amputationem notat.*

8 *Vna,aut plures lineæ arcuales inter primam et ſecundam iuncturam pollicis,in parte domeſtica,ſintque rubræ & craſſæ,ſuſpenſionem notant.*

9 *Prædictæ lineæ non valde circundantes pollicem,periculum cum euaſione.*

10 11 12




10 *Quadrangulus in angulo ſiniſtro, aut in triangulo,ſuſpendium minatur.dicit Hugo.*

11 *Rarò à ſuſpendio, aut mala morte euadunt habentes lineas principales infortunatas cũ reſiduo.quod multoties animaduerſum eſt in anatomizatis.*

12 *Linea ſemicircularis iuncta lineæ vitæ in ſiniſtro angulo,vel in alijs angulis,vel in triangulo,ſupendium aut crucem minatur.Vocant crucem Romani patibulum,ſiue furcam.*

DE CONBVSTIONE, CAP. XIX.



1 *Characteres tales circa primam iuncturam pollicis, inter initium vitalis & primam iuncturam, igne comburendum hominem oſtendunt.*

2 *Duo acuti anguli in quadrangulo, & ſi transuerſa linea eos ſecuerit, vel per directum tetigerit in inferiori parte quadranguli, igne periturum hominem affirmant.*


3 *Tres lineæ à prima iunctura pollicis, vel ſub pollice in vitalem, periculum ignis, & fortè mori igne notant.*



4 *Litera C in loco Martis, igne aut ferro paſſiones notat.*

5 *Linea tranſiens verſus angulum ſupremum quaſi in fine, & ſi eius maior pars fuerit in inferiori parte, igne mortem præſagit.*

6 *Plures lineæ coniunctæ, craſſæ & directè à vitali ad pollicem aſcendentes & contingentes, mortem igne prognoſticantur.*




Combuſtio.

7 *Si deorſum à pollice deſcendant vitalem non tangentes, periculum ignis ob commiſſum ſcelus & facinus, ſuperbiam, iracundiam, leuitatem et fugam minantur.*

8 *Manus extrinſecus infra ſupremam compaginem habens duas lineas inter ſe coniunctas, magnum ignis damnum minatur.*

9 *Duæ lineæ vitali adiacentes circa radicem pollicis, extra poſitas inter indicem & pollicem, hominem notãt igne damnum paſſurum, aut rebus, aut proprio corpore.*

10 11





10 *Vitalis ſuperius tumida in multis locis verſus pollicem, ignis cauſa labores multos minatur.*

11 *Figura C in loco Solis, læſionem ab igne minatur.*

DE SVBMERSIONE, SIVE SVFFOCAtione, Caput XX.

D*IVERSA eſt & varia ſuffocatio, vt in ſequentibus liquebit, ne quis ideò erret. Quidam herus ſimul cũ famulo incidit improuisò in ſterquilinium, famulo ibidem ſuffocato, aſtantiũ auxilio herus ſaluatur: qa vtrumq; ſimul et ſemel liberare non poterant. Alius quidam in vas nauale pice liquida plenũ incidẽs, ſubmerſus eſt. Aliqui (quod Spiræ me præſente accidit) in medijs cãpis & agris grandine & ventorum tempeſtate ſuffocati & ſubmerſi ſunt pluuiæ intempeſtiuæ violentia. Alij fumo carbonum in clauſo cubiculo accenſorum ſuffocantur, quod experientia in extremis Comitijs Ratiſponæ vidi de tribus miſeris ſutoribus: idipſum accidit meo conterraneo Nicolao de Hannon Athenſi ciui, in oppido Toleti, cuius fœtidiſſimũ cadauer è cubiculo extrahi iuſſi. Alij in puteis & ſentinis putrido ac venenoſo humore ſuffocantur, prout me præſente accidit in expeditione Arſenariæ: cùm nauigium noſtrum maximũ, in quo eramus 1600. perſonæ, præter equos, boues, & oues, & trecentas maioris ponderis Bombardas, & Commeatum, dictũ Galeon Andreæ Doria, magna tempeſtate continua vndis et fluctibus mirabiliter quaſſatum, ferè naufragium cũ omni contento pateretur, vnus explorator nauta annè nauigium in ſentina rupturas pateretur demiſſus illicò ab humore fœtidiſſimo ſuffocatus eſt. Secundus*

cundus nauta ibidẽ demiſſus ſimiles illicò & repentinas dedit pœnas, donec Nauclerus non ſibi bene conſcius, eorumq́ morã ægrè ferens, ibidẽ aſcendens eaſdẽ pœnas & tertius dedit: tandẽ inito conſilio inter Nautas de extrahendis eorum cadauerib, Nautã naturæ & cõplexionis fortiſſimũ, etiã inuitũ ad cadauera extrahẽda cogunt, qui nares aceto puriſſimo leniens, et odoriferis herbis et balſamo, facie velata, oculis vitro, ſiue ſpeculis ocularibus concluſis, auribus balſamo etiã vnctis, ore et gutture, et pectore modico cibo, ſed optimo quoq; vino dilutis, in ſentinam demittitur, quẽ vix viuum extrahunt: eius tamen opera vncis ad veſtimenta cadauerum, affixis, in carinã fœtidiſſima cadauera erecta mari ſepelienda (vt moris eſt) apparãtur, quorũ fœtor incredibilis etiam triduo totũ nauigiũ mirabiliter infecit. Alij alijs ſuffocationum diuerſarum generibus ſuffocãtur: vt quidam incarceratus pediculis ſæpè offenſus, ſtramina eiſdem impleta comburens, propter feneſtræ anguſtiam fumo ſuffocatus eſt in carcere. Itẽ Plinius aſſerit quendã acino vuæ preſſæ ſtrangulatum fuiſſe. Quidã præterea ſorbens lac, pilo paruo in lacte natãte, ſeipſum ſuffocauit, vt in Romana habetur hiſtoria. Alius bibens vinum, cuius gutta p inſolitum meatum ad pulmonẽ deſcendit, ſuffocatus eſt. Alij propemodũ infiniti mica panis ad pulmonem labente ex orificio gutturis, ſuffocantur, quod mihi ſæpè ferè accidit: hanc meæ mortis cauſam (quod auertat Deus) dubito futuram, aut aliã, vel tertiam, quæ hoc loco nõ cõuenit. Multæ igitur ſunt & variæ ſuffocationes, de quibus Cheiromanticus vix diſtinguere poteſt: nam etiam ſæpè in aquis multi, alij catarrho, aut Cynanche, aut ſimilibus accidentibus ſuffocantur, et vocatur à Cheiromanticis ſuffocatio, cuius indicia in manus lineamentis ſunt apparentia.


1  2  3 

1 *Mons manus multiplicatus multis lineis ſeſe in formam ſtellæ interſecãtibus cum multis radijs, ſubmerſionem denotat, præſertim ſi in vtraq; manu ſint.*

2 *Linea in interiori parte vltimæ iuncturæ pollicis arcualis, coniuncta dorſi lineæ, in aquis ſubmerſionem notat.*


3 *Forma ſphærica ſuper dorſum pollicis iuxta ſupremam iuncturam, ſubmerſionem in aquis minatur.*

Submerſio, ſuffocatio.



4 Linea ſcindens angulum ſupremum, extenſa ad aſcenſum, in aquis ſubmerſionem notat, præſertim quando maior pars dictæ lineæ fuerit ſuper dictum angulum. 5 Linea tortuoſa in monte Solis, hominem in aquis mori denotat.

6 Duo anguli acuti, in quadrangulo transuerſaliter iacentes, præſertim in ſuprema parte quadranguli, in aquis ſubmerſionem minantur.



7 Lineæ intricatæ in monte indicis, quotquot fuerint, tot in aquis pericula notant: ſi naturalem tetigerint, mortem etiam in aquis minantur.


8 Caruncula eleuata in monte indicis, multa infortunia in aquis notat.

9 Affirmant omnes & ego, ſi in acinis digitorum interius, ſiue in vltimis articulis, lineæ obliquæ, aut tortuoſæ per latitudinem digitorum extendantur, ſubmerſionem in aquis procul dubio ſignificant, ſecundũ diuerſas ætates: nã ſi in auriculari fuerint, in pueritia, ſi in medio, in media ætate, ſi in indicẽ, in ſenectute, ſi verò in pollice, in decrepitis annis. Antiqui affirmant eas eundem habere effectum, ſi inter primam & ſecundam iuncturam inueniantur.

DE SVFFOCATIONE INFANTIS, cauſa aut genitricis, aut nutricis, Caput XXI.


Palli-

Suffocatio.




1 *Pallidam lineam à radice indicis verſus pollicem, ſuffocationem geniti filij dicunt ſignificare: hoc affirmat Antiochus.* 2 *Lineam vitæ inter indicem & pollicem tumentem, ſuffocationem partus, ſeu alterius infantis dicūt ſignificare.* 3 *Menſalis in ſuperiori parte bifurcata, & pallore ſuffuſa, infantis mortem ſignificat cauſa genitricis ſeu nutricis.*

DE DIVERSIS MORBIS ET AEGRItudinibus, Caput XXII.



1 *Litera A in monte manus, varias ac diuerſas ægritudines notat.* 2 *Characteres Saturni in monte medij, ægritudinum multitudinem denunciant.*
3 *Linea à concauo extendens ramum ad brachium ſimilem radio, ægritudinem intra ſex annos: eiuſdem lineæ partes ſi ſint groſsiores verſus concauum, quàm ſunt circa brachium, infra duos annos denotant.*




4 *Lineæ paruæ iuxta radicem menſalis, ægritudines in prima ætate demonſtrant: iuxta medium, in media ætate: iuxta finem, in vltima.* 5 *Li-*

nea ru-

Aegritudines.

nea rubra & notabilis ſecans baſim trianguli, & tranſiens per concauum manus, ægritudinem oſtendit.


6 *Linea tortuoſa circa angulum ſupremum, præſertim ſi rubeat, ægritudinem intra annum ſignificat.*



7 *Angulus ſiniſter deficiens in manu, debilitatem ſtomachi & hepatis arguit, & per conſequens multas ægritudines. Stomachus enim eſt adulti corporis lebes in coquendo cibum, & inſtrumentum primæ digeſtionis: hepar verò eſt minera ſanguinis, & ibi decoquitur cibus, & alteratur ſecunda vice: ſi ergo iſta membra ſunt debilia, debilitatem corporis ſignificabunt, & multas corporis ægritudines.*

8 *Linea tortuoſa, fortiter reflexa in extremitatibus in monte pollicis, iuxta lineam vitæ, ægritudinem magnam illo eodem anno futuram oſtendit.*

9 *Si talis linea tortuoſa ſit ſuperius iuxta concauum apud vitalem, infirmitatem minorem, aut maiorem demonſtrat ſecundum ipſius præſtantiam.*





10 *Naturalis diuiſa à quibuſdam obliquis lineis, quotquot erunt, tot corporis paſſiones oſtẽdunt, et ſi tales lineæ ſint capillares, ex rheumate erit infirmitas: ſi fuerint mutilatæ, animi paſſiones ſignificant: ſi tortuoſæ, tantum infirmitatem notant.*


11 *Soror vitalis, vel Saturnina tortuoſa, lata, infirmitates et inopiam dicit.*

12 *Soror vitalis, in concauo diſcontinua, aut capillaris, exuberantiam ægritudinum minatur.*


Aegritudines.


13 

14 

15 

13 *Mons pollicis plenus rimulis, infirmitatum multitudinem oſtendit, etiamſi ſint orbiculi.* 14 *Scala vel gradus in indicis tuberculo, ſi ſint eius cacumina ſciſſa & annexa ſupra montem à transuerſalibus lineis, ægritudines corporis denunciat.* 15 *Planities in triangulo malè colorata, defectum caloris oſtendit, & ſic ægritudines.*

16 

17 

18 

16 *Naturalis à multis paruis lineis interciſa, malam digeſtionem affirmat, & dolores varios ex ipſa prouenientes, propter malam digeſtionem.*


17 *Triangulus liuidus, ſignum eſt corporalis doloris.*


18 *Linea per reſtrictam tortuoſa, tranſiens in vitalem, proximam ſignificat ægritudinem.*


Si pallida fuerit, eam præteriiſſe notabit, præcipuè ſi in fundo nigrior fuerit: & ſi fuerit rubra, futuram notabit ægritudinem, & hoc intelligendum eſt, ſi prope reſtrictam fuerit.

Incurabilis

Aegritudo mortalis.

19 

20 


21 



Aegritudines.

19 *Litera C in monte Lunæ, multas indicat infirmitates.* 20 *Vnica linea in prima iunctura quatuor digitorum interſecata à pluribus lineis, longam oſtendit infirmitatem cum difficultate ſalutis.*

21 *Naturalis ab vna aut duabus lineis interſecata, metaphorizando vt crux in directo digiti medij, aut auricularis, & ſi rubra ſit, intra annum ſequitur mors, aut mortifera ægritudo.*


Hepatis dolor, Epilepſia Rheuma.



22


23

24


22 *Figura D in loco Martis, dolorem hepatis minatur & infirmitatem.*
23 *Naturalis obtuſa, Epilepſiam denotat. Notandum, Apio ſæpe vtentes Epileptici fiunt.*
24 *Naturalis ſubtilis & pallida, debilitatē cerebri & complexionis oſtendit: & ſi rubeſcat, velociter dolebit etiam ex Rheumate.*


Ca pitis do lor in cu ra bilis.


25



26

27


25 *Figura G in radice annularis, ægritudinem capitis oſtendit.*
26 *Naturalis coloratior in vna parte, quam in altera, ſi in principio capitis, infirmitatem notat.* 27 *Naturalis quaſi diſperſa, ita quòd vix videatur linea in inferiore parte ſui, vltimum defectum rerum, & ſanitatis nullum atteſtatur remedium.*

Aegritudines. Capitis dolor.










28 *Naturalis malè colorata, & malè fixa, & diuerſificata diuerſis lineis; multas ægritudines declarat, & obuiationes, & citò percipere temporis mutationes, vtputa frigidas & calidas, & applicationem ſereni temporis, nebuloſi, aut pluuioſi.* 29 *Linea hepatis rubra verſus vitalem aut naturalem plus quam alibi, dolorem capitis ex vitio hepatis, aut ſtomachi.*

30 *Vitalis rubens in medio, et tendens ad brachium, dolorem dicit capitis.*

Capitis dolor. Rheuma. Vulnus in oculo.










31 *Vitalis rubicundior in ſuperiori parte quam inferiori, infirmitatem capitis minatur.* 32 *Naturalis groſſa, & nimio pallore ſuffuſa, diſcontinua atq; rugata, debilitatem corporis, & capitis ægritudinem, vel dolorem circa tempora ex rheumate promittit.* 33 *Litera C in monte pollicis, vulnera in oculis, ferro aut igne oſtendere videtur, & inde ægritudinem.*

Læſio oculi. Cæcitas oculorum. Oculorum dolor intenſus.








Aegritudines.


34 *Litera O, vel punctus circa vitalem et reſtrictam, quotquot fuerint, tot erunt læſiones in oculis* 53 *Litera C in radice Medici, deſtructionem & infirmitatem oculorum notat. Item litera O, vel fouea in radice Medici, ſiue punctus, infirmitatem oculorum notat. Item litera O, perfectum orbem non claudens, cæcitatem, aut alia in oculis notat accidentia.* 36 *Litera D in loco Lunæ, oculorum ægritudines valdè intenſas notat.*

Oculorum dolor. Oculi dolor. Excæcatio.


37



38



39




37 *Naturalis habens quædam puncta inordinata, dolorem oculorum minatur plerumque ab antecedente cauſa.* 38 *Nota quædam in naturali verſus vitalem, oculi ægritudinem deſignat.*

39 *Angulus ſupremus non coniunctus, & ſemicircularis linea eum locum ſcindens, vbi prædictæ lineæ angulum facere debent, & vnum caput prædictæ lineæ partes brachij reſpiciat, excæcationem notat.*

Cæcitas. Oculi perditio. Cæcitas.


40



41



42






40 *Orbiculus in medio lineæ Solaris, aut tuberculo Solis, cæcitatē notat.*

41 *Vnica linea in media iunctura quatuor digitorum, & in alijs iuncturis, ſi fuerint duæ, vnius oculi ſignat perditionem.*

42 *Orbiculus vel circulus in vitali, oculorum amiſſionem notat: expertum eſt ſæpè.*




Orbi-

Læſio oculorum. Oculorum dolor. Apoplexia.

43 *Orbiculus in percuſsione manus, aut plures, oculi læſionem notăt, et p̄cedit à cauſa primitiua.* 44 *Litera C in loco Lunæ, in oculis malum aliquod notat. Apoplexia eſt oppilatio omnium ventriculorum cerebri ab humiditate phlegmatica non permittens ſpiritum animalem diffundi per neruos, vnde corpus priuatur ſenſu & motu: & hæc ægritudo conſueuit accidere potatoribus & comeſtoribus, qui quotidie inebriantur. poteſt etiam alÿs accidere multis de cauſis, prout teſtantur Medici.* 45 *Litera C in monte annularis, repentinam mortem videtur arguere.*

Apo ple xia








46 *Linea parua à fine menſalis ad radicem indicis, ſubitaneam mortem oſtendit, præſertim quando quædam lineæ venientes ab angulo ſupremo, iungantur cum ea iuxta radicem dicti digiti.*

47 *Litera C in loco Lunæ, arguit mortem repentinam.*

48 *Vna linea in qualibet iunctura digitorum, ſubitam mortem præſagit.*

Subi tanea mors.


Aegritudines.

49 *Quædam lineæ concurrentes in monte manus et obliquæ ad inuicem, & quaſi repugnantes in ſubito concurſu, mortem repentinam indicant.*

50 *Vna linea in prima iunctura quatuor digitorum, mortem ſubitam indicat.*

51 *Duæ lineæ in fine menſalis, vel plures directè tendentes ad radicem indicis, & in ipſam intrantes, mortem ſubitaneam arguunt.*

Mors repentina, Mors febre acuta.




52 *Naturalis breuis ſecans menſalem ſub medio digito, improbū notat hominem, moriturum in iuuentute violenta aut repentina morte. Galenus ſecundo Aphoriſmorum, acutas febres magnas eſſe affirmat, velocem motum habentes, ideo neceſſe eſt vt citò veniant ad ſtatum, & maximo moueantur motu, qui Kriſis dicitur.*

53 *Linea inter indicem & medium groſſa, & rubra in medio, & arcualis in fine, mortem febre acuta minatur.*

54 *Menſalis acuta, procedens inter duos digitos verſus primam iuncturam indicis, mortem febre acuta arguit.*

Catar rhus Ethica paſsio.



55 *Naturalis oblonga vſque ad percuſsionem, materiam deſcendentem à capite denotat, & per totum periodum vitæ nunquam eſt ſine materia deſcendente ad aliquam partem ſui corporis.*




56 *Terminus verus naturalis, eſt vſque ad finem caueæ manus, ſi vlterius protendatur, malam cerebri fixionem cum natura notat. Ergo Catarrhum, & in ſenectute demōſtrat ægeſtatem. Phthiſis eſt detrimentū deſiccationis & con-*

Aegritudines.

& conſumptionis, cadens in corpus calore febrium habitudinalium minuta- rum, & exuberationis pulmonis, & alteratio huiuſmodi cauſam habet ex ræcedente diſpoſitione, Catarrho acuto alteratiuo inſtillante, et imprimen e in pulmonem, hora poſt horam, ſicut accidit ex frequenti deſtillatione ſu- ra petram. Rarò autem accidit hæc paſſio pueris & ſenibus, & ſi tamen nterdum ſenibus accidat, occultari poteſt in eis, & diu viuere poſſunt cum lla. Expoſiti autem, qui cadunt in Phthiſim, ſunt qui habent cerebrum de- bile, & pectus ſtrictum in creatione ſua, & humeros alatos, ſicut ſunt cur- uaturæ alarum auium, & collum ſubtile, & longum, & depreſſum inter a- las, & humeros, vt ſibi ſit eminentia epiglottis, & naſus ſit curuus, et citò ad ram commoueantur.

57 *Baſis trianguli magis rubens in contactu naturalis, ſignum eſt fœtidi pectoris, oris, & vniuerſalis caloris, ſeu diſpoſitionis Ethicæ paſſionis.*

Febris | Ethica paſsio. | Phthiſis.




58

59

60


58 *Manus calida, macilenta & ſicca, & cutis eiuſdem ſubtilis, ſiccitatem & propinquam febrem notat.*

59 *Vngues curui cum digitis macilentis, denotant Ethicam paſsionem.*

60 *Hepatis linea, aut pulmonis in oppoſito medij digiti finiens, denotat diſcraſiam, ex qua ſequitur Phthiſis.*

Stomachi ægri tudo.

61

62

63


Stomachus eſt organum digeſtionis, primi Chyli generatiuus, vnde ſicut Meſaraicæ ſūt præparatoriæ digeſtionis hepatis, ita os ſtomachi, vnde Aui-

cenna,

cenna: Nutriens in maſticatione aliquam habet digeſtionē, cui deſeruit M ri ſeu oeſophagus à parte ſuperiori, dicēdum cibaria eidem, & inteſtina cum meſaraicis ad expellendum nociua, & diſtribuendum vtilia digeſta & chi loſara in eo, ideo vocatur lebes corporis: cum enim ſtomachus lapſus eſt, to tum corpus labitur.

61 *Litera G in radice annularis, procliuem hominem facit ad ægritudine ſtomachi.*

62 *Litera D in monte Mercurij, malè colorata, dolorem ſtomachi arguit, vel circa.*


63 *Litera D in loco Lunæ, ſtomachi infirmitatem portendit.*

Stomachi dolores.




64 *Linea hepatis diſcontinua, pallida, & malè colorata, ſignificat paſſi onem & infirmitatem ſtomachi, & iecoris, & per conſequens malam dige ſtionem* 65 *Manus mollis & debilis, carens linea hepatis, defectum & dolorem ſtomachi notat.* 66 *Triangulus in angulo ſiniſtro, vel aliquod ſimile, ſtomachi debilitatem arguit.*


Animi dolor.



Colli dolor.



Apoſtema.



67 *Homo cum altero loquens manusq́ percutiens, à qua percuſſione non poteſt abſtinere, animus illius notatur imperfectus, et paſſionibus obnoxius ex animi paſſione, qua affligitur, & talis dicitur ſtudioſiſſimus amicorum.*

68 *Naturalis à medietate verſus pedem rubens, dolorem colli infert.*


Apoſtema eſt tumor præter naturam, qui accidit in diuerſis membris, in corpore animalis. Species vero Apoſtematum ſunt multæ, quarum cognitio Medicis nota eſt.

Parua

Aegritudines.

69 *Parua manus, digiti groſſi, Apoſtemate mortem (quod ſæpè expertum eſt) ſignificat.*

Apoſtema mammillarum, Cordis dolor.






70 *Saturnina à vitali per concauum tranſiens inter indicem & medium, quam menſalis ſoror extenſa verſus radicem indicis ſcindit, Apoſtema, aut læſionem mammillarum notat.*

71 *Menſalis inter medium & indicem veniens, & in fine ſui ſubtilis & rubra, in mulieribus Apoſtema mammillarum & vulnera pectoris arguit, quæ ita accidere poſſunt, ſi mulier à Cheirurgo vulneretur ſcindendo aut cauterizando dictas mammillas.*

Poteſt & mulier gladio vulnerari & interfici, ſi malam habuerit manus diſpoſitionem. Accidit interim in vberibus mulierum ragadias ſeu ſciſſuras venire in papillis, maximum dolorem cauſantes. Medicis in tali cura multum laborantibus, multoties eas liberari vidi, liniendo linimento liquido recenti facto ex farina amili & aqua roſæ, & eſt ſingulare medicamentum, & ad excoriationem à calciamentis cauſatam, & in infantibus, quando vrina excoriat nates & eorum coxas, & etiam propter nimiam ambulationem factam.




Dicit Conciliator, ſiue Petrus Apponēſis, aut de Ebano, ſuper meſue de Cardiaca paſſione, quod omnium accidentium aduenientiū corpori humano intrinſeca cauſa, vel extrinſeca, primus concurſus ſit ad baſim, in qua naturalis vigor ſpirituū et virtutum omniū ſigillatim creatur, ſpiritus ſapientiæ, ſedes animarum ac vitæ, naturale principium motus & quietis, quo deficiē te nulla amplius corpori dari poſſunt ſuffragia, quo mortuo continuo moriuntur omnia membra. Cor enim eſt terminus omniū operationum animæ rationalis: in cerebro quoq; omnes hæ & illæ incipiunt operationes, & in corpore ſuſcipiunt complementum. Sua virtus eſt tanquam forma omniū membrorum, irradians & viuificans virtutes organicas in perfectione. In memoria verò eſt nō intelligibilis formæ: quia Deus glorioſus, ſicut diuini decoris ratio poſtulauit, membrū curis ſollicitū rectificare curauit: corde igitur alterato, alterantur cætera mēbra & virtutes corporales, eo quoq; confortato cuncta confortantur 72 *Linea igitur à principio vitalis procedens vt arcus, cordis dolorem minatur, vt aiunt illuſtres patres Chyromantici Chaldæi.*

Renum dolo res.

73

74

75


73 Craticula ſiue ſcala in tuberculo Saturni, renum dolores notat.
74 Characteres aut ſigna in monte Lunæ, dolores renum ſignificant.
75 Menſalis cum ſemicirculo in oppoſito medij, aut inter medium & medicum, morbum renum indicat: vt ſæpè expertum eſt.




Renum dolor. Iliacus dolor, Cholera Melancholica.

76

77

78


76 Foſſulæ ſub medico, aut auriculari, ſiue grana vel puncta, dolorem renum notant.

Hypochondria ſunt à latere ſub coſtis, Ilia vero ſupra anchas, Iliaca autem paßio in inteſtinis gracilibus. Cholicus dolor ſeu Cholica paßio, eſt in inteſtinis grandioribus, præſertim in inteſtino dicto colon: in hoc autem loco largè ſumitur pro vtraque paßione. 77 *Scala vel craticulus in monte Saturni, Iliacos dolores oſtendit.* 78 *Saturnina à raſcetta vel prope per medium manus decurrens vſque ad radicem Saturni, à paruis lineis interſecta, arguit Cholericos, & Melancholicos morbos.*

Morbus gallicus. Mors fluxu ſanguinis.

79

80

81


Tempo-

Aegritudines.

79 *Tempore Pontificatus Alexandri ſexti, viguit quædam ægritudo, quæ morbus gallicus dicitur, laborantes eo morbo habebant lineam hepatis malè complexionatam, aut locum talis lineæ malè conditionatum, hepar magnum, colorem faciei turpem, & faciem vlceratam, præſertim viſum.*


80 *Naturalis ramuſculoſa in principio, morbum Gallicum oſtendit, aut lepram: ſæpè expertum eſt.*

Fluxus ventris, multæ ſunt ſpecies, quæ ſunt Chiromantico incomprehenſibiles, ſicuti lyenteria, quæ cauſatur à Catarrho, deriuante à cerebro ad ſtomachum, ad inteſtina: aut dyſenteria, id eſt, diſſipatio inteſtinorũ per materiã inordinatã, quæ vlcerat inteſtina, aut, & melius, lyenteria quæ eſt fluxus ventris cum leuitate ſtomachi & inteſtinorum, in qua cibus et potus indigeſtus, quaſi in eadem qualitate, qua ſumitur, per ſeceſſum emittitur, aut diarrhœa, quæ eſt ſola humoris amiſſio, aut fluxus ſanguinis, nariũ, aut propter vulnera illata, aut fluxus phlegmaticus, qui fit duobus modis, vno modo dicitur Gonorrhœa, alio modo noctis pollutio. Gonorrhœa, teſte Galeno, nomen eſt Græcum, compoſitum à Gonos græco, quod germen, ſeu ſemen, & rhœa, id eſt, fluxus, vnde gonorrhœa inuolũtarius ſeminis fluxus, & eſt abſque veretri erectione. Pollutio eſt expulſio proprij ſpermatis, tempore noctis in ſomno, in hoc actu fit magna ſpermatiſatio. Species autem fluxus, vt dictum eſt, multæ ſunt & inconſiderabiles, vt Dyſenteria, Diarrhœa &c.

Fluxus ventris. Lyenteria. Dyſenteria. Diarrhea. Fluxus ſanguinis. Fluxus phlegmaticus. Gonorrhœa. Pollutio.

81 *Linea igitur groſſa & rubra inter indicem & medium, mortem fluxu ſanguinis minatur, dum non contingat menſalem.*

Fluxus, Mors fluxu ſanguinis



82 *Linea à tuberculo Saturni ingrediens inter medium & indicem, ſi fuerit pallore ſuffuſa, fluxum ventris ſignificat.*

83 *Naturalis cum menſali coniuncta ſub medio, mortem ex magna fluxus infirmitate notat.*

84 *Menſalis inter medium & indicem, mortem ex fluxu ſanguinis præſagit.*


Aegritudines.

Fluxus ventris. Lepra.

85



86



87



85 *Lineæ paruæ & inordinatæ in monte manus, fluxum ventris denotāt.*
86 *Multæ lineæ, aut vnica tantum, in fine menſalis reſpiciens quadrangulum, fluxum Cholericum denotat, & quot ſunt lineæ, tot ſunt fluxus.*

Lepra. *Lepra (teſte Auicenna) eſt infirmitas mala, proueniens ex aſperſione Choleræ nigræ in toto corpore, ex qua corrupitur complexio membrorum, forma & figura ipſorum, cuius lepræ quatuor ſunt ſpecies, quas Chiromanticus in ſpecie ignorat, in generali autem aliquid poteſt iudicare.*


87 *Vngues cadētes cum facilitate, ſine cauſa manifeſta, prout eſt læſio aut combuſtio, & his ſimilia, lepram denotāt. Et talis figura V in ſuperiore parte pollicis, lepram indicat.*

Lepra. Phreneſis. Paſsio veſicæ


88



89



90





88 *Lineæ tortuoſæ in principio vitalis, tendentes verſus montem pollicis & ſi quædam alia lineas prædictas ſecet, futuram lepram minatur.*
89 *Menſalis acuta intrans quaſi duos digitos, tangens primam iuncturam indicis, & vehementer rubra cum maxima acuitate atque ſubtilitate, Phreneſim notat.*
90 *Menſalis grana pallida ferens, ex quibus virgulæ pallidæ aut rubræ naſcuntur, paſsionem veſicæ notat: ſi in manu mulieris, matricis, etſi in actu non patiuntur, ſunt tamen ad hunc morbum inclinati.*

Satur-

Aegritudines.

Neruorum ægri tudo. Febris quartana

91

92


93


91 Saturnina à raſcetta ad radicem medij cum exuberantibus lineis in medio tuberculo, neruorum ægritudinem exponit.

92 Characteres Saturni in monte Saturni, aut alibi, neruorum ægritudinem notant. Etiam triangulus rugoſus idem indicat. 93 Saturnina ad tuberculum medij malè diſpoſita & interſecata, quartanam notat.


Febris quar tana. Peſtis


94

95

96


94 Menſalis malè conditionata cum linea ſuprà dicta, quartanam dicit: quia in quartanarijs ſplen tumeſcit, & menſalis ſplenis denotat conditionē.
95 Scala, vel craticula in monte Saturni, quartanā ſignificare videtur.
96 Menſalis aliquando intrans inter medium & indicem, groſſa cum rubedine, peſtem notat.

Melan cho lia.


97

98


99


Aegritudines.

97 *Naturalis vltra manus foſſam paulatim profunda, timidi cordis ſigna oſtendit, & Melancholiam denunciat, atque hominem profundarum cogitationum.* 98 *Triangulus paruus in pede naturalis, denotat metum vbi non oportet, & Melancholiam.* 99 *Naturalis habens duo capita in inferiori parte, defectum mentis præſumit, & ergo timiditatem & Melancholiam.*

Melancholia. Poda gra.







100 *Grana rubra, circa vitalem protenſa, verſus montem pollicis, Melancholiam notant, & hominem profundarum cogitationum. Item ſi naturalis cum vitali angulum ſtrictum faciat, puſillanimem & Melancholicum notat.*

Arthretica eſt doloroſa diſpoſitio artuum propter exuberantiã phlegmatis, vel calorem humorum currentium ad iuncturas, & ſecundũ quod ipſi humores ad diuerſas corporis partes decurrũt facientes dolorem, ſecũdum hoc pro diuerſis membrorũ nominib. fit ſpecies Arthreticæ, quæ dicitur Cheiragra. Si aũt tales humores currunt ad ſciam, ſiue neruum ipſius ſciæ, & ipſe repleatur (ſituatur enim talis neruus inter lacertas et coxas) faciũt iſchiaticã lubricare, vnde dolor fit in coxis & anchis, quandoq; in vna tantũ, quandoq; in vtraq;, et eſt dolor per crus ad minimũ pedis digitum deſcendens, & hæc paſſio iſchiatica dicitur, ab iſchion habens ſuũ principium. Quando verò deſcendit à genu, dicitur genugra: quando aũt ad pedes podagra. Chæromanticus non diſcernit ſpecies Arthreticæ: ſufficit enim intelligere et prædicere dolores, et cauſas quæ talia mẽbra cruciant. 101 *Granula rubra et diſperſa, podagrã notãt.* 102 *Mẽſalis intrans inter mediũ et medicũ, rubra et groſſa, et ſi ab ea multæ lineæ procedãt, et ipsã nõ tãgãt ſurſũ, podagra mortẽ indicat.*

Iſchiatica Genugra Podagra.

Dolor iuncturarum. Podagra. Teſticulorum dolor.






Litera

Aegritudines.

103 *Litera D in triangulo, dolorem iuncturarum notat.* 104 *Multæ lineæ in fine menſalis, verſus quadrangulum, et ſi ſit menſalis valde obſeſſa à multis lineis, ſignum eſt Podagræ.*


105 *Menſalis obſeſſa à duobus ſemicirculis, aut vno tantùm in dorſo lineæ & ſit connexa ſub auriculari, vel circa, infortunia in teſticulis aut priapo minatur, vt infinitis vicibus expertum eſt.*

Genitalium ægritudines.



106 *Litera C, ſeu forma ſphærica circa naturalem, dolorem genitalium notat.* 107 *Menſalis alijs rubrior principalibus, dolorem ſiue infirmitatem genitalium notat.* 108 *Menſalis pallida, debilitatem arguit genitalium atque teſticulorum.*

Genitalium & inteſtinorum ægritudo.



109 *Menſalis in principio ramoſa atque obtuſa, præſertim ſi forma ſphæca, aut ſemicircalaris cum eadem reperiatur, teſticulorum ægritudinem & genitalium notat.*

110 *Foſſula in menſali, in diametro digiti minimi, vel circa, genitalium ægritudinem, ſeu in partibus inferioribus ſignificat.*




111 *Menſalis alijs principalibus lineis rubrior, dolores inteſtinorum, & talium partium notat.*

Volunt omnes expertiſſimi Chiromantici, prout Hermes & cæteri Chaldæi, quod menſalis ferat teſtimonium ſuper renes, veſicam, matricē, ventrē ſplenē, virgam, teſticulos, femora, inguina, ideoq; diſiunctiua datur ſententia.




Menſa-

Aegritudines.

Ventris & Coſtarum dolor & fluxus.

112  113  114 




112 *Menſalis fracta, interſecata & pallida, malam ventris diſpoſitionem notat.* 113 *Puncturæ paruæ in hepatis linea vel circa, duritiam ventris, & coſtarum dolorem & malitiam notant.* 114 *Menſalis ſtricta, pallida, non profunda, diſcontinua, ſecta per alias inæquales, dolorem ventris, & eius fluxum notat.*

115  116  117 

115 *Vitalis rubicundior in parte inferiori, infirmitatẽ ventris, vel partium inferiorũ notat* 116 *Tempus futuræ ægritudinis ita noſcitur: ſi quædã lineæ paruæ ſint iuxta radicẽ menſalis, erũt infirmitates in 1ª. ætate, et ſic de alijs.* 117 *Litera C in loco Lunæ, hominem notat lõga infirmitate afflictum iri.*

DE VVLNERIBVS CAP. XXIII.

Capitis vulnera. Mors.

1  2  3 

1 *Quot lineæ naturalem ſuperius ſciderint, totidem vulnera circa caput, collum, aut guttur notant.* 2 *Menſalis angulum faciens cum vitali deficien-*

te na-


te naturali, vulnus ex improuiſo, et fortè incidere in manus inimicorum, qui caput abſcindent. Notetur, ſi in manu ſit ſignum ſuperandi inimicos, nec ne, in ſuo capitulo videndum eſt. 3 Menſalis inter duos digitos extenſa, læſionem, aut vulnus capitis, mortem aut grauem offenſionem oſtendit, quando ſcilicet in vltima ſui parte eſt protenſa, groſſa & rubra, ſi ſit ſubtilis & inferior, circa faciem & gulam læſio erit, ſi maiori cum vigore in dextra fuerit, erit offenſio in dextra parte, & ſi in ſiniſtra manu, & in ſiniſtra parte fiet læſio, prout quotidiè experimur.

Vulnera ca ptis.



4 Multæ rimulæ iuxta pollicem, multa vulnera in iuuentute manifeſtant.
5 Multæ rimulæ circa menſalem, multas læſiones capitis oſtendunt, ſi groſſæ, in capite, ſi ſubtiles, in fronte, facie, collo, aut gula.
6 Linea quædam à menſali rectè ſcindens indicem, & alijs pluribus circa radicem eam interſecantibus, vulnus circa frontem vel caput notat, ſi menſalis ſit extenſa, groſſa & interſecata ad radicem indicis.


Vulnera capitis. Vulnus pectoris.



7 Tres, vel plures curtæ lineæ deſcendentes à radicæ indicis, vulnera capitis, vel colli ſignificāt, quæ ſi groſſæ fuerint et rubræ, futura vulnera notāt, ſi ſubtiles & pallidæ, præterita. 8 Lineæ rectæ inter primum & ſecundum articulū indicis, quotquot ſunt, tot ictus in capite notant. Similiter menſalis ſi ſit extenſa inter indicē, et medium non attingat, ictus pollicentur, ſed non mortales, ſed non attigerint vtramq; iuncturā, ictus capitis, non tamen ferro euenturos notabunt. 9 Lineæ paruæ, breues & conuicinæ, tuberculū medij aſcendentes, per tuberculum æquè diſtantes, vulnera in pectore arguunt.

Vulnera.

Pectoris vul nera.




10 *Multæ rimulæ rubræ & ſubtiles, ſcindentes menſalem iuxta radicem, multa vulnera, aut læſiones in pectore arguunt.*

11 *Menſalis ſubtilis, rubra, ad radicem indicis extenſa, & ſi binæ lineæ eam ſciderint, vulnera in pectore denotat.*

12 *Menſalis rubra, ſubtilis, in directo medij et indicis, in eiuſdemq́ radicem intrans, & inter indicem & medium, vulnera pectoris indicat.*

Vulnera circa ventrem.



13 *Naturalis diuiſa, ſiue interſecata in medio à quadam linea, circa dorſum aut ventrem vulnus indicat.*


14 *Lineæ quædam groſſæ & paruæ, deſcendentes à radice medij per montem ipſius, plagas in ventre videntur oſtendere.*

15 *Multæ rimulæ groſſæ, ſcindentes menſalem iuxta indicem, vulnera ſiue læſiones circa ventrem notant: ſi ſit ſubtilis inferius, idẽ magis denotat.*

Notandum, quòd vulnera intelligi poſſunt aut à cauſa primitiua, vt eſt cõbuſtio, flagellatio, et caſus ab alto, aut à cauſa antecedente, hoc eſt, humorali, vt Apoſtema, Bothor, Excauatio, Vlcera, et ſimilia, quæ Cheirurgus aliquando incîdit, cauterizat, ſeu facit operationes, quæ cauſant vulnera. Verum Phyſiognomus, aut Chiromanticus ad talem particularitatem non peruenit: ſat enim eſt illi dicere læſionem, et ſi non determinet cauſam, aut originem illius læſionis, vulnerationis, ſeu percuſſionis.


Vulnera.

Renum, cordis, Coxæ vulnera.



16 *Lineæ paruæ, groſſæ & rectæ, deſcendētes à radice annularis, in renibus vulnera notant. Auicenna quarta quarti, cap. 2. dicit, quod aliqua membra ſunt, in quibus, quomodocunq; cadant vulnera, magnificantur eorū nocumenta, et tametſi aliquādo vulnus in talibus locis nō interimit, rarò tamē accidit: membra aūt ſunt, veſica, cerebrū, renes, inteſtina minuta, hepar, quāuis (vt dictum eſt) vulnerati in talibus locis aliquando euadunt, cùm eſt vulnus leue. Si autem in corde vulnus accidat, ſemper ſalus ab illo deſperatur: nā cor eſt baſis & fundamentum vitæ, quo vulnerato, & vita deficiat, neceſſe eſt. Oſtendendum ergo quæ ſigna vulnera reſeruare non poſsint aliquo medicamine, vel artificio, & quæ ſæpiſsimè ſubito interficiant.* 17 *Linea circularis in vitali, vulnera in corde denotat.* 18 *Linea recta, benè colorata à radice Medici extenſa per medietatem digiti, ſecata à quibuſdā lineis, vulnera in coxa notat: ſæpè expertum eſt. Princeps medicorum quarta quarti ca. 3. dicit, vulnera quæ cadunt ante genu apud rotulam, ſunt periculoſa & inſanabilia, & ſi ſanantur, raro fit, & cum difficultate, & hoc accidit propter ſæua accidentia quæ illi loco eueniunt.*

Genuum, Brachiorum & Manus vulnera.



19 *Lineæ in radice auricularis, vulnera in genibus notant.* 20 *Duæ lineæ ſubintrantes medicum cum auriculari ſecundum longitudinem, vulnera in genu, aut infra ventura notant. Manus magnæ dicuntur, quæ ab humeris vſq; ad digitorum extrema ſunt.* Manus magnę. 21 *Lineæ igitur quædam groſſæ, & rubræ, à menſali extenſæ per montem auricularis, non tangentes radicem, vulnera ſeu plagas in brachijs, aut manibus notant.*

Vulnera.

Brachiorum vulnera Periculum à feris.




22 *Quot erunt lineæ inter annularem & auricularem, tot erunt læſiones in manu magna, ſed quando ſunt in fine pulchræ circa principium digitorum in illa parte, in qua ſunt vigoroſiores lineæ, erunt & læſiones maiores.*

Reſoluuntur aliquando tales lineæ effectiuè in vulnera cum effuſione ſanguinis, aliquando fit combuſtio ſine ſanguinis effuſione, aliquando diſſolutio & fractura, aliquando per ſignum carceris per torturam funiculum, aut patibulum, aliquando per Apoſtema, quod Medici incîdunt, aliquando ſignificatur ignis, combuſtio, et multi mutilati sũt membro aliquo: expertum eſt.

23 *Rimulæ ab auricularis radice ad ſecundum articulum, percuſſiones, infirmitates, vel impedimenta in brachijs notant, præſertim quando ſunt benè coloratæ & eleuatæ.*

24 *Figura ſphærica completa, benè apparens & circumſcripta, boni coloris, inter feras periculum vitæ notat.*

A feris vulnerari ad mortem.




25 *Triangulus in ſupremo angulo connexus, ſed parum diſtans à vitali et naturali, à feris dilaniari, aut grauiter offendi notat.*

26 *Naturalis tortuoſa malè diſpoſita, diſcontinua, hominem à beſtijs occidi notat, aut magnum imminere periculum, præſertim ſi fuerit circumſcripta, & obſcura.*


27 *Figura ſphærica circa naturalem obſcura, & non circumſcripta, à feris interfici notat.*

Trian-

A canibus morſu vulnerari.










28 Triangulus prope menſalem, aut vitalem, morſum canis ex improuiſo minatur. 29 Lineæ curuæ inter ſpacium iuncturarũ alicuius digiti per rectã poſitionem, morſum canis vel quadrupedis minantur: expertum ſæpiſsimè.

30 Duæ paruæ lineæ in percuſsione manus, à beſtijs & præſertim à cane morderi notant.

Caſus ab equo & colli denodatio. Præcipitium.









31 Duæ lineæ coniunctæ in angulo in cacumine vitalis, verſus tuberculum pollicis, caſum ab equo denunciant.


32 Tranſuerſalis linea dictum angulum & vitalem diuidens, colli denodationem tali caſu notat.

33 Litera C in quadrangulo, inclinationem præcipitij notat.

Præ cipi tium.










34 Lineæ in monte manus verſus dorſum, à percuſsione facientes angulum acutum in monte, caſu aut præcipitio mortem notant.

Vulnera.

35 *Soror vitalis in concauo ab alia linea ſecata, caſum ab alto cum læſion notat: expertum eſt.*

36 *Duæ lineæ prope radicem tuberculi Solis, facientes angulum acutum verſus digitum, præcipitium aliena vi notant.*

Præci pitium. Vulnus à ſagitta.




37 
38 
39 

37 *Linea ſcindens vitalem verſus reſtrictam, præcipitium ex alto notat*

38 *Litera C in loco Martis, quandoque caſum ab alto notat.*

39 *Linea quædam à vitali deſcendens circa angulum ſupremum, reſpiciens inferius, à ſagitta vulnerationem minatur.*



Vul ne ra.

40 
41 
42 

40 *Angulus ſupremus non coniunctus, ſed ſi propinquæ ſint lineæ, in mi tiam proficiſci notat, & ibidem ſociorum cauſa vulnerari & iacturas pati*

41 *Linea duorum capitum, diuidens naturalem, vulnera & paſsiones oſtendit.*

42 *Duæ paruæ lineæ coniunctæ circa naturalis finem, vulnera indicant.*



43 
44 
45 

Angulu.

Vulnera.



43 *Angulus ſupremus non coniunctus, ſed diſtans cum vicinitate linearū, nigrationē in bellū notat, in quo ſocietatis cauſa vulnera & damna patietur x improuiſo.* 44 *Menſalis nuda, ſine ramis ad radicem vſq; indicis, graue ulnus notat, quod ſæpiſſimè expertum eſt.* 45 *Linea à monte pollicis er vitalem interſecans menſalem, miſeram mortem propria culpa notat.*

46

47

48





46 *Linea in fine ſubtilis, à radice pollicis per montem deſcendens ad vitalem & naturalem, vulnera & læſiones oſtendit.* 47 *Menſalis ad radicem indicis perueniens ab alijs lineis ſciſſa, vulnerari ab inimicis notat.*
48 *Litera C in loco Solis, percuſſionem ferro notat.*

Brachiorum vulnus. Subita mors.

49

50

51


49 *Linea à vitali extenſa ad auricularem, vel circa flexa, vulneris ſaltem periculum minatur, & talia vulnera plerunq; in brachijs accidunt, vel manibus: ſæpè expertum.* 50 *Linea à vitali iuncta naturali, vulneris periculum minatur.* 51 *Homo carens naturali, ſi lædatur, ſubitò moritur.*

Armis vulneratos mori.

52

53

54


Linea

Vulnera.

52 *Linea à triangulo ad quadrangulum, in cuius fine ab alia linea in modum crucis interſecatur, violentam mortem denũciat: millies probatum eſt.*

53 *Linea obliqua in medio digito, in pugna interfici notat.*

54 *Linea ex transuerſo finem trianguli tranſiens, armis mori denotat.*




55 *Linea à fine menſalis ſurſum aſcendens inter indicem & medium, hominem vulneribus moriturum indicat.*

56 *Lineæ principales cum aliquibus alijs infortunatæ, mortem violentam indicant.*

57 *Naturalis in fine bifurcata, malam mortem denunciare volunt.*

DE AMICIS, CAP. XXIIII.





1 *Quadrangulus æquilaterus, rectus & amplus, bonam & morigeratam naturam innuit, hilaritatem cum amicorum copia: ſi quadrangulus ſiue triangulus, aut rami, aut transuerſales lineæ fuerint benè conditionatæ, perſeuerantiam & gloriam in operibus, & optimum ſtatum vſque ad vitæ finem ſignificant.*

2 *Lineæ quædam ex parte inferiori montis manus, & earum caudæ flectantur verſus menſalem, quotquot lineæ fuerint, tot oſtendunt amicos extraneos.*

3 *Iam dictæ lineæ ſi ſint apud raſcettam, amicos eiuſdem nationis aut parentelæ demonſtrant.*


Amici.

4  5  6 

4 *Prædictæ lineæ ſi flectantur ad raſcettam, impotentes amicos denotāt, volentes prodeſſe cum non poſsint. Ratio eſt, quia infima pars manus arguit infortunium, pars ſuprema oppoſitum, ſic inferior flexio, amicos notat infortunatos.*

5 *Quantò maiores & notabiliores amicos dictæ lineæ oſtendant, ſi ſecentur à quibuſdam lineis tranſuerſalibus, non habent amicos: et ſi fuerint, erunt infideles, & amici fortunæ.*

6 *Multæ lineæ in monte Saturni quàm alibi, præſertim quando Saturnina à raſcetta ad radicem digiti peruenit, amicos communes, vtilia conſulentes, in mente graues, & non audaces in factis notant.*

7  8 

7 *Scutum, aut forma ſphærica, vel paruulus triangulus in monte Iouis, arguit hominem vltra modum amabilem, ſed fideles ab infantia vſque ad vltimam ſenectutem non habebit amicos.*

8 *Quando duæ lineæ egrediuntur à raſcetta, & obliquantur verſus montem manus, amicos fidem non habentes inducunt, ipſum verò probum, fidelem & morigeratum: ita bonum foret non inire cum ignotis hominibus ſocietatem.*

DE INIMICIS, CAP. XXV.

Inimici.

1 2 3




1 *Litera O ſiue triangulus in loco Iouis, amicos infideles notat, ſed tamen non nocebunt.*

2 *Linea à medio brachij per raſcettam aſcendens, infideles amicos parat, non quidem ex parte patientis, ſed alterius, omnibus ſuis actibus aberunt amici, qui ſi fuerint, ficti erunt.*

3 *Multæ lineæ in radice Solis, multos inimicos pariunt lædendi impotẽtes.*

4 5 6




4 *Linea à radice pollicis ad lineam vitæ, inimicitiam magnam cum viro habentem, idque cum damno ſignificat.*

5 *Duæ rimulæ tranſuerſantes iam dictam lineam, ſignificant odio haberi à quodam potente viro. Talis enim aſtutè diſſimulata amicitia aliquos ad nocumentum inducet, et ſi parum nocebit ſpretis illius nocumentis.*

6 *Menſalis in fine bifurcata, cuius alter ramus ad indicem, alter ad medium tendit, de inimici poteſtate victoriam denunciant, et ab omnibus inſidijs euaſionem ait.*

7 8 9



7 *Lineæ paruæ & rubræ vt cruces, à naturali ad quadrangulum labentes,*

ab ini-

Inimici.

ab inimicis plurimas perſecutiones et oppreſsiones minantur, & eò magis, quo plus ad vitalem accedunt.

8 *Angulus ſupremus in concauo manus, arguit hominem culpabilis vitæ, habentem multos inimicos, quorum cauſa vincula patietur.*


9 *Naturalis cum vitali non coniuncta per ſe, ſed per lineas ſcindentes, inuidiam, deſtructionem, inimicitias, & oppreſsiones notat.*



10 *Quotquot lineæ interſecant menſalem, tot vicibus à ſicarijs periculum & infortunium minantur.*

11 *Menſalis terminata inter indicem et medium, notat hominem nunquam fore ſine controuerſijs, & anguſtijs, litigijs, & quantò plus ingreditur intra digitos, tantò maiores notat oppreſsiones: expertum eſt ſæpè.*

12 *Lineæ in radice menſalis, idem ſignificant: ſi autem fuerint quinq;, aut decem, aut plures ſeſe interſecantes vt cruces, totidem inimicos præſentialiter oſtendunt: ſi aũt acutæ valdè fuerint, inimicos mortiferos affirmabũt.*



13 *Si autem linea eas ſecuerit, parentes, proximosq; inimicos indicabit. Hæc autem linea hoc modo probatur: Si in pluribus locis à radice interſecetur à quibuſdam lineis, in modum crucis, amiciſsimos ſecundum quantitatem ſui notat.*

14 *Triangulus in quadrangulo, anguſtiam, inimicos, infelicitatem, niſi conus vnius ſit ſupra conum alterius, ſed ſi reperiatur quidam quadrangulus, ſignificat bonitatem in vno tempore, & malum in alio: & ſi ſint ibi duo quadranguli, ſuperabit bonum, & ſi erunt tres, ſuperabit malum, & ſi quatuor, ſuperabit bonum.*

Inimici.

15 *Triangulus in quadrangulo conſtrictus, ex vna parte à naturali, et ex altera parte triangulus adiungatur ex media linea, inimicos mortales denũciat: & ſi linea media tangit vitalem, ſuperabitur ab inimicis, ſi non, non ſuperabitur ab eis: & ſi prædictus triangulus menſalem non tangit, habebit inimicos, ſed non mortales: ſi media linea tangit vitalem, ſuperabitur, ſi non, ſuperabit inimicos.*



16

17






18

16 *Triangulus ad modum pinnaculi in quadrangulo, domeſticos & familiares notat inimicos, teſte Antiocho.*

17 *Quædam lineæ venientes ad percuſsionem, in monte manus facientes angulum acutum, cuius initium ſit verſus dorſum manus, tot mortales inimicos oſtendunt, quot ſunt tales figuræ.*

18 *Lineæ cauſantes dictam figuram, veniẽtes ex parte ſuperiori, ita quod conus vnius cadat ſuper conum alterius figuræ, talis ſuperabit ſuos inimicos aut erit eis æqualis, & ſecundum propinquitatem huius ad lineam menſalem, vel ad raſcettam, ſignificant inimicos priuatos.*

19





20

21




19 *Si duæ lineæ à dorſo manus aſcendendo verſus pinguedinem manus, flectantur verſus raſcettam cauſando angulum acutum, inimicitias, litigium, cum conſanguineis aut affinibus minatur: vt millies notatum eſt.*

20 *Vna linea ex illis ſuper dictum angulum valde extenſa, aduerſarium vincere, & quot ſunt anguli, tot inimicos aut litigia notat vincere.*


21 *Lineæ rubræ, notabiles, ex monte manus tendentes ad menſalem, inimicos exponunt, & ſecundum numerum linearum et groſsitiem, erit numerus & vigor inimicorum.*

Vitalis


Inimici.



22 *Vitalis inciſa cum fracturis verſus montem pollicis, timorem, ſubiectiones, & inſidias multas notat.* 23 *Cruces ſuper menſalem ſi fuerint interciſæ, & interciſio oriatur à menſali, affinium ſuorum denotat inimicitias.* 24 *Puncta nigra in vnguibus, perſecutiones & inimicitias ſignificant, vt Aegyptij, Iudæi, Chaldæi, Græci, Arabes & Latini affirmant, cuius rei veritatem experientia probat.*



25 *Martis poſitura quando non eſt debilis, inimicitias teſtatur.* 26 *Solaris Linea valdè conglomerata in aliqua manu, iram & inimicitiam Principum, Iudicum & Prætorum confirmat.*




27 *Saturnina à raſcetta vel prope protenſa ad radicem medij, inimicitias & iacturas penitùs promittit, præcipuè ſi in ſuo monticulo ſit protenſio ab exuberantibus lineis per totùm periodum Saturni.*

28 *Conglomerationem linearum in monte Saturni, inimicitias & perſecutiones notare, non rarò expertum eſt.*


DE QVALITATE BONI INGE-nij, Caput XXVI.

1 2 3




1 *Triangulus penitus æquilaterus, bonum indicat ingenium.* 2 *Naturalis recta & gibboſa boni coloris, latitudinis & ſufficientis profunditatis, bonum & clarum intellectum, præſertim ſi non extendatur per tuberculum Lunæ, ſignificat.* 3 *Linea hepatis angulum rectum in ſuperiori parte conſtituens, acumen ingenij oſtendit.*

4 5 6



4 *Tactus temperatus & bonus, magis appropinquans caliditati & lenitati, quàm frigiditati & aſperitati, & magis carnoſitati, quàm macilentiæ, bonitatem complexionis, & optimum ingeniũ arguit.* 5 *Linea hepatis vitalem interſecans in angulo dextro, bonitatem intellectus dicit, & talis naturaliter eſt inclinatus ad bonum.* 6 *Linea hepatis cum Saturnina & naturali conſtituens triangulum notat Necromantiæ fatuitatem, incantationes, & ſimilia: & ſi reperiantur in bona proportione, ſubtiles indagatores antiquorum negotiorum, ac rerum ſubtilium oſtendit, quæ principijs carent.*

7 8 9



Longa


Bonum ingenium.

7 *Longa palma cum proportionatis digitis, bonum notat ingenium in multis operibus.* 8 *Vngues lati, longi, decenter tenues & ſplendidi, ſubrubentes, optimum ingenium notant: expertum eſt.*

9 *Color albus quaſi perſpicuus, ſubrubens aliqualiter, communem ingenij qualitatem ac bonitatem, & optimos mores oſtendit. Talis etiam color debet eſſe in toto corpore benè diſpoſito: imaginandum enim eſt, quod corpus perſpicuum, album extendatur ſuper corpus ſanguineum.*

10

11

12



10 *Quicunque pilos decenter in debita quantitate habuerit ſuper dorſum manus, præcipuè circa partem inferiorem, & circa pollicem & digitos, erit bonæ complexionis & naturæ, & per conſequens habebit bonum ingenium.*

11 *Pili decenter parui in dorſo manus, verſus percuſsionem, & ſuper dorſum quatuor digitorũ ſuper primas duas iuncturas, ſi ſint parui & permixti coloris, ingenium ſubtile, & altum, & penetrabilem intellectum ſignificãt.*

12 *Lineæ bonæ & nitidæ in tuberculo Mercurij apud radicem, arguunt bonitatem ingenij, dummodò locus ſit clarus.*

13

14

15


13 *Lineæ pulchræ & claræ per longitudinem auricularis, bonum ingenium præſtant.*

14 *Vna valdè longa linea, vel plures in auriculari, à radice digiti extenſæ ad ſecundam aut tertiam iuncturam, bonum & famoſum ingeniũ indicant.*

15 *Vnica linea in raſcetta brachium ſcindens & circundans, bonum ingenium, & moderatum in ſuis rebus agendis, & hominem boni conſilij, ſemper benè viuentem illuſtrat.*



Color

Bonum ingenium.








16 *Color manus brunus & clarus, bonum ingeniũ et bonos mores illuſtrat.* 17 *Planities apta, in triangulo benè colorata, bonam complexionem, diſcurſum & ingenium deſignat.* 18 *Multæ lineæ transuerſales, ſcindentes lineas naturales, ſi ſint ſubtiles, ſubtilitatem ingenij aſſerunt.*


19 *Hepatica cum ſui proportione, ſitu & colligantia, nõ inſecta, & ſi ſit locus coloratus, bonitatem ingenij ſignificat.* 20 *Linea Solaris, cum trina ſui demenſione vſque ad radicem digiti extenſa, bonum ingenium confirmat.*

21 *Linea Solaris duplicata, aut triplicata in radice digiti, cum triangulo æquilatero, valdè felix indicat ingeniũ, præſertim ſi habeat locum Mercurij benè conditionatũ, & ſimiliter ſi indicis tuberculum eminens fuerit, liniatũ atq; coloratum, & manuum tubercula eminentia, colorata cum ſuis conditionibus, ingenium bonum hominis deſcribit, cuius fama perpetua erit.*


22 *Saturnina cum trina ſui dimenſione, & poſitura bona, non excedens naturalem, in rebus antiquis ingenium præſtat, & ſi habuerit bonam correſpon-*

Bonum ingenium.

ſpondentiam, idem ſignificat, ſin contrà, ingenium profanum notabit.

23 *Linea benè conditionata à menſali ad radicem montis Saturni, ingeniũ bonum oſtendit, in agricultura præſertim, & rebus antiquis.*


24 *Suffocata ſunt aliquando ingenia ſimilia, luxuria, quando mons Veneris tumefactus, clarus atq; lineatus eſt cum proportione : idem erit in monte Mercurij.*



25 *Manus concaua cum bona ſoliditate, acumen ingenij videtur oſtendere. Articuli digitorum proportionati, non tumefacti, præſtantiam denotant: expertum eſt ſæpè.*

26 *Vitalis ſtricta, ſubtilis, benè colorata, præcipuè verſus naturalem, hominem ſani conſilij, atque ſubtilitatem intellectus arguit.*

27 *Vitalis acuta & ſuperius coniuncta, hominem ſignificat ſubtilis imaginationis & boni conſilij.*






28 *Saturnina à raſcetta ad naturalem, probum hominem notat, & ingenij magni.*

29 *Vitalis verſus reſtrictam craſſa & boni coloris, hominem arguit boni conſilij, ſubtilem & ingenioſum, atque fidelem omnibus, Catholicum quoque indicat.*

30 *Vitalis in vertice bifurcata, cuius alter ramus cum naturali facit angulũ acutum, bonum ingenium, conſilium, & virtutum amatorem & verecundũ deſignat.*




Bonum ingenium.

31  32  33 

31 *Tres rami à raſcetta vitali coniunčti, & baſi trianguli adhærentes, hominem acutum ingenio, animo forti, ſcientiæ amatorem, & probum dicũt. Nulla eſt tam atrox belua ſine ſenſu, & naturaliter homini tantum inimica, quãtum eſt idiota, ignorans actiones naturales, cui aßimulatur ignarum vulgus. Eſt enim huiuſmodi genus à ſapientibus alienum & ijs inimicum: ſapientes enim alta & obſcura indagant, vulgus verò infima ac depreſſa cogitans, ad cœlum caput erigere nequit. Et quoniam ſapiens cogitabundus, phantaſmata ſẽper ſpeculatur, ab imperitis fatuus habetur. Ideo Socrates, Ariſtoteles, & multi alij doctißimi viri ab imperitis perſecutionem paßi ſunt: quoniam, quæ ſapientibus naturalia ſunt, vulgo miracula videntur.*

32 *Lineæ pulchræ & claræ in monte Mercurij, ad liberales artes hominem aptum inclinant, & indagatorem omnium ſcientiarum ſpeculatiuarum: nam in hoc monte & in naturali linea, conſiderantur ſimilia ingenia.*

33 *Forma ſphærica, triangulus aut clypeus benè diſpoſitus in monte indicis, nobilitatem animi & acumen ingenij, & interpretem omnium ſcientiarum et ſecretarum declarat.*


34  35  36 

34 *Litera F in monte indicis, hominem facit ſapientem, & bonæ memoriæ, & varia ſcientia decoratum.*


35 *Litera F in monte Veneris, acquiſitionem ſcientiæ promittit, datq́ue vitam & gaudium in ſcientijs acquirendis.*

36 *Saturnina à vitali recta, velut ſulcus ad tuberculum vel radicem medij, diuturnam vitam, futurorum diuinandi artem in homine notat, vt Antiocho placet.*

Bonum ingenium.



37 Triangulus paruus, in pede naturalis, appetitum ſtudendi ac delectationem ſciendi dicit. 38 Circulus paruus in quadrangulo, perfectionem in ſcientiā & moribus declarat. 39 Triangulus circulo appoſitus, ſignificat hominem ad ſcientiam multum inclinatum, ſi tamen medietas circuli reperiatur, inediam notat: duo verò circuli illud augent, niſi ab oppoſito triangulo destituantur: quia quilibet triangulus quemuis circulum deſtruit.



40 Quædam linea recta, benè colorata, à radice Medici extenſa per medietatem digiti, et melior eſſet, ſi à mēſali oriretur ad modum ſulculi ad radicem digiti perueniens, id eſt, quando à latere dictæ lineæ ſunt eminentiæ atq; mōticuli, acuitatem ingenij atque famæ denotat, & præcipuè ab externis tales honorantur, propter nominis excellentiam, ſed pauci ſunt, qui talē lineam habent: quoniam libros elegantes in liberalibus artibus componunt: talis namq; linea ſapientem hominem demonſtrat, gratioſum et magni nominis.


41 Si duæ tales inuentæ fuerint lineæ, effectum maiorem indicabunt.

42 Crux in talium linearum principio intra menſalem, antè dictorum fortunam turbat. Dixit Auicenna primo de animalibus, cap. , ſunt quædam animalia bonæ memoriæ, vt Camelus, Aſinus, ſed vnicus homo habet memoriā obliuioſam. Ratio eſt, quia retentio ſpecierū fit à ſicco, in poſteriori ventriculo cerebri. Multa animalia ſunt ſiccæ complexionis, quæ habent roſtrum, cornua & vngues, quæ ſunt naturæ ſiccæ & melancholicæ: alia habent virtutem extimatiuam tantùm, & non diſcurrunt niſi particulariter ad obiectum repræſentatū, et ſolummodò habēt curā victus, homines aūt diſcurrūt vniuerſaliter intellectu, & particulariter ſenſu, ad vltimam perfectionē ſui obiecti,


Bonum ingenium.

quorum ſpiritus naturaliter diſſoluuntur, & ita debilitantur propter longā imaginationem, atque diſcurſum. Et ratio eſt, quia homo habet literas, in quibus confidit, vt poßit recordari. Videmus enim alteratos habere bonam memoriam, quia continuè ſecum reiterant ſpecies, quia dubitant obliuiſci. Alia ratio eſt, quia homo eſt valde cōcupiſcibilis, multa imaginatur propter diuerſa obiecta repræſentata, & ita multiplicantur multæ ſpecies, quæ frangunt priùs reſeruatas. Hinc eſt, quod cæci multa recordantur, teſte Philoſopho in libro de bona fortuna. Homines phlegmatici habent memoriam labilem, & poſteà ſanguinei, etiam pueri: quia parum conſiderant atque multa cupiūt, & præcipuè res delectabiles. Cholerici & Melancholici ſunt memoratiui, propter complexionem ſiccam, quoad totum, & firmiùs retinent, ſi vltimus ventriculus eſt ſiccus. Ideo ſenes, qui ſunt ætatis ſiccæ, multa memorantur. Phyſiognomi verò in hoc inſpiciunt partem poſteriorem capitis, ſi videtur locus memoriæ eminens, & cōplexio totalis ſicca & collū viuax atq; proportionatum.


43



44




45




42 *Figura ſphærica, aut triangulus, aut clypeus in monte Solis, hominem ſubtilem & inuentorem artium ſpeculatiuarum facit, & hoc intelligitur de Melancholicis, & de liberalibus ſecundum ſubiectū præparatum.* 40 *Triāgulus æquilaterus cum Solari poſitura, hominem deditum nouis rebus, & nouarum rerum inuentorem, præſertim aptum diuinationi, & eius facultati cū perſpicua fama, arguit. Si Mechanicus ſit, in ſua arte alta exquiret, & reliquos ſuperabit.* 45 *Litera A in loco Mercurij, inquiſitorē omnium rerum occultarum hominem facit, tamen cum impedimento, & ipſiuſmet nocumento.*


46



47



48



Litera

Bonum ingenium.


46 *Litera D in monte Mercurij, hominem pronum ad ſapientiam, operatorem boni, Doctorem ſcientiarum & Aſtronomum notat, & erit dilectus à parentibus.*

47 *Angulus ſummus acutus in directo indicis, & vnitus, bonam naturam protendit, ingenioſitatem, ſapientiam, rectitudinem, & debitam rationem proprij ingenij, honores ac dignitates cum amicitia, ratione ſcientiæ dans conſilium domino gratum, & acceptabile.*

48 *Saturnina in concauà manus benè conditionata cum aliqua annotata proportione, acumen ingenij atque ſublimitatem denotat, & nouarum rerum inuentorem, ita tamen quod non ſit obſeſſa ab infortunatis, ſed fortunatis lineis aſſocietur, miro modo ad ſublimitatem intellectus producit.*


DE NEFANDO ET MALIGNO ingenio, Caput XXVII.

NEFANDVM atque profanum ingenium cauſatur à calido & ſicco, aut à frigido & ſicco, id eſt, à Cholera & Melancholia, vt ſuprà dictum fuit, & eſt illud quod ſemper malum operatur, ſaltem appetitiuè ſeu imaginatiuè, ſi non poteſt cum actionibus.




1 *Color rufus, & hominis oculi lucentes, & crebra palpitatio oculorum, doloſum atque diabolicum notant ingenium.*

2 *Cutis tenuis, ſuauis, & tempore hyemis multum frigida, in æſtate calida, Melancholicam qualitatem denotat, & per conſequens, nefandum atq; malignum ingenium.* 3 *Digiti erecti, verſus manus dorſum flexi, ſubtilitatem ingenij indicare videntur.*




Profanum & nefandum ingenium.


4 *Saturnina cum vitali coniuncta & non interſecata, ad medium digitum perueniens, hominem arguit profundi conſilij, ſecretum, & callidum, ſed cer uicoſum, ſuperbum, & alios dedignātē.* 5 *Supremus angulus acutus, rectis li- neis conſtitutus, ingenioſum, fraudulentum, atque mendacem declarat.* 6 *Vi talis tortuoſa ſuperius & rubra, ingenium notat doloſum.*



7 *Rugæ aliquæ in triangulo non benè planatæ & coloratæ, ſiccitatem cordis dicunt, & ex conſequenti, malignum atque rude ingenium.* 8 *Color faciei ruber & flammeus, cum exuberantia lentiginis, aſtutum atque ingenij vul- pini hominem arguit.* 9 *Baſis trianguli paulatim tortuoſa & pallida, no- tat aſtutum & ingenium malignum cum iracundia.*



10 *Rubedo cutis ſi ſpiſſa fuerit, non clara, hominem ſignificat dolos & frau des cōtinuò imaginari, & malignum ingenium notat.* 11 *Nigredo cutis ſi ſua nis fuerit, aſtutiæ, cautelæ, & nefandi diſcurſus ſignum eſt.* 12 *Lineæ ſpar ſæ, ſe non contingentes per reſtrictam, ſed in diuerſa labentes, magnum ing nium notant, & hominem malarum cogitationum, multa fingentem, & ſi a nimi conceptum perficeret, peſſimam ſortem incurreret.*






Profanum & nefandum ingenium.

13 *Binæ lineæ obliquæ & continuæ, à raſcetta ad naturalem, perfidum ingenium, & infortunatum virum notant.*

14 *Vitalis rubra & craſſa in fine, aſtutum & callidum diſcurſum notat.*




15 *Vitalis in principio tortuoſa, bifurcata, ingenium acutum, ſed vagans notat, & multam aſtutiam præſtat, & maximam cupiditatem viſendi varias regiones.*

16  17  18 

16 *Naturalis ramos inferius mittens, ingenij hebetudinem ſignificat, ſed aſtutum ingenium notat ad malum perpetrandum, & intellectum ad iniqua, & mala pronum.*

17 *Litera F in triangulo, hominem callidum, & ingenium acutum arguit:*

18 *Manus groſſæ, & digiti circa extremitates vnguium acuti, cupidum, & falſum & natura omninò prauum denotant: ſæpè expertum eſt.*


19  20  21 

19 *Angulus ſupremus, infernè vel in oppoſito medij cauſatus, ingenij prauitatem atque ſubtilitatem indicat, cui non eſt confidendum.*

20 *Menſalis ramoſa, vnum ramum ad indicis radicem extendens, alterum ad medium, hominem acuti ingenij notat, ad acquirendam rerum copiam idoneum, ſimulatorem tamen.*

21 *Saturnina à raſcetta ad mediũ tendens, & ibidẽ plures lineæ, quàm alibi reperiãtur, cogitabundos cum maleficio, & profano ingenio homines notat.*


Profanum & nefandum ingenium.



22 *Gibboſi lippitudinariȷ́que, aut ſuperflui in aliquo membro, ingenium maleficum habent.*

23 *Oculi profundi, hominem ingenioſum, doloſum atq; malos mores notant.*

27 *Breuitas colli cum carnoſitate, malignitatem atque doloſam indicat naturam, & tales Metaphoricè referuntur ad lupos.*



25 *Oculi rugoſi & parui, malignitatem arguunt, & acumen ingenij & tales referuntur ad ſimios.*


26 *Soror menſalis.in manu reperta, maleficam naturam pronunciat.*

DE INGENII RVDITATE ET HEbetudine, Caput XXVIII.

NVLLVM indiuiduum ſine ingenio, imò ſtultus non caret diſcurſu, reſpectu brutorum. Nemo vnquam tam efferis moribus eſt, quin faciat, aut aliquid dicat nonnunquam laude dignum, prout teſtatur verſiculus: Sæpe etiam eſt olitor verba opportuna locutus. Dicit etiam Simplicius ſecundo de anima, prudentia, duplex eſt, vna ſequens imaginationem, alia ſequens rationem rectam. Prior brutis & homini communis eſt. Poſterior ſoli homini competit: vnde ſi aliqua animalia prudentia & ratione expertia dicantur, primo modo dicta verificantur. Reſtat de ruditate ingenij reſpectu perfecti diſcurſus, qui in aliquibus reperitur. Phlegmatica cõplexio naturã inordinatã oſtẽdit, atq; ingenij ruditatem, et ſimiliter pura Melãcholia

Vitalis


Ingenij ruditas & hebetudo.



1 *Vitalis groſſa,profunda,coloris terreſtris, præſertim in fine verſus naturalem,naturam ruſticanam & rudem oſtendit.*

2 *Vitalis groſſa,lata,malè colorata, & pallida, ruditatē intellectus notat.*


3 *Naturalis nimis groſſa,lata, defectum prudentiæ & ruditatem ingenij notat.*



4 *Groſſæ puncturæ,in naturali benè coloratæ, & non terreſtres,bonitatem virtutis appræhenſiuæ,ſed malam iudicatiuam denotant.*

5 *Puncturæ nigræ,& groſſæ in naturali,etiam magnæ & groſſæ, ruditatem ingenij hebetis denotant.*

6 *Angulus dexter obtuſus,ſiue groſſus,malam naturæ diſpoſitionem,ruditatem ſine ratione ſignificat.*




7 *Angulus ſiniſter obtuſus,ruditatem & inconſtantiam arguit.*


8 *Duæ aut tres lineæ benè coloratæ in monte manus,imperitiam & inſcitiam atteſtantur,præſertim ſi crux cum eis inuenta fuerit.*

Ingenij ruditas & hebetudo.



9 *Longa palma cum groſsis & curtis digitis, ruditatem ingenij repræſentat: cum groſsis enim & craſsis articulis conglobatis, phlegmaticam complexionem oſtendit, cum maxima ingenij ruditate.*

10 
11 
12 

10 *Menſa manus inæquale ſpatium conſtituens, ruditatẽ ingenij indicat.*
11 *Vngues in medio profundi, & ſpiſsi, immundos homines, rudes, & pauca ſcientes notant, maximè cùm caro circa digitos ſit alta & groſſa.*
12 *Menſalis intrans violenter inter medium & annularem, ruditatem ingenij indicat, atque paruam ſapientiam præſtat.*

13 
14 
15 

13 *Manus groſſæ & pingues, hebetudinem ingenij demonſtrant, & digiti, intellectus hebetudinem.*
14 *Naturalis cum vitali angulum ſtrictum faciens, hebetudinem ac ruditatem ingenij ſignificat, tamen benè celantem & occultantem conſilia, hominem notat.*
15 *Paucitas linearum in manu, hebetudinem & ruditatem ingenij apertiſsimè demonſtrat, & tales ſunt inhoneſti ac beluinæ naturæ.*


16 
17 
18 

Satur-


Ingenij ruditas & hebetudo.

16 *Saturnina tortuoſa, à raſcetta ad annularem vel circa, ruditatem ingenij & virtutis contemptum oſtendit.* 17 *Oculi groſsi atque eminentes, ruditatem ingenij atq; beluinam naturam oſtendunt.* 18 *Genæ tumefactæ et frons valde magna, beſtialem naturam & diſcurſum, indicare dicuntur.*

19



20



19 *Habitudo curua ratione carnis, cum caducitate membrorum, atque inceſſus valde lentus, ignauiam atq; rudem naturam promittunt, niſi in ſenectute accidat.*

20 *Mandibulæ oblongæ, os magnum & laxum, dentes magni & acuti, præcipuè canini, aut duplicati, bouinum ingenium monſtrant.*

21




22



21 *Linea hepatis paululum tortuoſa & pallida, proximum dolorem ſignificat: ſi fuerit cum criſpedine, hominem tardum, phlegmacicum, & vicioſum cum ruditate ingenij ſignificat.*


22 *Hepatis linea longa extra cauum, ingenij ruditatem notat.*

CRVDELITAS, CAP. XXIX.




1

2





3



Crudeles.


1 *Litera A, vel ſimilis figura in triangulo, notat hominem lapidei cordis, ſine miſericordia, plenum ira, & iniquitate.* 2 *Vitalis magna, & rubra, tam verſus raſcettam atq; naturalem, crudelitatem oſtendit.* 3 *Vitalis nō coniuncta naturali, ſed notabili ſpatio ab ea diſtans, ſignificat maximam crudelitatem, ſi Martialem colorem obſeruet.*



4 *Menſalis vltra medietatem indicis, ſignum eſt crudelitatis, & magnæ iræ, præcipuè ſi fuerit liuida, & flammea.*

5 *Martiales lineæ in manu repertæ, crudelitatem denotant.*

DE CAVILLATORIBVS ET SOlertibus, Caput XXX.


1 *Manus craticulata, cauillatorem hominem oſtendit, in his, quæ manu fiunt, ſolertem & ingenioſum indicat.* 2 *Angulus ſupremus acutus, aut valde ſeparatus cum lineis Martialibus, ſolertem, & ingenioſum Mechanicum oſtendit.*

3 *Digiti longi & ſubtiles, & ad inuicem benè proportionati, bonum ingenium oſtendunt in rebus Mechanicis.*

4 *Angulus ſiniſter protenſus & acutus, deceptorem, malitioſum & cauillatorem ſignificat, quique libenter litibus delectetur cum cognatis & alijs hominibus.*


DE FILIIS MASCVLIS, CAPVT XXXI.



1 *Lineæ pulchræ in radice, præſertim vnica linea oriente à medio tuberculo, & ab angulo ſupremo, vel prope, homines eſſe naturæ Iouis & filios maſculos generaturos notant.*


2 *Angulus ſupremus rubens plus quàm alibi, mulierem prægnãtem denotat habituram filium maſculum.*

3 *Talis figura Y reperta in angulo dextro, vel ſimilis ſi rubeat, imprægnationem maſculi denotat, talem figuram aliqui volunt in triangulo ſituari rubro & plano.*




4 *Si talis prædicta figura fuerit interciſa, impedimentum notat.* 5 *Si fuerint plures figuræ, plures erunt fœtus, & fortaſſe in actu in vtero, ſi color ſit intenſus, etiam idem in manu viri indicatur.*


6 *Quædam paruæ lineæ ſecantes lineam vitæ, benè coloratæ, quodquot fuerint, tot indicant filios, & hoc in manu viri & mulieris.*



7 Totidem ſunt filij iudicandi, quot erunt lineæ inter primã et ſecundã iunɛturam digiti minimi: expertũ ſæpè. Si impeditæ fuerint, nullum filiũ indicant. Si paruæ, non viuent, ſi oblongæ, permanſuri ſunt, & ſi vna maior ſit altera, nobilitatem filij indicãt. Si rectæ fuerint lineæ, filij erunt, ſi obliquæ, filiæ. 8 Quot lineæ naturalem diuiſerint, ſiue inferiorem partem tangant, ſiue non, tot indicantur pueri. 9 Lineæ nigræ à naturali, menſalem ſecantes, quot erunt lineæ, tot erunt partus in muliere.



10 Plures lineæ maiores, & meliores in manu mulieris, inter medium & medicum, quam intra medium & auricularem, indicant generandi aptitudinem, concipiendi, & pariendi maſculos. 11 Caruncula eminens inter medium & medicum, ſiue carneus nodus circa tuberculum cum craßis lineis et rubris, & ſi non ſit ſciſſus mons in medio, mulierq́ ferens ſit pallida, maſculum pariet: expertum eſt. 12 Quotquot ſunt rimulæ ſuper montem Mercurij, tot filios futuros dixit Coruus: Si vna maior & longior fuerit, ſapientem & ingenioſum filium, proprium parentem ſuperaturum notat.




Dixit

13 *Dixit Coruus tot filios ſignificari tam in manu viri, quàm mulieris, quot erunt lineæ inter ſecundam & tertiam iuncturam medij digiti.*

14 *Si in triangulo mulieris quaſi foramina inſerta fuerint, cum rubedine, prægnantem indicabunt, et eſt ſecretum, quot filiæ, verùm noſcitur ex præcedentibus figuris.*

DE ABORTIVIS FILIIS, Caput. XXXII.




1 *Mulier habens manus viriles, citò concipit, partum nullum producens.*

2 *Menſalis debilis, fracta, ſeu capillaris, aut cum ſemicirculis, difficultatem arguit in retinendo fœtu. Similiter quando eſt punctuata & debilis, difficultatem retinendi fœtum denotat.*

3 *Lineæ paruæ, aut interſecatæ inter primam & ſecundam iuncturam minimi digiti, quot ſunt, tot filios abortiuos notant.*


DE APTIS AD GENERANdum, Caput. XXXIII.




1 *Manus viriles & maſculoſæ, potentiam coëundi & generandi deteſtantur.*

2 *Triangulus æquilaterus, cum lineis proportionatis, apitudinem generandi cauſat.*


Men-







3 *Menſalis cum trinaria proportione, boni coloris, virtutē proles excitādi denotat.* 4 *Naturalis cum bona fixione & latitudine, boniq́ coloris, quādo ſcilicet palma eſt aperta, & quaſi parua puncta poſita in eius latitudine, ſignū eſt virtutis gignēdi atq́ filios ꝓcreandi. Omnia ſigna concurrētia ad dominiū caliditatis et humiditatis, his cōueniunt, et huic loco poſſūt applicari.*

DE VORACIBVS ET COMMESTOribus, Caput XXXIIII.










1 *Plures lineæ in medio digito, quàm alibi, extendente ſe linea à raſcetta ad medium, commeſtores ac voraces notant: expertus ſum ſæpè.* 2 *Ab vmbilico ad gulam magnam habentes diſtantiā, ſiue ventroſitatem, cōmeſtores ſunt.* 3 *Dentes canini, ſiue oblongi & inæquales, aut ſe adinuicem æquitantes, & ſuperiores in ordine æqualiter ad inferiores non coniungātur in claudendo, & præcipuè quando ſub naſo eſt eminentia ratione oſſium, commeſtores, deuoratores ac guloſos indicant.*

DE CVRIOSITATE, CAP. XXXV.








1 *Saturnina triangulum tranſiens, & vltra, & alia linea à vitali ad menſalem æqualis & continua, vſque ad medium digitum perueniens, curioſitatem quandam in negocijs peragendis, & in varijs rebus, cauſat.*

2 *Si diſcontinua Saturnina & inæqualis fuerit, in negocijs alienis curioſitatem inducit.*

3 *Linea recta & profunda à menſali ad medium tendens vel prope, in negocijs agendis curam magnam & laborem denunciat.*

4 5 6




4 *Si tales lineæ duæ vel plures fuerint, tantò fortior eſt ſignificatio.* 5 *Si verò lineæ huiuſmodi multum graciles appareant & ſubtiles, hominem negotiorum parum eſſe ſollicitum notant, & ſi ſupra ab aliqua linea ex transuerſo ſecentur, impedimentum in labore conſignant.*

6 *Linea recta & continua in reſtricta, inter brachium & manum, hominem in ſuis negocijs magis eſſe ſollicitum, quam in alienis oſtendit, ſi fuerit tortuoſa vel diſcontinua, in alienis negocijs erit magis ſollicitus, quã in ſuis.*

DE VITA QVIETA, CAP. XXXVI.

1 2 3




1 *Tuberculum medij lineis carens, vitam quietam denotat, quando ſcilicet tuberculum eſt timidum & benè coloratum.*

2 *Menſa manus benè conditionata, & quaſi ſine rugis, vitam quietam notat.*


3 *Angulus ſupremus coniunctus directè in medio oppoſito indicis, rationabilem felicitatem, & inculpabilem, vitamque quietam notat.*

DE CASTITATE, CAP. XXXVII.



1 *Spatium montis auricularis purum & benè coloratum, ſtabilitatem animi, atque caſtitatem & continentiam demonſtrat, vel ſi dictus monticulus fuerit purus, ſine ſignis, virginitatem ſignificat incorruptibilem.*


2 *Quædam linea notabilis, recta, ſubtilis & decenter colorata, à menſali ad radicem auricularis tendens, in muliere virginitatē, ſeu caſtitatē notat.*



3 *Linea ſubtilis & æqua, à naturali menſalem tranſiens, ad auricularem perueniens, virginitatem & caſtitatem notat, & quantò craſſior, groſſior & magis æqua, tantò plus ſignificat.*

4 *Mulier habens lineas graciles & pallidas, virgo eſt, ſi vero fuerint latæ rubræ, vel fractæ, infallibiliter eſt corrupta.*

DE VIRTVTIS AMATORIbus, Caput. XXXVIII.




1 *Albedo vnguium in principio circa carnes, amatorem virtutum oſtendit.* 2 *Triangulus in fine naturalis, ſtudij appetitorem, diligentem vtili-*


tatem

tatem laudabilem, virtutem & honorem, ſed tamen deficientibus pecunijs, notat. 3 Saturnina à raſcetta ad medium perueniens, adeò, quòd offendere appareat, hominem probum, negocia ſua feliciter indies agentem, & ad mortem vſque virtutis amatorem, & ingenij magni hominem dicit, ſi inquam ſit recta & continua.


DE BONVM DILIGENTIBUS, Caput XXXIX


DE CONSANGVINEORVM percuſſoribus, Cap. XL.





1 *Habentes pulchras lineas in radice indicis, oriente vna linea à medio montis prope angulum, & tendat ad dictum digitum, diligunt bonum, & odiunt malum, vt Iouiales faciunt.* 1 *Characteres Martis in ſuo loco depicti, percuſſores conſanguineorum denotant.*







2 *Litera ɔ in monte Medici, genitoris interfectorẽ notat.* 3 *Naturalis groſſa nimis, & quædam paruæ lineæ ibi apparentes communi colore intenſæ, cum matre lites, & inde ſanguinis effuſionem pronunciat.*


DE CERVICOSIS, Caput XLI.

DE BESTIALIB. HOminibus, Ca. XLII.

DE DVRAE CERVIcis hominib. Cap. XLIII.










1 *Plures lineæ in medio digito quam alibi, oriente ſorore vitalis à raſcetta, & extenſa per foueam vſq; ad digitum, durã ceruicem oſtendit, ſuperbiã & ſimulationem. Fugiendi ſunt tales tanquam inimici: quia ſunt inſatiabiles et inexplebiles.* 2 *Menſalis & vitalis coniunctè facientes angulum, deficiente naturali, duræ ceruicis hominem, beſtialem, & ſibi imminere periculum mortis, præcipuè vſq; ad 30. annum, & cũ patre, matre, aut vxore diſcordiam habere, eaq; de cauſa vltimam deſperationem incurſurũ eſſe notat.* 3 *Menſalis naturalem attingens, in diuitijs magnum damnum, & aduerſitatem notat, & (præſertim ſi alios ramos non effecerit) duræ cerucis hominẽ.*

DE OFFENSIONE à conſanguineis, Ca. XLIIII. — DE CLAVDIS, Ca. XLV. — DE ANIMO non contentis, Ca. XLVI.









1 *Habentes plures lineas in digito medio quam alibi, & lineã Saturnina à raſcetta ad digiti radicem perueniens, & eorũ radices ſint de bonis fortunæ exhauſtæ, lædentur à filijs, aut à cõſanguineis, et proximis, et in his omnib. ingrati videbuntur.* 2 *Linea naturalis habens duo capita in inferiori parte, claudũ, ſiue à primitiua ſiue antecedenti cauſa contingat, denotat.* 3 *Groſſa & calloſa manus, hominem animo non eſſe contentum dicit. Ptholomeus.*


DE COGITABVNDIS, Caput XLVII. — DE CLERICIS, Caput XLVIII.





1 *Quicunq; percutit digitos, ac ſi vellet tympanizare, cogitantis varias cogitationes ſignum eſt.* 1 *Linea vitæ verſus caudam in medio rubens cum diuerſis interſectionib. etiã ordines in viro Eccleſiaſtico oſtendere videtur.*

DE PARTVS FACILITATE, Caput. XLIX.




1 *Robuſtæ lineæ, ſeruantes trinam proportionem & proprios terminos, cum facilitate & paruo dolore mulieres parere præſagiunt.*

2 *Longa atque lata palma, facilitatem partus oſtendit.*

3 *Triangulus bene diſpoſitus in manu mulierum, facilitatem partus indicat.*

DE PARTVS DIFFICVLTATE, Caput L.





1 *Menſalis intrans inter indicem & medium in manu mulieris, mortem in partu ſignificat, aut grauiter infirmari, ſi aliarum linearum exigua ſit proportio.*


2 *Linea groſſa inter auricularem & medicum, admodum longa & craſſa, in partu mulieri dolores indicat, cui rumpentur naturalia, & morietur in partu.*

3 *Linea groſſa & rubea inter indicem & medium, mulierē in partu morituram eſſe præſagit.*

Difficultates partus.









4 *Palma breuis atque anguſta, periculum mortis in partu minatur.*

5 *Menſalis exigua, & capillaris, atq; interſecta, periculū in partu oſtendit.*

6 *Triangulus malè formatus in manu mulierum, cum lineis interſectis periculum partus prænunciat.*


DE LOQVACITATE, CAP. LI.






1 *Tenues & curtæ manus, aut ſi digiti immoderato ſpatio inter ſe diſtant, aut manus intortæ, & tenues, loquacitatem aiunt.*

2 *Digiti diſperſi, loquacitatem præ ſe ferunt.*






3 *Baſis trianguli in cauea finiens, & non coniuncta vitali, hominem dicit timidum, inconſtantem & loquacem.*

4 *Duæ lineæ à raſcetta ad radicem minimi tendentes, loquacitatem, & præſumptionem teſtantur.*

DE DECEPTIS A ſeruis, Cap. LII. DE DESPERATIS PRO ſeruis, Cap. LIII. DE DETRACTORIBUS, Cap. LIIII.




Linea vitæ ramuſculoſa verſus raſcettam, paupertatem denotat, haben es à proprijs ſeruis ſemper erunt decepti.

Linea vitæ ſub ſe habens quandam paruam lineam arcualem, ſcindētem pſam, & ſi reſpiciat brachium, atq; inferiorem partem manus, habēs amiſ ionem ſerui patietur, & vitam ideo perdere putabit.

Angulus ſummus cū quatuor lineis ſe interſecantibus, in medio vt crux nica, arguit hominem diſcordem & valdè improbum, cuius verba & de ractationes effundendi ſanguinem cauſam præſtabunt.

DE PRAEDATORIBVS viarum, Cap. LV.



Lineæ obſcuræ in mõte aut radice minimi, & circumcirca obſcuræ, ar uunt mendacium, habentes ſunt diſpoliatores, inſidiatores, & ad omnia naleficia parati. Ego puto illos habere conuenientiam cum duobus infortu ijs, ſcilicet Marte & Saturno: plures enim vidi habentes angulum ſupre num valde infirmum, cum turberculis infortunatis, aliquando tres lineas antum habere angulum etiam ſupremum, valde ſeparatum cum lineis craſ is non circumſcriptis, id eſt, ſine æquali colore.

2 *Vitalis cum naturali coniuncta, & ſpatium ſit calloſum, aut durum, & ſiccum, obſeſſores & inſidiatores viarum arguit.*

3 *Craſſæ manus, digitique breues vltra modum, tergiuerſatorem & furem denotāt: vniuerſaliter enim tales ſunt aduſti Melancholici: aduſtio enim iu dicio & prudentiæ nocet, ideo tali maleſica & nefaria actione vtuntur.*


DE EXERCENTIBVS DAEMONIOrum opera Caput LVI.



1 *Litera D in monte auriculari malè colorata, & nõ circumſcripta, oper*
dæmoniorum indicat.

2 *Linea hepatis & Saturnina cum naturali, in fine cauſantes triang*
lum, indicant diſpoſitionem ad opera dæmoniorum exercenda, & Necr
manticam facultatem.


DE PVELLARVM AMATORIBUS, Cap. LVII. — DE PERDENTIBVS MATERNĀ ſubſtātiam, Cap. LVIII.



1 *Litera D pulchra atque benè colorata in turberculo minimi, inclinat h*
mines ad amorem paruarum puellarum, aut ad pygmæas amandas.

1 *Litera A in loco Lunæ, denotat eos vel eas, qui maternam ſubſtanti*
conſumunt.

DE AMICIS RELIgioſorum, Cap. LIX. — DE INGRATIS ET aſininis, Cap. LX. — DE HERNIOSIS, Cap. LXI.




Liter

1 *Litera E benè diſpoſita in minimo digito, hominem indicat, qui cum religioſis coniungitur, opera mulierum exercens, ædificia, picturas varias, et pecuniam diligens, & mulierum ornamenta.*


1 *Ingrati inter reliquos omnes euitandi ſunt, cùm ingratitudo vitium ſit maximum. Ingrati facilè noſcuntur in manibus: litera enim C. in loco Solis, ingratam atque aſininam naturam hominis notat.*

1 *Roma, Venetiæ, Mediolanum, Florentia, Bononia à cœleſti influxu recipiunt quandam paſſionem, quæ vulgariter Chyla dicitur, vel Ramix, ſeu Crinia: habentem igitur circa naturalem literam C vel ſimilem, crepatũ aut herniosum dicunt ſignificare hominem: lineæ, aut ea omnia ſigna, quæ poſita ſunt in capitulo de ægritudinibus virgæ, huic capitulo diſtinctiuè tãtùm applicari poſſunt.*


DE FASCINATIS, Caput LXII.



DE MORSV EQVORUM, Cap. LXIII.



DE SIGNO MAGNI iecoris, Cap. LXIIII




1 *Signum I tranſuerſum in ſecunda iunctura medij, ſignificat faſcinatum, cui res venenoſa data eſt in cibo aut potu.*

1 *In ſecunda iunctura medici binæ lineæ tortuoſæ, ſignificant morſum ſiue vulnus ab equo inflictum.*

1 *Digiti longi, longitudinem articulorum hepatis ſignificant, magnitudo eorum eandem declarat magnitudinem, paruitas verò, paruitatem, cui hepar correſpondet.*

DE FIDELITATE, CAP. LXV.




1 *Sphærica forma perfecta, vel triangulus in loco Iouis, ſapientiam & fidelitatem notat.*

Fidelitas.


2 *Litera ɔ in loco Veneris, veridicum atque fidelem denunciat hominem.*

3 *Vitalis ſtricta, & ſubtilis, benè colorata, præſertim verſus naturalem, hominem ſani conſilij atq; ſubtilitatē intellectus, & fidelitatem largitur.*




4 *Vitalis recta, acuta, & coniūcta, hominem ſubtilis ingenij, & imaginationis, & boni conſilij, & fidelem notat.* 5. *Linea naturalis recta ſine curuitate, hominem veracem atque fidelem ſignificat.*

6 *Angulus dexter rectus, vel quaſi apparēs, & benè coloratus, arguit bonam complexionem, bonos mores, & ex conſequenti, fidelitatem,*





7 *Lineæ vel rami in principio naturalis recti, ſimiles arbori palmæ, ſurſum aſpicientes, fidelitatem indicant.*

8 *Menſalis continua, ſatis longa, profunda, lata, & recta, bonam denotat complexionem membrorum radicalium, bonos mores, & per conſequens, fidelitatem.* 9. *Quadrangulus rectus, benè coloratus, rectitudinem & fidelitatem promittit.*





10 *Pili in debita quantitate ſuper dorſum manus, circa partem inferiorē, & circa*

& circa pollicem, & ſuper digitos, bonam indicant complexionem, náturam, & per conſequens, rectitudinem et fidelitatem. 11 *Binæ paruæ lineæ ſub vngue pollicis æquè diſtantes & connexæ, fidelitatem promittunt.*
12 *Duæ lineæ æquè diſtantes in qualibet iunctura, excepta iunctura pollicis, ſignificant bonum hominem, veridicum & fidelem.*







13 *Digiti lati in extremitate, fidelitatem & bonam ſocietatem inſinuant.*
14 *Binæ lineæ ſe mutuo interſecãtes vt crux in quadrangulo, & bene diſpoſitæ, fidelitalem declarant.* 15 *Litera D in monte indicis, fidelitatem oſtendit, excepto, quôd luxuriæ cauſa talis omnes decipit.*


16 *Lineæ ſubtiles in radice Solis plus, quàm alibi, fidelitatem, amicum curialem, ſapientem, benignum & largum proferunt.*
17 *Litera F in loco Lunæ, fidelitatem atq; bonam voluntatem promittit.*

DE INFIDELITATE, CAP. LXVI.






1 Litera D in monte indicis, infidelitatem maximam denotat. 2 Litera F in triangulo, virum falſum, callidum, mendacem, proditorẽ, & ideo malè habiturum notat. 3 Vitalis lata, malè colorata, & pallida, infidelitatem certificat.


Infideli-tas.



4 Vitalis valdè rubra, vel liuida, & tortuoſa verſus naturalem, deceptorem, luxurioſum, atq; animo peruerſum hominem notat. 5 Naturalis interrupta, falſitatem & infidelitatem arguit. 6 Hepatis linea in ſuperiori loco faciens angulum acutum, deceptorem notat, & fraudulentum, & maximè callidum.






7 Naturalis cum vitali non coniuncta, ſed notabiliter diſtans, purum ſpatium inter eas relinquat, indicat impurũ virũ, detrectatorem, mẽdacem, cui non eſt fidendum, imò ab alijs eſt ſeparatus: ſimiliter quando iſtud ſpatium ſit calloſum, durum, ſiccum, atq; coloratum. 8 Angulus dexter non cõiunctus prædictæ lineæ, & non repertus, arguit inſtabilitatem maximam, hominemq́; cui nulla eſt fides, neque conſcientia, neminem curans, niſi vt adimpleat animi ſui deſiderium. 9 Angulus ſiniſter acutus, aſtutum & callidum denotat, inſtabilem & cauilloſum virum.






Infideles.




10 *Menſalis fracta, ſeu pallida, diſcõtinua, et malè diſpoſita, infidelitatẽ arguit, & ſimiliter quando cũ rubedine extendatur ad montẽ indicis.* 11 *Menſalis bifurcata in ſuperiori parte, infidelitatem proclamat.* 12. *Naturalis bifurcata in parte inferiori, nõ ſolùm infidelitatem, ſed & hypocriſim notat.*

13

14

15


13 *Multæ lineæ ſubtiles, interciſæ, ſeu conglomeratæ in monte pollicis, infidelitatem oſtendunt.* 14 *Duæ lineæ cingentes vltimam iuncturã pollicis, ſine inciſione aliqua, infidũ arguunt, hoc idem ſignificant, ſi ſe mutuò interſecant.* 15 *Menſalis à naturali, inæquali ſpatio diſtans, malam hominis complexionem oſtendit, & per conſequens infidelitatem notat.*


16

17

18


16 *Angulus ſupremus reticulatus, acutus, ſeu ſeparatus, infidelitatem prænunciat.* 17. *Baſis trianguli finiens in concauo, & non adhærens vitali, infidelitatem innuit.* 17 *Grana ſeu puncta rubra in vitali, hominem ſuorũ ſociorum proditorem, & propter immoderatam luxuriam vitam præoccupaturum, & ante tempus moriturum eſſe indicat.*


19

20

21


Infideles.

19 *Naturalis valdè curta, concauum manus non exiens, hominē modicæ fidei notat.* 20 *Litera F in loco Martis, infidelitatem notat.* 21 *Naturalis tortuoſa & diſcontinua, aſtutum ac detrectatorem pronuntiat, attamen conſilio præualentem.*



22 *Coniunctio vitalis cum naturali in oppoſito medij, miſeriā animi, prauitatem & ingenij ſubtilitatem, & in acquirenda pecunia, hominem ſollicitum facit, & nemini fidum.* 23 *Angulus dexter non coniunctus, ſed ſpatioſus, animi notat malignitatem abſq; fidei firmitate & conſcientia.* 24 *Angulus ſupremus diſiunctus, & paruæ lineæ in eo ſi ſint, hominē deceptorem & detrectatorem, omnibus vitijs repletum notat, ingenio tamen acutū cum omnibus verborum blanditijs.*




25 *Color liuidus, flauus aut glaucus, ſublimem malignitatem atq; infidelitatem arguit.* 26 *Parum barbatus, debitæ ætatis, paucorum pilorum, femininam & infidam naturam oſtendit.* 27 *Oculi in profundo ſituati, malitioſum hominem atq; omnino infidelem demonſtrant.*




Litera

28 *Litera A in loco Veneris, naturalem inducit inclinationem ad res Venereas & infidelitatem. 29 Plures lineæ transuerſales non æquè diſtãtes, & non benè apparentes in principio naturalis verſus indicem, quaſi ab extrà & ab alijs in longum poſitis interſecatæ, lubricitatem notant, res promiſſas retinere & ex eis infideliter agere.*

DE LARGITATE, CAP. LXVII.



1 *Quadrangulus latus & excelſus, largum hominem exceſſiuè ſignificat.*
2 *Quadrangulus latus, in principio percuſſionis, in* 1^{a}. *ætate liberalitatem notat, in vltima parcimonium, & de rebus datis pœnitere: ſi ſit æqualis, æqualiter diſſipabit.*
3 *Finis quadranguli anguſtus, auaritiam notat in ſenectute, ſi in medio, in media ætate. Si digiti ſint benè coniuncti, parcitatem aliqui ſignificare dicunt.*




4 *Quædam linea naturaliter bene diſpoſita, groſſa & colorata inter Medicum & auricularem, quaſi à radicibus prædictorum digitorum, & ſi tendat verſus menſalem, largitatem dicunt oſtendere.*
5 *Linea orta à menſali, pergens ad radicem auricularis, obliqua & groſſa largitatem famoſam dicit.*
6 *Naturalis non coniuncta vitali, largitatem cum vana gloria demonſtrat.*

DE INSTABILITATE, CAP. LXVIII.


MAXIMA inſtabilitas deteſtanda eſt: quia multi multa cepta, im-
perfecta linquunt, celeritatem in ſuo diſcurſu habentes imperfect[am]
aut obliquam: mediocris inſtabilitas laudanda eſt, nõ carens diſcur-
ſu, ſæpiùs in melius mutato (prout ſapientes dicunt) quia inſtanti boni conce-
ptus non perficiuntur, ſed in tempore. *Vulgus inſipiens ſtultos vocat & in-
ſtabiles, ignorans, quòd ſapientis eſt mutare propoſitum tempore & loco.*

1 2 3




1 Vitalis diſcontinua, vel nimis breuis, hominem cogit rarò aut nunquam quid ad optatum finem producere. 2 Vitalis bifurcata, vagabundum hominem & conſilij mutabilis innuit. 3 Vitalis groſsior verſus naturalem, quàm raſcettam, vagabundi & mutabilis conſilij ſignum eſt.

4 5 6





4 Naturalis breuis & diſcontinua, mutabilitatẽ & leuitatem animi cũ verborum inconſtantia ſignificat. 5 Rami à principio naturalis magni & curui, inferius reſpicientes montem manus, Lunaticum hominem dicunt. 6 Linea hepatis cum vitali non coniuncta, nec faciens angulum, vanitatem atque inſtabilitatem oſtendere videtur talis poſitura.

7 8





Multæ

7 Multæ lineæ ſubtiles & interciſæ, vel conglomeratæ in monte pollicis, inſtabilitatem maximam notant. 8 Si angulus dexter deficiat, nec aliæ lineæ eundem angulum claudant, vel ibidem coniungantur, varietatem animi ſine ſtabilitate notant.

9

10

11





9 Menſa manus inæqualis, & malè conditionata, maximam lubricitatem notat. 10. Linea quædam à raſcetta ſeu vitali extenſa per concauum vſq; ad tuberculum Mercurij, malè conditionata, præſertim ſi à pluribus lineis ſecatur, vel ab vnica tantùm, & cauſetur crux in via lactea, vanitatē cum maxima inſtabilitate notat. 11 Vitalis ſuperius multumplicata, hominem mutabilis conſilij & propoſiti facit.

12


13



12. Litera F in loco Lunæ, paruā ſtabilitatē notat. 13 Martiales aliqui reperiuntur habere vitalem cum naturali intenſo colore coniunctam, & ſunt malitioſi in extremo gradu, inſociabiles, nullarum rerū indigētes, quouſq; ſibi prodeſſe poſſunt, per fas nefasq; viuentes.

DE BONA DIGESTIONE, CAP. LXIX.

1

2

3



1 *Manus ſolida, cum palma boni tactus, ſanguineum hominem ſignificat, & bonam in eo digeſtionem.* 2 *Menſalis cum trina ſui & laudabili proportione benè colorata, bonam arguit digeſtionem.* 3 *Vitalis cum trina ſui proportione benè colorata, bonam digeſtionem notat.*

4 5 6




4 *Naturalis cum trina ſui proportione, & dimenſione benè colorata, digeſtionem laudabilem denotat.*
5 *Triangulus æquilaterus, ſummam optimamque & laudabilem digeſtionem admittit.* 6 *Angulus ſupremus eminens atq; acutus, digeſtionem bonam quoque promittit.*

7 8 9





7 *Angulus ſupremus valdè ſeparatus, digeſtionem bonam affirmat, quando ſunt lineæ craſſæ & rubræ.*
8 *Linea hepatis cum trina ſui proportione, cum naturali connexa, benè colorata, digeſtionem quoque bonam promittit.*
9 *Saturnina in concauo manus, cum trina ſui proportione benè colorata, digeſtionem bonam declarat.*

10 11






Soror

10 *Soror vitalis in mōte pollicis cum trina demenſione benè colorata, digeſtionem bonam arguit.* 11 *Manus benè turberculatæ cum turberculorum eminentia, & concauo benè foueato cū bona ſoliditate, digeſtionem bonam notant.*




12

13


12 *Color manus ex albo & rubro mixtus, & perſpicuus, brunus, clarus atq; caſtaneæ ſimilis, bonam digeſtionē indicat* 13 *Soror mēſalis in manu, potentiam innati caloris arguit, & per conſequēs bonā digeſtionē: expertum eſt.*



DE INDIGESTIONE, SIVE MALA digeſtione, Caput LXX.

1

2

3


1 *Cutis tenuis & debilis, phlegmaticam naturam dicit, exinde malam digeſtionem.* 2 *Menſalis fracta & capillaris, malam digeſtionem atteſtatur.* 3 *Triangulus in aliqua ſui parte deficiens, lineæq; ſi ſint tenues & capillares, malam digeſtionem notat.*

4

5

6





4 *Vitalis capillaris & diſcontinua, mali coloris, imperfectam digeſtionem connotat.* 5 *Naturalis capillaris & malè colorata, digeſtionem malam oſtēdit.* 6 *Angulus ſupremus ſeparatus valdè cū diſcontinuis & capillaribus lineis, malam digeſtionem notat.*

7

8


7 *Linea hepatis tempore iuuentutis non exiſtente, & ſi locus ſit pallidus, & depreſſus, non laudabilem digeſtionem notat.*

8 *Baſis trianguli intercepta à lineis pallidis, dolores varios oſtēdit ratione malæ digeſtionis.*




DE ITINERIBVS, CAP. LXXI.

1

2

3


1 *Linea vt crux rubra in angulo dextro, fortitudinem, cordiſque ſuperbiã generat, regiones multas inuiſere cogit, &, ſi talis fuerit miles, in ſuo ſtatu erit felix.*

2 *Exiguæ lineæ verſus reſtrictam & dorſum manus quotquot fuerint, totidem itinera breuia ſine lucro notant.*


3 *Multæ rimulæ in linea vitæ ſuperius apparentes, peregrinationes elapſas, ſi inferius appareant, futuras notant.*

4

5

6



4 *Extremitas vitalis bifurcata, aut trifurcata, totidem itinera notat.*

5 *Crux in mēſa in oppoſito medij, peregrinationes & labores denotat, cauſa hono-*


ſa honoris, amoris, deuotionis & vtilitatis ipſius aut alterius. 6 Quædam rectæ lineæ, benè coloratæ, venientes quaſi à radice pollicis, ſcindētes vitalem, longas peregrinationes in remotis & diuerſis regionibus manifeſtant.



7 Linea à pollice ſcindēs vitalem & naturalem, verſus medium porrecta, longas peregrinationes & mutationes notat. 8 Prædictæ lineæ ſi in menſa remaneāt, & in fine ſint vt crux, peregrinationes honoris aut deuotionis cauſa notant. Et nec mirum, ſi poſt talē peregrinationem tales lineæ deleantur, mutentur, aut alium colorem aſſumant, ſed ſi adhuc futuræ ſunt, rubent, & ſunt coloratæ, ſed ſi propinquus ſit effectus, perueniunt ad intenſum calorem, vt in infinitis notatum eſt. 9 Locus Martis diſpoſitus cum angulo ſupremo ſeparato, multas peregrinationes notat.



10 Multæ lineæ in loco Lunæ, ex quacunq; forma, itinera aquatica declarant. 11 Figura vt crux conglomerata in quadrangulo, itinera multa notat, cum paupertate & infortunio. 12 Menſalis ſub medio digito formam habens, cū aliquibus ramulis diſtincta, multas regiones peragrare ac remotas, citra tamen vtilitatem, apertè ſignificat.




Itinera & peregrinationes.

13 *Linea quædam à raſcetta per locum Lunæ & concauum extenſa vſq; ad montē indicis, aut ſi à radice indicis oriatur, & extēdatur vſq; ad raſcettam, maximam peregrinationem & terrarum peragrationem notat.*

14 *Duæ lineæ à raſcetta per concauum in extremitate diſperſæ, inſtabilem notant peregrinationem, hominemq; vagabundum, diuerſarum regionum habitatorem, & pauperem.*


15 *Crux pulchra in quadrangulo, ex oppoſito ſpatij auricularis & medici, peregrinationes laborioſas notat.*



16 *Talis r figura in inferiori parte menſalis, mortem in itinere deſignat.*

17 *Saturnina à raſcetta per concauum ad radicem medij perueniens, longa itinera cum grauibus iacturis notat, ni obſtet radix genituræ.*

18 *Si fuerit interciſa, aut diſcontinua, impedimentum aut infortunium in itineribus notat.*




19 *Linea parua à naturali tendens ad quadrangulum, & ſi interſecetur ab altera linea in formam crucis, votum ſignificat, & quotquot erunt, tot & vota, cum qua ſi fuerit aliqua linea indicans itinera, voto per peregrinationem ſatisfaciet.*

20 *Linea emergens à radice pollicis, continua, à vitali ſecata & naturali, perueniens ad quadrangulum, & ſi in fine ſecetur à quadā parua linea, in formam crucis, itinera arguit, & quot erunt lineæ, totidem erunt itinera.*

21 *Si prædicta linea ſit oblonga, continua, & rubicunda, itinera longa indicat. Si in manu dextra fuerit, tātò fortius ſignificabit, ſi in ambabus manibus, fortiſſimè, ſi in ſiniſtra tantùm, & non in dextra, exiguum erit indi-*


cium

cium. Et hoc generale documētum in omnibus indicijs, licet in fœmina plus efficiat ſiniſtra, quàm dextra.




Itinera & peregrinationes.

22 *Naturalis in fine bifurcata, deuotionem ſignificat, ſi cum ipſa coniungantur itinerum ſigna, plerumque habentes talem poſituram, peregrinantur votorum gratia, aut deuotionis.* 23 *Saturnina comitata vna aut pluribus lineis itineralibus, peregrinationem offert plerunq; mendicãdo, & non ſine Melancholia, & ſi perueniat ad medium digitum.* 24 *Lineæ quædam à brachio per raſcettam ad montem manus, Maris itinera notant.*



25 *Baſis trianguli finiens in cauea manus, non adhærens vitali, hominem maris tempeſtatibus & procellis infeſtari dicit.* 26 *Qui habet à radice ſuæ genituræ, indigentiam & paupertatis morbum, & habeat plures lineas ſub medio digito quàm alibi, præſertim ſi Saturnina extendatur à raſcetta ad radicem medij, peregrinationes per multas terras & regiones, cũ anxietate, laboribus, & multis indigentijs, & ideo, quia Saturnus eſt dominus genituræ.* 27 *Qui habent prædictas lineas ſic diſpoſitas, & ex proſapia ſunt diuites, per multas regiones peregrinabuntur in cõtinuo exercitio mercium, & cum lucro & proſperitate negociabuntur.*




Crux


28 *Crux in monte Mercurij prope menſalem, legationes & officia hono-ris cauſa notat.* 29 *Stella in loco Mercurij benè conditionata, ad honorem & officium extra patriam promotum iri notat.* 3 *Lineæ obliquæ à raſcetta verſus montem Iouis, honorifica indicant itinera & peregrinationes homi-nem libenter ſubiturum, cui magiſtratus honorifici & lucroſi dabuntur, ſi in tali loco manere cupiat.*

DE IVSTITIA, CAP. LXXII.

1




2



1 *Menſalis cum trina & optima dimenſione, benè conditionata, & colo-rata, iuſtitiam notat.* 2. *Vitalis cum trina ſui proportione, longa vſque ad raſcettam, hominem iuſtum & veracem notat.*

3




4




3 *Stella in quadrangulo benè colorata, hominem iuſtum notat.*
4 *Quadrangulus eminens, & clarus, æqualis, non interſecatus, cum debi-ta diſtantia, hominem iuſtum & liberalem ſignificat.*

DE TEMPERANTIA, CAP. LXXIII.

1




2



Temperantia.

1 *Vitalis in extremitate diuiſa verſus raſcettam, vna, aut pluribus lineis interſecata vt crux, ſignificat temperantiam.*


2 *Vitalis æqualis, continua, & profunda, vniformis, non diuiſa, longa, benè colorata, nec pallida, nec rubra, temperantiam ſignificat.*



3 *Lineæ principales, ſi cũ vitali in bona ſint proportione, colore, & diſpoſitione, bonam naturam, naturalemq́ ſanitatem, virtutem, & temperantiã, ex parte habentis ſignificant, ſed ſocietatis cauſa poteſt eſſe incontinens.*

4 *Quædam linea ſecans vitalem in fine, in forma crucis, cum bono colore, temperantiam ſignificat.*

DE CONSTANTIA ET PROBITATE, Caput LXXIIII.




1 *Vitalis benè proportionata, colorata, & longa, conſtantiam ſignificare videtur.*

2 *Menſalis habens trinariam proportionem, benè colorata, & ſatis longa, conſtantiam notat.*

3 *Triangulus æquilaterus, benè conditionatus, bonam conſtantiam notat, qui laudabiliter ab omnibus laudabitur.*


Conſtantia, & probitas.



4 *Manus oblongæ, & digiti craſſunculi, hominem indicant lætum, tardum, pigrum, phlegmaticæ complexionis, probum tamē, & modeſtiſsimum.*
5 *Probitatis ſignum eſt, ſi quis pro conſuetudine manus ad zonam firmet, aut à tergo.*


DE STVLTITIA ET INSANIA, Caput LXXV.

INtermiſsis temporibus nullus eſt adeò ſapiens, nec vitæ tantæ excellentiæ, qui quandoq; non ſit ſtultus in aliquo caſu, prout rectè dicitur: Semel inſaniuimus omnes, hos indoctum vulgus penitùs eſſe putat ſapientes, qui bonam habent exteriorem fortunam. Aliqui ſunt iracūdi, qui à paſsionibus vincuntur, nec iræ frenum imponunt, hos vulgus fatuos appellat, ſunt tamen poſt iram rectiſsimi diſcurſus boni conſilij. Difficilè eſſet hoc loco omnes ſtultorum ſpecies diffinire: ſtultorū enim infinitus eſt numerus. Fatui hoc loco vocantur, qui quādo quieti ſunt, carēt recto diſcurſu, ac ratiocinatione. Aliqui etiam fatui dicuntur, qui ſunt nimiæ inſtabilitatis.



1 *Lineæ obſcuræ in auriculari, malum intellectum denotant ſine ſtabilitate, nec in ſuis rebus fundantur ratione: ſunt ergo audaces & ſtulti.*
2 *Si lineæ triangulum conſtituentes, nuſquam vniantur in aliqua parte, ſtultitiam denotant.*
3 *Vitalis cum naturali non coniuncta, ſed notanter diſtincta, purū & nudum ſpatium linquens, varios ac inutiles ſermones hominem proferentē notat.*


Quædam



4 *Quædam linea aſpera, & tortuoſa, deſcendens inter medium & annularē, aut ab eorum radicibus, ſtultitiã: & temeritatem oſtendit, vt antiqui, etiam Moderni volunt.*

5 *Menſa manus inæquali ſpatio conſtans, complexionem malam minatur, & negotia fatuitate mixta hominem exercentem.*


6 *Linea diuidens dictam menſam, infamiam & inſaniam notat.*



7 *Digiti groſſi, & breues, & palma curta, ſtultitiam notant.*

8 *Digiti ſubtiles plus quàm deceat, ſtultitiam penitùs ſignificant.*

9 *Litera G in triangulo, dementiam ſiue inſaniam arguit.*





10 *Naturalis in fine ſui ad digitos multũ inclinata, maximam arguit ſtultitiam.*

11 *Crux in auriculari, fatuitatem indicare ſolet.*

12 *E in triangulo, virorum dementiam & ſtultitiam ſignificat.*


Stultitia & Inſania.







13 *Duæ lineæ à reſtricta ad foueam manus verſus montem, & in medio mutilatæ, ſiue diſiunctæ, & poſteà vnitæ, ignarum & obtuſum arguunt ingenium, mortem inſtar fatui in patria obiturum, carentem tamen ſenſu, vt multi aſſerunt.* 14 *Vngues oblongi & anguſti, ſtoliditatem atque ferocitatem demonſtrant.*

DE HONORIBVS ET DIVITIIS apud Reges, Caput LXXVI.









1 *Litera B in monte indicis, maximam fortunam apud Reges pollicetur.*
2 *Litera G in monte annularis, apud Reges fortunam & maximũ fauorem promittit.*
3 *Litera F in monte indicis, etiam honores & fortunam apud Reges pollicetur.*



4 *Triangulus aut forma ſphærica, benè conditionata in monte Iouis, itidē pollicetur.*

Lineæ

Honores. Regalis dignitas.


5 *Lineæ pulchræ, longæ in annulari aut indice, diuitias, honores & dignitates à Principibus denotant, præſertim ſi ab vno articulo ad alium tranſeant.*

6 *Linea à vitali æqualis latitudinis, per concauum ad radicem Solis ad modum ſulculi, benè colorata, honores, exaltationes, famam atque dominiū pollicetur & præſtat.*


7



8



9



7 *B in triangulo, diuitias & familiaritatem cum Principibus promittit.*


8 *Lineas pulchras in principio vitalis extēſas per tuberculū, diuitias cum honoribus exuberantibus apud Reges dicunt polliceri.*

9 *Cruces in primo articulo pollicis, diuitias & honores apud reges, maximè ſi ſint graciles & ſubtiles, promittunt.*

10



11



12




10 *Linea Solis à menſali per modum ſulculi cum trina proportione ad radicem annularis procedens, diuitias, honores, dignitates & officia apud Principes pollicetur. Notanda tamen eſt tuberculorum & aliarum proportio circa diuitias, ætates & infurtunia Verbi gratia: Si mons Mercurij ſit benè lineamentis conditionatus cum angulo ſupremo eminēte, aut triangulo, ratione ingenij & literarum, ad honores erit exaltatio. Si mons Iouis eſſet excelſus, apud Reges, Religioſos, Cardinales, Papam & cæteros Eccleſiaſticos erit acquirenda talis honoris & diuitiarum exaltatio, & fortè cauſa Principum ſecularium: quia locus Solis pro eſſentia cum lineis fortunatis habetur.*

11 *Menſalis cum ramis rectis ſuperiùs tendentibus verſus indicem, ſignat exaltationē, & denotat honores, officia & dignitates, & ſi talis fuerit pau-*

Xx 3 per, ad

per, ad prædicta gradatim aſcendet. 12 *Menſalis vt priùs figurata, ſed tendens ad indicis radicē, & in fine eius firmetur, & ex altera parte ramus eius aſpiciat radicem pollicis, exaltationes, honores, aut officia declarat, & talis erit dulcis animi & morigatus.*




13 *Quædam linea à radice pollicis, ad lineam vitæ poſtremam, verſus angulum ſupremum, cupidum laudis, honoris hominem notat & inanis gloriæ Si aliqua connexa habeat, honores & diuitias apud Principem aut Senatū demonſtrat.*

14 *Duæ lineæ continuæ, à raſcetta ad radicem annularis, ſeruitutem Principum notant, & talem virum fore fortunatum, quem Principes amabunt & muneribus dotabunt.*

15 *Lineæ ſubtiles in radice digiti Solis, plus quàm alibi, palàm negociari quæ ab alijs occultè fiunt, & à Regibus ideo extolli, quandoque verò deprimi: ſunt ſimiliter fideles & magnanimi.*

DE REGALI DIGNITATE, Caput LXXVII.





1 *Stella in loco Iouis vel Solis, coronam vel regiam dignitatem promittit*

2 *Forma ſphærica, vel circulus in loco Iouis, ad coronam vel regiam dignitatem præbet aſcenſum, vt putant antiqui Aegyptij, & nonnulli Moderni*

3 *Lineam Saturninam à vitali rectam, vt ſulcus ad montem Solis decurrentem, regiam dignitatem cum ſummo honore dicunt ſignificare.*

Vna



Regalis dignitas.



4 *Vna, vel duæ lineæ cum earum trina proportione à linea menſali, nec in aliquo loco interſecatæ, ad locum Solis velut ſulcus in duabus partibus prouenientes vſque ad radicem digiti, principatum vel regiam dignitatem promittunt, reſpondentibus ad hoc alijs lineis.*

5 *Litera D, vel B in monte Solis, hominem diuitem & fortem, & qui forte ab alienis diuitias adipiſcetur, & aliquando talis exaltabitur ad regias dignitates: ſi fuerit ruſticus, aut conditione vilior habens talem poſituram, augebitur eius ſtatus, & habebit imperiũ ſuper gẽtes ſui ſtatus & proſapiæ.*

DE MILITARI DIGNITATE, Caput LXXVIII.

1 *Litera C in monte Iouis, Regum amorem conciliat: habẽs erit Dux aut Rector exercitus.* 2 *Litera B in triangulo, oſtendit quòd habẽs erit diues & familiaris Principibus, & Dux exercitus.*


3 *Triangulus æquilaterus, non tenuis cum linea Solis, bonam fortunam dignitatis militaris dat: expertum eſt.*

Natu-

4 Naturalis cum vitali coniuncta, lenis, & angulus ſupremus acutus cum Solari poſitura, fortunata atq; liberis mõticulis & proportionibus, ad diſciplinam militarem aſcenſurum hominem promittit, dummodò talis poſitura non ſit admodum effœminata: non rarò expertum eſt.

DE MAGISTERIO, CAP. LXXIX.

1




2




1 Duæ lineæ in monte annularis æquè diſtantes, præſertim ſi ad radicem digiti proueniant, dignitatem, famam, in inquirendis ſubtilia multarum artium demonſtrãt. 2 Linea à radice minimi ad ſecundam vel tertiam iuncturam extenſa cum bona proportione, ingenium diuerſis facultatibus accõmodatum, præſertim quando mons eſt clarus, illuſtrat.

3



4



3 Litera d in loco Lunæ, hominem ad diuerſa magiſteria promouet. 4 Multæ lineæ tranſuerſales lineas naturales interſecantes, ſignificant applicationem ad diuerſa negocia, in multis magiſterijs, præſertim quando lineæ ſunt graciles.

DE HONORIS PRIVATIONE, ET Carceris aduerſitate, Cap. LXXX.

1





2



Semi-


1 *Semicircularis linea ſiue cingulum Veneris inter medium & indicē orta, & inter minimū & annularem finiens, honoris lineam ſecans, honoris priuationem carcerisq́ aduerſitates notat.* 2 *Talia ſigna T, V, Z, iuxta lineam vitæ, dignitatem & diuitiarum amiſsionem cum timore notant.*


3


4


3 *Angulus ſupremus in infima parte conſtitutus, damnum dignitatis, & diuitiarum amiſsionem minatur.* 4 *Linea Solis infortunata, dignitatum & diuitiarum priuationem, calumniam & carceres ratione Principis oſtēdit.*


DE REGNI PERDITIONE, Caput LXXXI.


1


2


1 *Angulus ſupremus in infimo loco ſeparatus & cauſatus, amiſsionem ſtatus minatur.*

2 *Saturnina non benè cōditionata & valdè protenſa cum vberrima copia linearum in medio turberculo, amiſsionem dominij & regalis ſtatus notat.*

3



4


3 *Menſalis protenſa vſque ad indicis tuburculum, & nuda ſine ramis, infortunium maximum ac ſtatus perditionem minatur.*

4 *Linea emergens à concauo manus vſque ad radicē medij protenſa (pro cōmuni omnium ſententia) notat dominij amiſsionem, & etiam in vinculis mori, verbi gratia: Si in alicuius manu vitalis, naturalis & menſalis ſint nudæ ſine ramis, & tubercula ſine lineis depreſſa, inſuper Saturnina malè conditionata cum exuberantia linearum loco Saturni, & ſit diſgregatio digitorum cum articulis craſsis, dicendum eſt omninò, qui ſic habet manum diſpoſitam pro naturali inclinatione eum perditurum eſſe regnum & vitam.*

Alia manus ſi ſit benè monticulata, & angulus ſupremus valdè infimus, & menſalis nuda ſine ramis, tum etiam articuli ſint craſsi, concludendū erit talem hominem cum perditione ſui regni mala morte periturum vel moriturum eſſe. Alia manus ſi ſit benè lineata atq; monticulata, habens angulum ſupremum valdè infimum cum linea dicta mater cararum, quæ oritur in cōcauo manus, & extenditur vſque ad primum articulum medij digiti, aut ad ſecundum, concludendum eſt, quòd ille Rex, Dux, Princeps aut Dominus in vinculis moriturus, & perditurus quoque ſit Regnum, Ducatū, vel Principatum ſuum.

DE INFORTVNIO IN DIVITIIS, CAPVT LXXXII.



1 *Menſalis connexa cum naturali, vitali, faciens cum eis mutuum angulum, infortunium maximum manatur, ita quòd vitæ ſæpè talem tædeat ſuæ, & ſe in mundum nunquam veniſſe exoptet.*


2 *Menſalis recta & ſubtilis in fine verſus montem indicis, infortunium & ſubſtantiæ minutionem minatur.*

3 *Menſalis terminans iuxta medium ad digitos, non firmata, in continuo timore hominem permane (prout aues in ſuis nidis latitantes, ne aliarum inſidias experiantur, occultantur) minatur, ſed ſi eadem menſalis in fine ſubtilis & rubra, minuitur infortunium, ſi verò groſſa & rubra, augetur.*

Men-



4 5 6





4 *Menſalis bifurcata verſus indicem & medium, ſignum eſt laboris in tota vita.* 5 *Menſalis ramum proijciens inter annularem & medium, labores & anguſtias oſtēdit, & ſi ſit ſubtilis & rubra, minuitur effectus, ſi verò groſſa & rubra, augetur.* 6 *Menſalis in pluribus locis interciſa, labores ſine requie notat, & anguſtias apud Reges: expertum eſt.*


7 8





7 *Menſalis in fine ſui aſcendens ad indicem, infortunium notat in omnibus negotijs: expertum ſæpè.* 8 *Lineam Solarem in monte Solis obſeſſam à multis lineis qui habet, vitet Regum & Principium familiaritatem: quia cauſa eorum patietur anguſtias, iacturas, & maximum infortunium, & fortè carceres cum mortis periculo.*

DE MARTIALIBVS ET BELLIcoſis, Caput LXXXIII.

1 2 3







1 *Naturalis cū vitali coniuncta intenſo colore, vniformes Martiales in colore facit. Qui habet duplicē coniunctionē, præſtat et fortunatior erit & audax, quærēs ſine pigritia promptus quotidiana bella.* 2 *Angulus ſupremus*

valdè ſeparatus cum prædicto colore & intenſa rubedine, Martiales effici & viros peßimæ naturæ, & magis infortunatos quo ad omnia, dicunt aliqu illos habere in genitura Martis cum Saturno applicationem, alij Mercur cum Marte, quod ſatiùs & meliùs credendum eſt.

3 *Triangulus æquilaterus cum lineis großis ac rubris, menſali ad tubercu lum Iouis promanente rubra, ſiue liuida, naturam Martialem affirmat: ſæp expertum eſt.*





4 *Linea hepatis in coniunctione cum vitali eam equitans, verſus monten pollicis inq; ipſum intrans, Martialem naturam oſtendit.*


5 *Menſalis craſſa, continua, rubra aut in fine liuida, extenſa ad medium in dicis montem vel propè, Martialem atque crudelem naturam oſtendit.*

DE TYRANNIS, CAP. LXXXIIII.





1 *Graciles & longæ manus, naturam tyrannicam monſtrant.* 2 *Menſalis extenſa vſque ad tuberculum indicis cum liuore aut rubedine, tyrannicã & crudelem naturam dicit.*





Natu-


Tyranni.

3 *Naturales valde extenſæ, tyrannicam naturam penitùs arguunt, faciũtque corpus Cholericum ſimul, & complexionem & animum indicant rapacem, atque etiam tyrannicam naturam explanant, eundemq; effectum præſagit naſus aquilinus, & tales aſsimilantur Aquilæ.*

4 *Color rubeus & obſcurus, tyrannicã & rapaciſsimam naturam indicãt.*

DE HYPOCRITIS, CAP. LXXXV.


HYPOCRITAE *ſub ſpecie bonitatis & deuotionis, homines latenter, vt lupi rapaces, decipiunt, quorum ſigna in manibus ſunt ſequentia.*



1 *Naturalis bifurcata in fine, hominem notat ſecularem vitam traducere, & religioſam.*

2 *Medius digitus craticulatus, ingenium Melancholicum notat, præſertim in actionibus furtiuis, & aliquam hypocriſim notat.*

3 *Saturnina in manus cauea extenſa, hypocriſim denotat.*



4 *Naturalis cum vitali ſtrictum angulum faciens, animum cælatum atq; hypocriſim manifeſtat.*

5 *Menſalis bifurcata in monte indicis, aut ex parte medij, apertè notat latentem hypocriſim, & ſpecialiter verſus parentes & amicos: quia illos non diligit.*

D E INVIDIA, LXXXVI.


Inuidia.



1 *Naturalis cum vitali non benè coniuncta, ſed notabiliter diſtans, maximam inuidiam notat.*

2 *Menſalis extenſa vltrà medietatem mōtis indicis, inuidiā notat, & detrectationem maximam ſi in fine ſit pallida vel liuida.*


3 *Angulus ſupremus non coniunctus, & ſi ſpatiū ſit malè rugoſum, inuidiam & detrectatorem eſſe teſtatur.*



4 *Digiti parui & tenues ſtultitiam & inuidiam demonſtrant.*

5 *Digiti flexi in vltima iunctura inuidiam quoque demonſtrant.*

DE NEGOTIOSIS, ET HOMINIBVS quietæ vitæ, Caput LXXXVII.



1 *Ferè omnes paruæ lineæ in manibus, beluinam naturam oſtendunt, & hominem nullis negotijs ſeſe intermittentem.*

Negotiatores & homines quietæ vitæ.

2 *Soror vitalis, vel menſalis ad medium decurrens, & ſi profundæ, & breues lineæ ibidem peruenerint, quietam vitam oſtendere videntur.*


3 *Mons medij ſine lineis, otioſum hominem, & ſine cura viuere indicat.*


DE VXORE MERETRICE, Cap. LXXXVIII.

DE EXTRANEIS, Caput LXXXIX.


DE PRODIGIS, Caput XC.

1





1



1 *Sunt nonnulli qui ſpreto docere non dedignantur ducere in vxores meretrices. Tales habent literam C in loco Veneris, & ſponſalitia cum meretricibus celebraturi ſunt.*


1 *Linea quædam deſcendens & menſalem ſcindens, per longum extenſa, inclinat hominem peragrare, & rarò proprios parentes viſitare.*

1 *Litera C in loco Lunæ, conſumptores & prodigos multarum diuitiarum & facultatum indicat.*


DE VIATORIBVS Caput XCI.

DE PEREGRINIS, Caput XCII.

DE NOBILITATE animi, Cap. XCIII.



1



1




1 *Quædam linea à medio radicis brachij per raſcettam tranſiês, hominem in vno loco firmum, ſed hinc inde vagabundum deſignat.*

1 *Litera F in loco Lunæ, hominem ad diuerſas peregrinationes inclinat.*


1 *Quædam linea decurrens à Brachio per raſcettam in fine montis pollicis vel in fine lineæ vitæ, nobilitatem animi demonſtat.*

DE


DE VIATORIBVS, Cap.XCIIII.



DE IMPROVISO bono, Cap.XCV.



DE SERVIS FVgitiuis, Cap.XCVI.




1 *Linea quædam à medio radicis brachij, per raſcettam ad naturalem de loco in locum tranſiens, viatores cum lucro indicat.*


1 *Sunt quibus adeò fortuna fauet, vt ex improuisò etiã dormientes prouideantur, licet non laborent, nec alicuius rei ſint ſolliciti. Si igitur quædam linea à brachio tendat ad digitum annularem verſus auricularem, bonũ futurum ex improuisò indicat.*

1 *Linea à radice brachij per raſcettam, & pectus manus ad auricularem, ſignificat ſeruum liberari fuga: & ſi plures fuerint lineæ, plures ſerui fugitiui è manibus talis liberabuntur.*

DE SERVIS FVRIBVNdis, Cap. XCVII.



DE LENONIBVS, Caput XCVIII.



DE BONA SPE, Caput XCIX.



1 *Linea ſupernotata, magis lata, profunda, & rubra, ſignificat hominem habere ſeruum furibundum.*

1 *Litera E in loco Martis, hominem notat vilibus ſubiectum mulieribus, & aliquando talem in vxorem ducere.*


1 *Rami aliqui à vitali extẽſi ad naturalem per triangulum, hominem indicant bonæ ſpei, & bonũ ſucceſſu temporis habiturum, ſed in principio mala ſuſtinebit.*


MALVM

DE MALO FVTVRO, Caput C.

DE LITIBVS AD SANguinis effuſionem, Ca. CI.

1 1






1 *Quædam lineæ ſecantes vitalem ad montem pollicis, malum opus ſpeculari, & infortunium circa diuitias & iacturas notant incomparabiles.* 1 *Puncta ſiue grana rubra, inordinata ſuper vitalē, vel puncturæ inordinatæ, ſignificant virum contentioſum, & lites mouentem ad ſanguinis vſq; effuſionem, per quam aut vitæ diſcrimen, aut alicuius membri mutilatio exponitur.*

DE LVSORIBVS, CAP. CII.

1 2







1 *Duæ lineæ inter primam & ſecundam iuncturam pollicis extenſæ, benè coniunctæ, hominem luſorem taxant, & propter luſum vitæ periculū incurſurum, & raro lucraturum: ſed ſi fuerint diſiunctæ vel flexuoſæ, damnum paſſurum.*

2 *Montem pollicis valdè eleuatum, luſorem dicunt ſignificare.*



3 4






3 *Angulum ſupremum val de ſeparatum, etiam luſorem dicunt ſignificare.*
4 *Angulus ſupremus reticulatus, aut in infima parte conſtitutus, cum tuberculo Veneris tumido, aut craticulato, hominē indicat ad luſum promptū.*

DE MECHANICIS, CAP. CIII.

1

2


1 *Pulchræ, & rectæ lineæ, & fortunatæ in loco Mencurij, hominē indicant mechanicum, & in ſua arte expertum.*
2 *Lineæ pulchræ, & fortunatæ in loco Solis, idem vt prius ſignificant, hominem inquam artis mechanicæ expertum, poſteris ſuæ virtutis memoriam linquentem.*

3

4


3 *Angulus ſupremus acutus, & eminens, idem vt priùs ſignificat.*
4 *Triangulus æquilaterus bene diſpoſitus, deſiderium ſummū perfectæ memoriæ & actionis indicat.*

DE MISERICORDIBVS, Caput CIIII.

1


DE RISORIBVS, Caput CV.

2


Lineæ


1 *Lineæ pulchræ & ſpecialiter vna inter alias à medio monte Iouis cum bona montis & lineamentorum diſpoſitione, miſericordes, veridicos, eleemoſynarum largitores illuſtrant.*

1 *Iouiales lineæ iam dictæ, gaudium in riſu & multitudinem verborum excitant.*

DE MVSICIS, CAP. CVI.


1 


2 

3 

1 *Mons Veneris tumidus, altus, atq; rotundus cum pulchris lineis, hominẽ luxurioſum notat, & Muſica maximè delectantem, & inſtrumentis Muſicalibus.* 2 *Pulchræ lineæ & claræ in digito minimo, hominem ad Muſicam inclinatum indicant.* 3 *Angulus ſupremus in magna diſtantia linearum cum curtis et ſubtilibus lineis, virgulis aut rugis, inclinationem ad Muſicam & inſtrumenta muſicalia, propter luxuriam & laſciuiã, ſignificat.*

DE SATVRNINIS, Caput CVII. — DE IOVIALIBVS, Caput CVIII. — DE SOLARIBVS, Caput CIX.

1 

1 


1 


1 *Plures lineæ in monte Saturni quàm alibi, præſertim quãdo Saturnina à raſcetta per palmam ad digitum percurrit, Saturninos exponit.* 1 *Pulchræ lineæ in radice, indicis tuberculo exiſtẽte tumido, claro, nitido, latitudinales lineas habente, præſertim quando vna linea oritur à medio montis aut prope angulum ſummum tendens ad prædicti digiti partes, Iouiales manifeſtant.*

1 *Lineæ ſubtiles ni radice digiti Solis plus, quam alibi, cum linea ſolari et tuberculo tumefacto & colorato, Solares facit naturales, inuentores et imitatores operationum, eaque operantur, quæ nunquam didicerũt, nec audierunt, & tales habent in ſua genitura Solẽ in bono loco, aut almutẽ genituræ.*

DE OBSEQVII FRVſtratione, Cap. CX.

DE FORTVNATIS, Caput CXI.






1 *Litera C cum nonnullis alijs lineis in loco Solis inuentorem artium, ſemper diuitem ſignificat, ſed fruſtrabitur ſeruitio & obſequio amicis præſtito, at ab extraneis honorabitur.*

1 *Tres lineæ verſus digitum Iouis terminatæ, cum radice digiti Veneris in bono ſtatu ſcilicet monte tumente, lineato, rubro, & claro, dulces & fortunatos large expendentes homines faciunt.*

DE MERCVRIALIBVS, Caput CXII.






1 *Lineæ in digito Mercurij, non æqualiter coloratæ, nec ad poſituram & colligantiam conuenientes, non claræ, ſed obſcuræ, fures leuis fortunæ notant, aliquando à fortuna ſublimatos, & viciſſim ilicò depreſſos, faſtidioſos, duræ ceruicis vulpinosque.*


2 *Lineæ pulchræ & claræ rubedinis in digito Mercurij, loquaces & Muſicos indicant, ingenioſos Aritheticos, Geometros, Augures & Prognoſticatores, item librorum compoſitorem notant.*

DE LVNATICIS, caput CXIII

DE FRATRVM DIſcordijs, cap. CXIIII



DE GIBBOSIS, caput CXV.





1 *Lineæ aut ſigna Lunæ in eius monte malè cōditionata, Lunaticos, paruæ æſtimationis notāt.* 1 *Duæ rimulæ ſupra vitalem, iacentes inter pollicem & indicem verſus ſylueſtrem partē, cū fratribus et proximis diſcordiā notāt.* 1 *Menſalis ramum vnum ad indicem, alium ad medium mittens, gibboſos nil cogitantes, notat.*

DE DAMNO CRVDELITATIS, CAP. CXVI.







1 *Menſa manus latior & ſpatioſior quàm decet, hominē liberalem notat, damnum crudelitate paſſurum.* 2 *Naturalis bifurcata, Catholicum, liberalem, Deum timentē, & iuſtitiam notat aliquando cum hypocriſi.* 3 *Naturalis bifurcata nimis, animum duplicatum atq; latentem denotat: expertū eſt.*

DE LITIGATORIbus, Cap. CXVII.

DE ECCLESIASTICIS, Caput CXVIII.

DE LVCROSIS fabricatoribus, Ca. CXIX.






1 *Menſalis trifurcata, ramum proijciens inter annularem & auricularem alium inter annularem & medium, tertium inter indicem & medium, hominem litigioſum manifeſtat, ſi fuerint boni coloris, minuitur effectus.*

I *Menſalis bifurcata, alterum ramum in medio montis indicis proijciens, alium ad vitalem, hominẽ ſignificat Eccleſiaſticum longæuum, bona multa ex Clericatu recipientem.* I *Menſalis ad mediũ aſcendẽs, et ſi in eius capite ſint rami extenſi ad ſuperiorẽ partem, lucra ſignificat & fabricandi deſiderium: quod talis nequit, in aliorum operibus pro alijs id præſtabit.*


DE LASCIVIS IMprobisq;, Cap. CXX.



DE IMPROBIS DETRECtatoribus, Cap. CXXI.



DE SANGVINOlentis, Cap. CXXII.




I *Angulus ſupremus ſeparatus, & multis lineis oppreſſus in formã retis, hominem notat laſciuum, & malam ſocietatem ſequi, cuius tamen finis bonus erit.* I *Angulus ſupremus in medio ſitus cũ quatuor lineis ſeſe interſecantibus vt crux vnica, hominem diſcordem & valde improbum, cuius verba & detrectationes effundendi ſanguinem, cauſam præſtabunt.* I *Naturalis tẽdens ad menſalem, indicat hominẽ proprium ſanguinem effuſurum, qui erit maledicus, neque aberit à periculo mortis violentæ.*


DE PERICLITANtibus, Cap. CXXIII.



DE IRACVM EFFVSIOne ſanguinis, Ca. CXXIIII.



DE TRIREMAlibus, Cap. CXXV.




I *Menſalis cum vitali & naturali, & linea hepatis, & ſi ſint quaſi in angulo ſupremo coniunctæ, tantum periculum homini imminere notant, vt cum morte vitam ſæpè commutare cogitet.* I *Quatuor rubræ lineæ ſecantes naturalem, hominem cum matre iraſci ſignificant & ea de cauſa futurã ſãguinis effuſionem, ſed ſi dictæ lineæ pallidæ fuerint, non ſequetur effectus.*


I *Linea à raſcetta craſſa & continua, obliquata per montem manus verſus percuſſionem, hominem in ſeruitutem redigendum, et in triremibus cogendũ pro maiori vitæ ſuæ parte, notat.*

DE


DE ILLVSTRIBVS INGEnio in lucro verſantib. Ca. CXXVI.



DE INCARCERATIS, Cap. CXXVII.





DE INFORTVNATIS negotiatorib. cap. CXXVIII.



1 *Duæ lineæ obliquæ continuæ, à raſcetta per concauum manus ſcindentes vitalem ad radicē pollicis, vel prope prouenie̅tes, hominē in lucro ſæpè verſari, ſed timendū, ne ab eis patiatur damnū quib. fidit, illuſtre tamē & magnificū ſignificāt ingenium.* 1 *Duæ lineæ tortuoſæ, à raſcetta verſus mōtem manus, hominē pecunia mulctandū, & fortè incarcerandū ſine reſtitutione pecuniæ.* 1 *Duæ lineæ obliquæ, à raſcetta ad naturalē continuæ, hominem ſæpè in lucro verſari ſed perfidum & infortunatū in omnibus negocijs ſuis notāt.*


DE INOBEDIENTIBVS PARENTIBVS, CAP. CXXIX.






1 *Lineæ ſparſæ in raſcetta ſe inuicē nō contingentes, ſed in diuerſa abeuntes, peſſimū hominem notant parentum cōtemptorem atq; eis inobedientem.* 2 *Menſalis & vitalis angulum cauſantes, deficiente naturali, iracundum, crudelem parentibus, eisq; inobedientem hominem notat.*

DE FRATRVM PERCVSSORIBVS, CAP. CXXX.



DE LATRONIB. CAP. CXXXI.





1 *Aliqua figurarum Martis in ſuo loco, deuaſtatores paternæ ſubſtantiæ, fratrum ac propinquorum percuſſores notat:* *Lite-*

1 *Litera G in loco Martis, malum virum cum latronibus perſeuerantem notat, occultè maleficia perpetrare machinantem.*

DE GEOMETRIS, Caput CXXXII.

DE DOCTORIBVS LINguarum, CXXXIII.






1 *Litera C in loco Martis, ingenioſum, & perfectum Geometram facit.*

1 *Litera C in loco Mercurij, Doctorē linguarum et librorū ſcriptorē facit.*

DE FALSARIIS ARtium, Cap. CXXXIIII.

DE SVBTILIBVS SCRIPTOribus profundarum ſcientiarum, Ca. 135.







1 *Litera C in loco Mercurij cum aliquo charactere, faſcinatores falſos, Alchymiſtas, et fingētes ſe poſſe dæmonia et ſpiritus malos cōſtringere notat.*

1 *Litera C in loco Lunæ, homines ſubtiles, ſcriptores profundarum ſcientiarum, & in malis operibus continuantes, notat.*

DE IVSTIS IVDICIBVS, CAP. CXXXVI.









Lineæ

1 *Lineæ pulchræ in radice indicis, præſertim ſi vna linea tendat ad digiti partes, orta á medio vel prope angulum ſupremũ, ſapiẽtes, iuſtos, fideles, religioſos iudices, Deum timentes, notant.* 2 *Litera F in monte Iouis, hominẽ ſapientem ſignificat in cauſis & iudicijs diſcutiendis.* 3 *Litera G in monte indicis, bonæ famæ hominem, generalem in omnibus facultatibus notat.*

DE PECVNIARVM ACCVMVLATORIBUS, Cap. CXXXVII.



DE IRAM SVSTINENTIBUS, Cap. CXXXVIII.




1 *Aliquis characterum Saturni in loco ♄, accumulatorem pecuniæ, quærentemque Magnatum amictum notat.* 1 *Plures lineæ in digito medio quàm alibi, linea Saturnina ibidem concurrente à radice, pauperem, iram facilè ſuſtinentem notant.*


DE VIRIS DISCRETIS, Cap. CXXXIX.



DE AMABILIBVS, SED IRACUNDIS, Cap. CXL.



DE RELIGIOSIS INIMICIS, Cap. CXLI



1 *Triangulus aut paruus circulus in monte indicis benè conditionatus, & tuberculum benè diſpoſitum, hominem nobilem prudentem & diſcretum deſignant.*


1 *Lineæ ſubtiles in radice Solis plus quàm alibi, iracundos homines, liberæ linguæ & iracundiam præ nimio furore palàm facientes; exinde damnum ſequi notat.*


1 *Menſalis tranſgrediens montem indicis cum bona poſitura, homines mali animi notat.*


DE PVLCHRIS, Cap. CXLII.

DE GAVDENTIBVS IN reb. nobilium, Cap. CXLIII.

DE VENEREIS, Cap. CXLIIII.









1 *Tres lineæ conditionatæ à radice pollicis ad montem Iouis, hominẽ vultu pulchrum, vultusq; dulcedinem muliebrẽ notant.* 1 *Litera B in loco Veneris, cum nobilibus mulieribus coitum, & de earum rerum adminiſtratione gaudium demonſtrat.* 1 *Litera E in loco Veneris, venereis mulieribus delectari docet.*


DE SOPHISTIS, Cap. CXLV.

DE GRAVIBVS LINgua, Caput CXLVI.

DE SVBTILIBVS NEGOtiatoribus, Caput CLXVII,








1 *Duæ lineæ in menſali æquè diſtantes, benè apparentes & boni coloris, tendentes ad radicem Medici vel prope, ſubtilitatem & audaciam ſciendi denotant cum loquacitate & multiloquio more Sophiſtico.*


1 *Litera A in loco Mercurij, hominẽ lingua grauem naturaliter inclinat.*

1 *Litera B in loco Mercurij, aptos ad actiones & negocia ſubtilia dicit.*

DE NEGLIGENtibus, Cap. CXLVIII.




DE ODIO PROPINquorum, Cap. CXLIX








Litera

1 *Litera C in loco Mercurij benè proportionata, negligentem & ex furto lucrum facientem notat.* 1 *Menſalis duos ramos faciens, vnum ad tuberculum medij, alium ad montem indicis, propinquorum odium ſub ſpe bonorum & fortunarum oſtendit.*






2 *Litera E in loco Iouis in odium parentum hominem peruenturum ſignat.*
3 *Mons Saturni multum lineatus, lineaq́; Saturnina emergente à raſcetta ad radicem medij extenſa, odium atq; parentum ingratitudinem oſtendit.*
4 *Scutum, aut paruus triangulus, aut forma ſphærica benè conditionata in loco Iouis, à propinquis odium minatur.*






5 *Lineæ ſubtiles in radice Solis plus quam alibi, inimicitias cum propinquis, affinibus, & parentibus notant.* 6 *Litera C in monte Iouis, odiū parentum indicat.* 7 *Duæ lineæ emergentes verſus dorſum manus cauſantes angulum acutum in monte manus, quarum extremitates flectantur verſus raſcettam odium propinquorum & litigium cum illis notant.*

DE LITIBVS ECCLEſiaſticis, Caput C L.



DE COGITANTIbus, Cap. C L I.




1 *Rimulæ ſuperius aut inferius naturali adhærentes, arcuales & nimis apparẽtes, graues lites in rebus Eccleſiaſticis apertiſſimè demonſtrant.* 1 *Plures lineæ in medio quàm alibi, & Saturnina ibi cõueniente, paucorũ verborum homines, cogitabundos de natura Saturni faciunt.*

DE DIVITIBVS IN NEGOcijs, Caput CLII.

DE PASSIONE NERuorum, Caput CLIII.







1 *Saturnina terminata ad montem & radicem medij cum lineis & characteribus eiuſdem, natos diuites, et diuites permanẽtes in ſuis negocijs vſque ad ſenectam dicit.* 1 *Digitus Saturni multum lineatus & eius mons cum Saturnina, neruorum paſſionem denotat.*

DE LARGITATE VAna, Cap. CLIIII.


DE AGRICOLIS ET AEDIficatoribus, Cap. CLV.





1 *Naturalis in puncto non contingens vitalem, largitatem notat propter vanamgloriam.* 1 *Multæ lineæ in monte Saturni cum linea anxietatis & aliquo characterum Saturni in eodem monte, in agricultura & ædificijs delectari hominem notant.*






Linea


Linea à menſali per montem medij ad radicem digiti cum trina propor-
ione, ſine maximo impedimento poſt periodum Saturni arguit diuitias in
griculturá, & delectari in domorum ædificijs.

Linea à vitali per medium caueæ manus cum trinaria dimenſione ad ra-
licem medij terminata, vel circa, diuitias poſt periodũ Saturni arguit: ex-
ertum pluries.


DE DEBITORIbus, Cap. CLVI.



DE SVBSANNATORIbus, Cap. CLVII.



DE ADVLATORIBVS bilinguibus, Cap. CLVIII.




Angulus ſupremus diſiunctus, purum ſpatium relinquens, hominem faſti
dioſiſsimum, malum debitorem ſine laude & honore notat: millies expertũ.

Angulus ſupremus valde ſeparatus cum puro ſpatio, ſubſannatorem,
ontemtorem atque mendacem notat.

Angulus ſupremus valde ſeparatus, in quacunque eſſentia reperiatur, a-
dulatores notat.

DE LASCIVIS, CAP. CLIX.




1 Litera C in triangulo, indicat hominem perſeuerare cum malis viris,
latronibus, & occultè malum imaginantem, ac machinantem.

2 Angulus ſupremus diſiunctus & ſi ſpatium ſit molle, hominem linquen-
tem bonam ſocietatem & conuerſationem, & imitantem malam notat.

3 Naturalis cum vitali coniuncta per quaſdam lineas conſtantes, ad mo-
dum retis, vitioſam vitam ad felicem tamen finem peruenientem notat.


DE SPVRIIS SIVE NOTHIS, Caput CLX.



1 *Lineatriplicata à radice pollicis ad montem Iouis, homines coitu ga[...] dentes, & filios multos ſpurios in adulterio generare oſtendit.*

2 *Mons Iouis benè conditionatus, ſpurios quaſi ſemper generare notat.*

3 *Lineæ tortuoſæ apud radicem minimi, quotquot ſunt, totidem filios n[...] thos mortuos, aut ignotos arguunt.*




4 *Paruus punctus in radice indicis, benè coloratus verſus dorſum in ſin[...] ſtra parte, vnum filium nothum arguit: ſi tendat ad domeſticam partem, f[...] lias arguit, & quot erunt puncti, tot filias aut filios notant.*

5 *Vitalis ſuperius latior, quaſi lineæ conditiones excedens, ſpuriũ nota[...]*

6 *Minimus digitus ſua ſummitate vltimam iuncturam medici non attin[...] gens, ſpurium penitùs notat: ſæpè expertum eſt.*

DE SIGNIS MORTIS NATVRALIS, ET EX QVA[...] cauſa & materia homo moriatur, cap. CLXI.




Parua

Mors naturalis.

1 *Paruæ lineæ ſecantes menſalem à parte ſuperiori, infirmitatem & Choleram, & mortem indicant.*

2 *Lineæ ab inferiori parte procedentes, menſalẽ ſecantes, mortẽ ex phlegmate præſagiunt.*


3 *Si menſalem ex media parte ſcindant, aut tendant ad ſuperiorem partẽ, erit mors ſanguinea.*



4 *Si verſus inferiorem partem fuerint, mors erit ex Melancholia. Siccine ſecundum quatuor qualitates & loca linearum indicatur cauſa mortis, præſertim aſcendente menſali ad montem indicis, & ſic de alijs.*

5 *Lineæ à radice indicis tranſuerſantes digitum verſus dorſũ, ſignificant Cholericum & ſuas conditiones, & inde mors ſequetur.*

6 *Tales lineæ arcuales inferius, Melancholiam, & ſuas conditiones cum morte notant.*




7 *Si tales lineæ ex latere indicis rectæ, percurrant æquè diſtantes ad aliud latus, ſanguineum notant, & ſuas conditiones.*

8 *Illarum linearum quædam tendentes ad inferius, & quædam ſuperiùs, notant phlegmaticum cum ſuis conditionibus, vt dictum eſt.*

DE MORTE VIOLENTA, Caput CLXII.


Mors violenta.



1 *Manus curuas in longitudine, violentæ mortis ſignum eſſe dicunt.*


2 *Lineam hepatis verſus reſtrictam bifurcatam, mortem violentam affirmant ſignificare in vtroque ſexu, in viro ratione furti, in muliere ratione nequitiei.*

3 *Linea à vitali verſus medium tendens, diuidensque menſalem, miſerabilem mortem futuram ob ſcelera minatur.*



4 *Menſalis cum vitali angulum faciens deficiente naturali, ſignificat hominem ex improuiſo, aut ilicò decollatum, ſeu grauiter & fortiter vulneratum iri.*

5 *Linea à menſali in fine ſurſum aſcendens inter indicem & medium, hominem vulneribus offenſum, moriturum indicat.*




6 *Linea tranſuerſa, vel lineæ interſecantes menſalem in fine, & ibi terminantes, & longæ, minantur mortem violentam, etiamſi ſint vt crux.*

7 *Linea à naturali per menſam manus menſalem ſecans, diametraliter tẽ-*

dens

dens ad medium, & in quadrangulo ab altera linea ſecata in modum crucis, violentam mortem ſignificat, diuitiarum cauſa.


DE MORTE EXTRA PATRIam, Caput CLXIII.



1 *Lineæ à brachio per reſtrictam ad manum immediatè inciſæ, & diſcontinuæ, & in extremitate coniunctæ, hominem extra patriam propriam moriturum, & hinc inde profecturum deſignant.*

2 *Lineæ ſic à brachio venientes, diſcontinuæ, ſe mutuò reſpicientes, & ſi inter eas ſit magna diſtantia, denotant mortem extra patriam in locis extraneis.*

3 *Lineæ quædam à medio radicis brachij, per reſtrictam tranſeuntes, per montem manus, ſignificant itinera marina, & in itinere moriturum hominem.*






4 *Rami in fine vitalis verſus reſtrictam, paupertatem & mortem extra patriam notant.*

5 *Soror vitalis in monte pollicis, extra patriam mortem ſignificat, & ſecundum locum, in quo reperitur: ſic prognoſticandum eſt de tempore.*

6 *Hepatis linea in cauea manus finiens, & adhærens vitali, mortem extra patriam minatur cum maritimorum itinerum copia.*




Mors extra patriam.

7  8  9 

7 *Menſalis in principio catenata, extra patriam mortem ſignificat.*

8 *Angulus ſupremus valde ſeparatus, aliquando mortem extra patriam prognoſticatur.*




9 *Naturalis groſſa & nimis profunda, cum paruis foueis, cumq; colore intenſo, cum matre filium iraſci, cum ſanguinis effuſione notat.*

10  11  12 

10 *Duæ curtæ lineæ naturalem ſecantes in duobus locis circa principium vitalis, & in fine iungatur, cum matre ſæpiùs iraſci, & matrē pro filio morituram oſtendit.*

11 *Lineæ æquè diſtantes ad radicem pollicis deſcēdentes, ſignificant mortem ante filium, & priùs mori.*

12 *Duæ lineæ iacentes iuxta vitalem in fine montis pollicis, ſignificāt matrem priùs morituram.*

13  14  15 

13 *Lineæ perfectæ, tranſuerſæ ad radicem pollicis, patrem priùs moriturum minantur.*


Lineæ

Mors extra patriam.

14 *Lineæ tranſuerſales ſuper radicem pollicis inter ſe æquidiſtantes, vel ferè ad ſuperiores partes, affinium mortem ſignificant.*

15 *Lineas à radice pollicis ſuper radicem circumuerſantes, ſi plures fuerint, magnas perturbationes propter aliquem affinem dicunt notare.*

DE HOMICIDIS VXORVM, Caput CLXIIII. DE INTERPRETIBVS ſomniorum, Cap. CLXV.




1 *Litera E in triangulo, virum contentioſum cum vilibus fœminis habentem copulam, rarô deſponſatā optatam habiturum, & aliquādo vxoris propriæ interfectorem notat.*

2 *Aliquod ſignum vel character Veneris in ſuo loco, interfectorem mulierum aut propriæ vxoris.*

1 *Figura D in loco Veneris, interpretatorem ſomniorum indicat, & demonſtratorem rerum occultarum.*

DE OCCVLTO ANIMO, CAP. CLXVI.




1 *Lineæ pulchræ & claræ in digito minimo, aut in monte, latentem animum arguunt.*

2 *Naturalis cum vitali angulum ſtrictum faciens, celatum animum notant, & boni conſilij hominem, & hoc ita eſſe teſtor.*


3 *Menſalis in directo indicis aut medij bifurcata, celati animi & occultæ conſcientiæ virum atteſtatur.*

Occulti animi.

4  5 

4 *Linea à menſali ſubtilis & lympida, extenſa per montem minimi, conſi-lium bonum, & animum occultum notat.* 5 *Saturnina à raſcetta ad radi-cem medij protenſa cum æquali proportione, animum vulpinum, occultum, & maleficum notat, & tali non eſt fidendum.*

DE VERECVNDIS, Cap. CLXVII

1  2  3 

1 *Paruus triangulus benè diſpoſitus in fine naturalis, verecundiæ, hone-ſtatis, & ſtudij ſignum eſt.*

2 *Stella benè colorata in quadrangulo, bonam dicit naturam cum mori-geratione.*

3 *Linea à naturali verſus auricularem tendens, verecundum notat ho-minem.*

4  5  6 

4 *Menſalis benè colorata cum trina proportione, finiens in principio tu-berculi Iouis, verecundiæ & bonæ naturæ ſignum eſt.*

Vitalis

Verecundi.


5 *Vitalis benè colorata cum trina proportione, inter indicem & pollicē verſus dorſum manus finiens apud raſcettam, honeſtatem & verecundiam deteſtatur.*

6 *Manus concaua cum bona dearticulatione, etiam proportionata palma, atque digitis, & ſi articuli ſint boni cū vnguibus latis & longis cum rubedine clara, verecundiam & honeſtatem vitæ dicit.*


DE VITA LVCROSA, Caput CLXVIII.

DE INTOXICATIS, Caput CLXIX.

1



1




1 *Menſalis duos ramos proÿciens, vnum ad montē Iouis, alium ad mediū, hominem ſine cogitatione & cura viuentem notat, pro quo alÿ lucrantur.*


1 *Angulus ſupremus diſiunctus, & ſi quædam linea ſit inter duas lineas conſtituens angulum, & ſi prædictæ lineæ ſint ita vicinæ, vt ſuperius videantur adunari, & inferius tendant, hominem veneno intoxicatum, aut graui percuſſione moriturum eſſe notat.*

DE EBRIOSIS. CAP. CLXX.

1



2




1 *Naturalis cum vitali non coniuncta, ſed colligatæ vno aut duobus baculis vtrimque ſe tangentibus, hominem expenſarum, largitate factarum pœnitentem, & ebrioſum notat.*


2 *Duæ lineæ æquè diſtantes in angulo ſupremo, & vna ex duabus non contingat, ebrietatem cum vanitate denotant.*

DE MORIGERATIS, CAP. CXXI.

Morigerati.




1 *Menſalis benè conditionata & recta ſub indice, ac in palma extenſa, ſignificat bonam morigerationem, ſecretas perſonas, & bonos mores.* 2 *Lineæ conglomeratæ vt ſtella, benè coloratæ in quadrangulo, bonitatem morum, & laudabilem conuerſationem arguunt.*




3 *Menſa manus perpulchra, & æqualis cum decẽti latitudine ſine linearum interſectione, bonos mores atq; laudabiles ſocietates præſtat.* 4 *Lineæ à naturali ad menſalem benè apparentes boniq́ue coloris, bonos mores atque naturam docent.*

DE SIGNIS IRACVNDIAE, CAP. CLXXII.




1 *Menſalis palmam egrediens verſus indicem, iracundiam notat, præſertim ſi rubeat in fine.* 2 *Clauſum pugnum aliquis ſemper tenens, impetuoſitatem & iracundiã ſuam patefacit.* 3 *Linea arcualis inter indicẽ & medium ad minimũ perueniens vt cingulũ Veneris, iracundiam furioſam notat.*

Tremor



4 *Tremor manus in iuuene ſano, vehementem iram notat, ſi tremor fue-*
it valde fortis. 5 *Talis manus, præſertim palma groſſa & dura cum rubore*
rincipalium linearum, iracundiam denunciat. 6 *Naturalis nimis groſſa*
& rubicunda, iracundiam declarat.

DE POENITENTIA largitatis, Cap. CLXXIII.



Linea, aut lineæ transuerſales, lineas ſupremi anguli attingentes, et non
gredientes, ſed æquè diſtantes factarum expenſarum & largitatis pœnitē-
iam oſtendunt.

DE FVGIENTIBVS perſecutis, Cap. CLXXIIII.



1 *Quadrangulus, ſiue figura quadra, oblonga, cum lineis*
n capitibus extenſis in loco Iouis, ſacerdotum penſecutiones & detrimen-
a, eorum cauſa manifeſtat.






2 *Scala, vel craticula valdè duplicata in monte Iouis, perſecutiones &*
ortè carceres ſacerdotis cauſa minatur.

3 *Lineæ formantes acutum angulum, inuicem ſe ſecantes inter indicem*
& pollicem, iacturas & perſecutiones ſacerdotum cauſa, demonſtrant.

DE VERIDICIS CAP. CLXXV.




1 Sola & ampla linea, profunda inter indicem & pollicem, veritatem & promiſsionum fidem præſtat. 2 Lineæ à naturali ad menſalem benè apparentes, boni coloris, veritatem promiſſorum ſignificant. 3 Lineæ vt crux, benè conditionatæ in quadrãgulo, parum à naturali diſtantes, promiſſorum fidem præſtant.



4 Inter principium naturalis & indicem plures lineæ transuerſales, æque diſtantes & apparentes, non ſecatæ per alias lineas in longum poſitas, veritatem promiſſionum affirmant. 5 Figura C in loco Veneris, veridicã promiſſionem manifeſtat.

DE FELICITATE IN pecoribus, Cap. CLXXVI.

DE VITIOSIS FVgitiuis, Cap. CLXXVII.




1 Mons pollicis plenus rimulis, felicitatem in pecoribus exponit. 1 Naturalis à vitali nimis diuiſa, inæqualis & obliqua, calliditatem crudelitatẽque denotat.

DE

DE FRATRVM NOBILITATE, Caput CLXXVIII.


DE PRONIS AD BELLum, Cap. CLXXIX.



1 *Quædam lineæ rubræ integræ, notabiles, ſcindentes fortiter primam iuncturam pollicis, ad ipſum digitum tendentes, pro numero nobilitatem fratrum denotant.*

1 *Quædam notabilis linea adpedem digiti medij, ad bellum hominem pronum exponit.*

2 *Lineæ Martiales in loco Martis, hominem in militia aptum denotant.*



3 *Lineæ rubræ principales, craſſæ ſatis & continuæ, ad militiam & ad bellum procliuitatem & inclinationem indicant, præſertim menſali ad indicis mõtem prouenientе.* 4 *Triangulus rubeus, & fortibus lineis formatus, animum procliuem ad bella facit.*


DE IRREVERENDIS. CAP. CLXXX.



1 *In naturalis medio paruæ foſſulæ, & plures in ambabus manibus inæquales & rubræ, vnaq́ue ſit altera profuudior, hominem non gratum, nec reuerentiam præſtantem declarant.*

DE IOCVLATORIbus Cap. CLXXXI.

DE INGRATIS ET MVtuantib. amicis, Cap. CLXXXII.





1 *Manus curtæ, gibboſæ & tenues, ioculatores irrident.* 1 *Lineæ multæ, groſſæ & inordinatæ in monte pollicis, ingratum amicum & libenter mutuò accipientem denotant.*

Abſolutiſſimæ Chyromantiæ Ioannis Taiſnier, Hannonii Libri Quinti finis.

AB

ABSOLVTISSIMÆ CHYROMANTIAE IOANNIS TAISNIER HANNOnij V. I. Doctoris, Poëtæ Laureati celeberrimi, Muſici excellentiſſimi, Liber Sextus

AD LECTOREM.

NVLLA eſt ars, neq; ſcientia etiam perfectiſsima, quæ non habeat ſuos Aemulos, præſertim ignorantes. Ne igitur Liber noſter à ſimilis farinæ hominibus laceretur, & hinc inde illorum iniurijs abſens non modò Liber, ſed & ipſius Dominus grauetur, Librum hunc Sextum tanquam ſigillum, & artis Verificatorium adiunximus, in quo plurima experimenta (præter alia infinita, quæ adhuc in lucem edi tempus immaturum vetat) depinximus, cum Idealibus manuũ exemplaribus. Et vt zoilis rodendi occaſio & ſcrupulus auferatur, tempus, locum, & fide dignos teſtes, nominibus & cognominib. citauimus, pro diuerſis Regionibus, vt qui minùs credat, teſtium fideiuſsione doctiores euadant. Nec in hoc Libro alicuius honori derogatum eſt: quod enim publicè fit, & noſtris publicis Characteribus depingi non erit illicitum: quod verò ſecretiùs à nobis expertum eſt, in cordis arcano concluſum, quoad vita ſuperſit, remanebit. His boni conſulat pius Lector.

I



CHYROMANTIAE CVIVSDAM MARchionis Siculi experimentum primum, Anno M. D. XLIX. Panhormi.

ILluſtriß.hic Marchio poſt varia rerũ diſcrimina, & fortunæ caſus à Iohanne de Vvega Prorege Siciliæ, Panhormi citatus, qui (vt vix prima ſuæ ædis limina calcaret) à Satrapa mãdato Cæſariæ Maieſt.in proprijs ædibus ſub Hiſpanorum ſolicita & diligenti cuſtodia ad aliquot dies ſubiectus eſt, repentinæ ſtatus mutationis non ſibi benè conſcius, ſæpè otioſus nudum ſolum reiteratis vicibus palpitans, multis & diuerſis diſtrahebatur cogitationib. & phãtaſijs. Et nimirũ (proh dolor) interea incidit mentio, quod ſtipẽdijs Reuerẽdiß. Domini, Petri Tagliania Marchionis, terræ nouæ Archiepiſcopi, Panhormitani Cardinalis, ibidẽ victitarem, me ad ſe vocari iußit. Multa (recreationis cauſa) de diuerſis diſciplinis in mediũ pferens, tandem oblatis & apertis manibus, extemporaneum ſuæ Chyromantiæ iudiciũ extorſit, cuius inſpeſtis manibus, et nõnullis mortis violẽtæ peßimis indicijs animaduerſis & examinatis, meus cõmotus animus, tanti viri miſerabilem caſum dolens, non potuit prima fronte rem ipſam inſtanti exponere: dißimulato tamen animo ſubridens, iudicium ad tempus differre volui, nolens tantum infortunium prognoſticari. Inſtanti tamen reiteratis precibus (quas mandati loco habebam) exponere coactus me malle Romæ præſente ipſo, aut in remotiori Regione causã dilationis iudicij declarare, affirmaui: tandem continuatis precibus, dixi illi imminere, & quidem breui; pericu-

lum

2



tum mortis violentæ, mandato Regis ſub mulcta capitis. Turbatus & animo non parùm commotus, ſibi perſuadebat Proregem nõ auſum fore ſimile quid & inſolitum in tantos viros tentare. Salutem nihilominus in fugæ correptione conſulebam. Ille rurſus clementia ſolita piæ memoriæ inuictiſſimi Caroli quinti fiſus, caſum qualemqualem experiri voluit. Poſt aliquot dies equis velocioribus quidam aduolans, ſententiam mulcta capitis in publico theatro attulit: mox ſub noctem, è proprijs ædibus deductus ad ſtrictiores carceres in arce clauditur, donec ſententia capitis damnatus, in publico foro ante domum ciuicam, lugubribus veſtibus ſuccinctus, paruo fune altera manu ad corpus conſtricta, cum reuerendo patre Ioanne Mangenacca, ordinis prædicatorum, ſacræ Theologiæ Doctore, humi pronus iacens, collũ carnificis malleo ſupponẽs, truncatoq; capite, Deo animam deuotiſſimè reddidit, ſub antiqua obediẽtia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, penultima Martij, Anno 1549. Mortis verò qualitatem indicabant lineæ per literas B C D E depictas: tempus mortis litera A, prout in Symetria manus, libro ſecundo oſtenſum eſt. Potuiſſem ad huius Tragœdiæ confirmationem teſtes citaſſe, ſed videretur eſſe ſuperfluum. cùm ne vnus & alter teſtimonium perhibere poteſt, ſed mille & mille: quia publicè hæc acta ſunt, nec alicuius honori detractũ eſt. Ideo nec nomen nec titulus piæ memoriæ Marchionis adiunctus eſt. In cæteris & ſequentibus Cheiromantijs, vt Lectori omnem mendacij ſcrupulum ſurripiamus, teſtes nomine & cognomine, loca & tempora conſignabimus: & tandem æmulus artis, ſi nobis non credat, citatos conſulere poteſt teſtes.



CHYROMANTIAE CVIVSDAM LIBERI Herois ſiue Baronis, Siculi, experimentum ſecundum, Anno 1551. Februarij 18. Neapoli

Neapoli, Anno ſuprà nominato & die, aliquot ſerijs negotijs occupatus, Illuſtris quidam Baro, Siculus, intermiſſis aliquando negotijs, recreationis gratia, ſemel atque iterum menſæ ſuæ me participem fecit, cum quodam viro doctiſſimo, vtriuſque Iuris Doctore, Marino Oliualt, natione Gallo, cauſarum & negotiorum dicti Baronis tutore, qui noſtra familiaritatè Panhormi ſæpè fretus erat. Inter liberas confabulationes, adiunctis poculis, Chyromantiæ incidit mentio, quam dictus Baro ridiculoſam, & ferè ſuſpectã habebat. Inſpiciendas nihilominus & examinandas manus obtulit, cui vulnus breui ferro infligendum in capitis ſiniſtro latere prognoſticaui. Noſtrum iudicium cachinnans, reiecit: demûm ſi præſentiam noſtram cachinno nõ erubuit turbare, abſentiam duplicatis cachinnis nitebatur omninò confundere, cuius ignorantiam prænominatus Doctor, noſtræ abſentiæ vices ſupplẽs, nõ perferens, experimenta nonnulla in expeditione Aphrodiſij à nobis experta, recitans, Baronem à cachinno reuocauit, et in admirationẽ adduxit. Qui reiterato prandio me inuitauit, manibusque modeſtius oblatis, reiterari iudicium expetijt. Et quod prius diſtuli vltrò, iudicium idem, & diem offenſionis Mercurij inquam præfixi, quo vulnus capitis (ni ſibi benè proſpiceret) reciperet, & hoc intra Solis ortum & occaſum. Ille reiterato iudicio, nõ amplius ſuſpecto obtemperans, craneo chalybeo holoſerico contecto caput, ad diẽ præfixum muniuit, quo vulnus euitare poſſet. Die præfixo domi hærẽs vſq; ad ho-

4



ram 23. ſecum multa animo reuoluens & dubius, ſæpè domus limina palpitans, egreſſum tentabat, alterniſq́; vicibus remiſſo et recalcitrato pede terga voluebat, tandem in veſtibulo dubium ſtantem præteriens quidam duobus alijs concomitatus, cubitu loco turbauit Impatiens & animo commotiſſimus, ſui, noſtriq́ iudicij præ nimia furia oblitus, aduerſarij illatam grauiſſimã iniuriam gladio vindicare volens ex charybdi incidit in ſcyllam: nam aduerſarij erecto & ſtricto gladio fiſſo craneo chalybeo, ſiniſtra pars capitis periculosè aperta eſt, quo vulnere humi proſtratꝰ, à famulis officioſiſſimè accurrentibus, à verberum reiteratione liberatur. Tandẽ reſpirans & in ſe reuerſus, craneum chalybeum, tanquã vitæ ſuæ ſubſidium, nobis dono miſit. Sequẽti die periculo mortis noſtro conſilio euaſo, liberaliter ſex reales argenteos ꝓ chyrothecis emendis experientiæ teſtibus per famulũ nõ dedignatus eſt mittere, faſſus vitam quæ ſupereſſet cum quatuor millibus ducatorũ iure paterno illi quotannis prouenientium, à nobis receptam, eis ſex realibus redimere volens dedignato hoc munuſculo tanti viri vitã redimi, famulo dictos nũmos reddidi, adiunctis duobus ſcutis aureis, quibus dictus Baro, qui vitã craneo tutatus erat, in caſus ſimilis reiteratione calceos holoſericos firmos et ſolidos emeret, ne tam facilè proſterneretur. Munus noſtrũ miratus, Baronẽ à Nicotre calabrum conſuluit, ſub cuius imperio hoc eodem anno in regio Calabriæ Oppido à Turcis obſeſſo, tanquam turmæ Germanorum præfecto militaui, qui iniuriam nobis illatam vindicare volens, ingratitudinis dictum Baronem accuſauit qui illicò nobis cum viginti ſcutis aureis holoſericum pallium miſit, notam ingratitudinis hoc munere nobis gratiſſimo delens, præſente Hannibale de Geuaro Barone de Nicotre.

CHY-



CHYROMANTIAE CVIVSDAM TRIREMIVM Sicularum Præfectus, ſiue Capitanei Galif, experimentum tertium Neapoli.


Anno ſupra milleſimum quingenteſimo quinquageſimo primo, quarta menſis Auguſti, coram & ad inſtantiam, ingenui domini, Bernardi Pharaon Siculi, Meßanenſis mercatoris, mihi tunc temporis incogniti viri, triremiũ Cæſareæ Maieſtatis in Sicilia Capitanei Galif, Chyromãtiam examinãs, multa ſubmerſionis pericula & carcerum in promptu inter alia manus lineamenta offeruntur, quæ caſum futurum ante duos mentes præſagiebant. Expetens iudicium dictus Galif, dixi ſe non abeſſe à periculo carceris, ſuffocationis, aut ſubmerſionis, niſi ſibi benè proſpiciat. Deliberauit illis duobus mẽſibus Triremes non conſcendere, nec ſolitis tempeſtuoſi Maris fluctibus & tempeſtatibus ſe committere, vt caſum iuuante Deo euitare poſſet. Sorte tamen aduerſa, poſt duos menſes mandato Cæſaris cogitur ſuis triremibus in Aphrodiſio commeatum transferre. Etſi id potuiſſet ſaluo honore fratri cõmittere, ne tamen videretur ſuo officio defuiſſe, conſtructis Triremibus cũ fratre ſe itineri deſtinauit, libero arbitrio cedens, omnia in potentia Dei committens, octo Triremibus, quibus præfuerat, iter tentat. Cumque circa Lampadoſam Inſulam vehemens & repẽtina tempeſtas Triremium claſſem inuaſit & quaſſauit, ille arte nauigandi tempeſtatem volens ſuperare, ne in medijs vndis non mitigata, ſed ingraſſante plus & magis tempeſtate, ad ſcopulos ſimul omnes Triremes collaberentur, ſaluis paucis hominibus in fũdũ deglutitæ sũt. Sed mirabile quid inter os & offã accidit. volẽs dict⁹ Galif, ꝑut relatu

6



latu relictorum, qui vitam in monticulo ſaluarant didici, inter vitam & mortem collectando, ex medijs vndis in terram nonnullorũ auxilio intus peruenit ſemideſperans, ne ibi fame pereundũ eſſet, quòd Inſula ſit deſerta & inhabitata, & à Turcis & Mauris quotidie perluſtrata. Triremẽ adhuc fluctuantem, vt fratrem in ea relictum cũ nummorũ copia redimeret, deteriori periculo cõmiſſus, rurſus conſcendit. In qua ciſtula nummorũ auxilio fratris appræhenſa, terram cupiens repetere, ingraſſantibus Maris procellis, videns vitæ nullum refugium, mutuis amplexibus fratrem cum ciſtula amplexus, in medijs vndis ſuffocatus, ſubmerſus non minus atque incarceratus, perijt. Tandem ad terram eorum cadauera, mutuis amplexibus coniuncta, proiecta ſunt ab eis, qui vitam motus ſui corporis agilitate ſaluarunt, erepta in antrum ſepeliuntur, relictis ibi nummis. In quo antro Chriſtiani, & Mauri, & Turcæ ſi ſimul & eodem tempore conueniant, tempeſtatem futuram præcauentus, nunquam ſe mutuo inuadunt, ſed quilibet pro conſueto more Oleum in perpetuò ardentes Lampadas infundũt ibique ſummi inimici tantiſper amici fiunt, dum in medijs vndis mutuis viribus alter alterum vincat. Inde arbitror Lampadoſam ſic dici à Lampadibus perpetuò ardentibus. Huius pij viri miſerabilem caſum prognoſticatus ſum corã dicto Pharaone, & alijs duobus viris fide dignis, Anno, Menſe, Die, vt ſuprà, præſertim ex indicijs & lineamentis montis Lunæ & icinis digitorum per literas B G E F ſumerſionem ſignificantibus: carceres mons Satunni in vtraque manu minabatur. Sic ſimul ſuffocationem, arceres & ſubmerſionem miſer paſſus, cuius animæ Deus parcat.

Ddd CHY.




CHYROMANTIAE CVIVSDAM DOmini, Caroli de Gheuarra, Hiſpani, Anno 1555. in oppido celebri Londino Angliæ regni, ſuſpenſi, experimentum quartum.

Moris aliquando ſolet eſſe apud Hiſpanos, vt ignobiles, ignobili patre nati, patris cognomine mutato, matris nobilis cognomine nobilitentur, prout huic Carolo contigit, qui à patre Brabantino hiſtrione ſiue lyriſta Cæſ. Maieſt. natus, matre nobili, è ſtemmate de Gheuarra, cuius cognomen ſibi vendicabat, mihi in Valiſoleto Caſtiliæ regno à Cæſarea Maieſtate commendatus fuit, & cum alijs non minus nobilibus pueris, atq; ſacelli choraulis, quibus tunc præfueram per aliquot menſes, bonis diſciplinis inſtituendus, cuius inſpecta Phyſiognomia, non ſatis placita manus lineamenta, prout in hoc Ideali exemplo patent, depinxi, quæ præter mortem violentam cũ quadam non durabili exaltatione, nihil promittebant. Dum hic mecum temporis ſucceſſu adoleſceret, conatus fui (vt fieri poteſt) inclinationem illam naturalem bonarum diſciplinarum, moderationibus & vitæ bonis moribus intercipere, donec à Cæſarea Maieſtate è noſtris diſciplinis ad militiam &


militares

8



militares diſciplinas reuocaretur, & tandem leuioris armaturæ Equitibus præficitur. Qui cum in honore ſe eſſe non intellexiſſet, comparatus eſt iumẽtis inſipientibus et ſimilis factus eſt illis per ignorantiã & interim arrogãtiam. Secutus enim Philip. Hiſpaniarum Regẽ in Anglia, pro ſuæ Maieſt. corporis cuſtodia, diſcordijs maximis cũ alio ſuo Collega ardebat, minis atque verberibus quotidie ſe mutuò prouocãtes, donec à ſua Maieſtate vtriq; ſub mulcta capitis indictũ fuiſſet, ne verberib. aut verbis congrederentur. Dictus Carolus ſui oblitus, fortè clementia Regis temere fiſus, ſpreto Regis mandato, obuium Collegam pugione transfodit. Vix collega adhuc mortuo, ad carceres conductus, ex tempore ſuſpendij ſententia damnatus, ad furcas publicas ſuſpenditur, nec replicatis mille precibus ſuſpendij ſententiam in decollationem commutare potuit, quòd illi ominoſum & turpiſſimum videbatur. Interea tamen ſuſpendio miſerè perijt, Anno 1556. prout illi aliquoties, ni caueret, moderatè præſignaui. Vitæ enim breuitatem vitalis in vtraq; manu diſcontinuatio apertè oſtendebat, vt litera E patet: litera verò A B C mortis qualitatem ſuſpendio ſcilicet affirmabat, & eò fortiùs, quòd indicia ſuſpendij in vtraque manu apparebant, quæ verũ & certũm præbebant teſtimonium.

9




CHYROMANTIAE DOMINI ET FRA-
tris Ioannis Meſſemaker, Prioris Monaſterij veteris mon-
tis, non procul à Colonia, nunc verò Abbatis val-
lis Mariæ in patria Brunſvuicenſi, expe-
rimentum quintum, An-
no 1558.

Plurimi ſemper feci cuiuſcunque ordinis religioſos, quòd cœteros homines humanitate, deuotione, & familiaritate excellant. Et vt ſoleo quotannis nemora aut monticulos ſi qui ſint, refocillandi animi gratia perluſtrare, Cœnobiũ veteris mõtis deambulatiõe defeſſus, acceſſi, in quo humaniter et gratioſè exceptus à domino Priore ſemel atque iterum fui, hortis mõticulis paludibus & vinarijs Cœnobij benè proſpectis, viridi herba, ſub vmbra Pomi conſedentes, Muſicæq; indulgentes, cuius nõ erat ignarus dictus Prior, multa & diuerſa in medium argumẽta vnus atque alter obiecit, intermix-

tis

10



tis viciſsim poculis. Et vt pro more incognitorum Phyſiognomiam ſolitus ſum viſu examinare, notaui ſtatus breui mutationem in melius, vtq; examinandas manus dictus Prior præberet, exoraui: nolentem reiteratis vicibus coëgi. Subridens, quid de illius vitæ periodo ſentirem, expiſcari volenti, affirmaui ante annum ſe futurum Abbatē, aut in maiorem ſtatū promotum iri. In ſequenti proxima die omnium Sanctorum, Anni M.D.LIX in Abbatem electus Monaſterij Vallis nouæ, in patria Brunſuuick felici omine decoratur, in quo & nunc ſub veteri obedientia S. Romanæ Eccleſiæ hoc turbatiſsimo tempore religioſè cum ſuis fratribus viuit. Sed hîc prætereundem nō eſt, quod noſtri prognoſtici immemor, gratuitatis hactenus nil obtulis, fortè (quod non ſpero) auarities more multorum illud in ſublimi ſtatu conſtitutum premit. Quid tandem futurum, Deus nouit. Hæc prognoſticata ſunt coram Domino Ioanne Daniot, Dionyſio Fabri, & alijs teſtibus fide dignis.




CHYROMANTIAE MAGISTRI FRANCISCI Scurman Prætoris Tubicenſis, experimentum ſextum Anno M.D.LXI. Die ſan-ctiMarci.


Leſſiniæ nonnullis annis requiſitus in edocenda Iuuentute, prouinciam ſuſcipiens, multos cōmenſales nobiles & inferioris conditionis diſcipulos, & conuictores domeſticos ex tempore plus quadringentis collegi, cum quinque Hypodidaſcalis, qui in omni facultate & peritia linguæ Græcæ, Latinæ, Hiſpanicæ, Gallicæ & alÿs, & Muſica ſub noſtro imperio Iuuẽtutem erudirent. Hinc inde fama volat, & quotidiè diſcipulorum numerus augebatur. Intereà ad nos venit ſingularis amicus noſter, Magiſter Franciſcus Scurman, Brabantinus, vir ſanè humaniſſimus, duos noſtræ diſciplinæ filios ſubÿciens, commenſales, Henricũ & Franciſcum. Serÿs verò negocÿs de ſtipendio & eruditione filiorũ abſolutis, familiari colloquio & iucundo ad pocula fœcunda conuerſa eſt oratio. Sæpè volui, viciſſim diſtuli periculum ſubmerſionis illi imminens, ſignificare: tandem nolens tanti amici infortunium (quod præcauere poterat) celare, dextram volam inſpiciendam præberi à renitente vltrò petÿ, tribus aut quatuor aquæ periculis conſpectis, ante biennium (ni benè ſibi proſpiceret) ſubmerſionis periculum maximũ, & præter eà caſum ab animali quadrupede ſe incurſurum prædixi. Cautionem ſubridendo ſibi pollicebatur à me diſcedens, reiteratis

vici-

12



vicibus rediens, putauit ridiculam & pericula euaſiſſe, donec (proh dolor) Anno prænominato, die ſancti Marci, circa horam quartam pomeridianam, Hallenſe oppidum Hannoniæ, comitatus quatuor amicis etiam equibus præteriens, in Braniam oppidum eiuſdem Comitatus tendens, Marimonij polliciti cauſa, tanta tempeſtate aëris inſolita in medio itineris intérceptus eſt, vt videretur non modò terra, quin & tota mundi machina ſimul corruere. Ex nimia enim aquæ abundantia è cœlo terrã madefaciente & rigante, inſolitus riuulus vnus atq; alter in medijs agris excauata terra naſcitur, ille ſui oblitus, amore Coniugis nimio raptus, parui faciens omnem tempeſtatem priori ſuo exẽplo, ſocios in priorem fluuiolum rapidiſſimum non ſine periculo, recalcitrantibus equis extraxit. Illi reiterationem n ſecundo fluuiolo periculi abhorrentes, ad cutem vſque madidi, dubij aliquando ſtabant, dicto Scurman præcurrente, & ſecundum fluuiolum ſolo temerè ingreſſo, illicò equo lapſo, caſum ferente, in aquis præcipitato præcipitiũ, & ſubmerſionis naufragium morte pertulit. Tandem accurentes ſocij, equum dicti Scurman, fluctibus reſiſtentem, & è riuulo enatantẽ, miſeram ſortem amici condolentes, mœſti domum equo ſecum delato, reuertuntur. Poſt ſex dies mœſtiſſimi filij, patris cadauer luto tectũ in aquis latens, multorum auxilio & opera nudauerunt non ſine lachrymis, & in Cœmiterio honorificè pijs oraculis ſepelierunt. Eadem die & hora medio illinc miliari, idem periculũ ſubijt Dominus de Itre, vir annos natus LXXX. vel circiter: Curru enim vectus, in eodem riuulo vitam terminauit.



CHYROMANTIAE IOANNIS SECKER, Militis, experimentum ſeptimum, Anno M.D.L I. in Oppido Seminario Calabrienſi.

NESCIO quo genio (tamen actum eſt) Neapoli ab illuſtri vir Hanniballe de Geuaro, armaturæ iam contra Turcas in defenſionem Oppidi Regij Calabriæ conſcriptæ, generali præfectu equitum & militum, Germanorum & Italorum, in militiam proficiſci compulſus, quia ille ignarus linguæ Germanicæ eſſet, petijt mea vti opera, & me Germanorum turmæ præficere, recuſata cōditione, bis atq; ter me ab illius præſentia ſegregaui, donec & aliorum nobilium reiteratis precibus, me illi totum addicens, conditionem ſuſcepi. Germani gaudentes, mihi ſummoperè gratificabantur, quibus profectò ſui non minus atque pater, quo titulo me intitulabant **Alt Vatter.** Vbi in Regnum peruentū eſt, ſolutionis ſtipendij nummis à commiſſarijs allatis, officioſè quilibet ſtipendiū accepturus, ad ædes ſacras confluit, in qua Commiſſarij cum dicto Hannibale, aut diſsidebant, aut altercabātur: Cauſam noſter Miles hic Ioannes ignorans, arbitratus (vt malè intellexit) ſolutionem Germanorum, Italorū, non fuiſſe amplicrem (prout eis more ſolito pollicitum erat) ſcloppetæ ſua ſphærula munitæ, ignem appoſuit, cuius temeritatem increpans, ne Germanorū mortis inſperatæ periculum tanquam rebellis cauſaretur, à cœpto diſtraxi. Solutione peracta, prandium commune illi mecum obtuli cum alijs nonnullis,

quo

14



mecum obtuli cum alijs nonnullis, quo abſoluto, manus lineamentis notatis, temeritatis nimiæ eum tanxans, alterũ ſuſpenſionis & offenſionis periculum imminere prædixi. Rebus itaq; Regij pacatis, Turca qui nos aliquot diebus ducentis triremibus obſederat aufugiente, nos reditum ad Neapolim parauimus. In oppido Seminaræ nõ immemor noſtri Militis inſolentiæ, Marſellus de Genaro, noſtræ nationis non admodum amicus, occaſionem omnem quærebat, quò illatam iniuriam collo dicti Seeker vindicaret. Depræhenſus itaque ſemel dictus Miles poſt epulas in porta Seminarenſi, à Marſello ſtricto gladio inuaſus, ille inuadenti reſiſtit, ne illius furia periret. Complices Calabri quinquaginta ſimul accurrunt, vt vnicum miſellum violenta morte perderent: transfoſſi in altera manu, & capite grauiter offenſi & vulnerati, humique proiecti, manus ligant, erectum ad furcas vicinas collo fune aſtricto, deducunt. Aduolat intereà quidam exteris nationibus non inimicus, rem vt accidit nobis enarrans. Ilicò ad arma cũ omni Germanorum turma ad furcas cõfugimus. Ab obuio Marſello cauſam ſuſpendij expetij, non ſibi benè conſcius, bona verba dedit. Et ne mora cederet in periculum, velociori curſu ad furcas properans, hominem ſcalam aſcendentem è carnificis manibus ſtricto gladio violenter eripui. Accurrũt intereà ſocij, ad arma omnes ſimul accingimur, & omnibus inuitis, innocẽtem ſuſpendio liberauimus, iam temperata dicti Marſelli nimia furia.

Eee CHY-



15

CHYROMANTIAE CVIVSDAM VEXIL.
liferi Calabrienſis, experimentum octauum, Anno
M. D. LI. Auguſti 27.


*Nobis adhuc Regij militantibus ſub Hannibale Geuarenſi, homoncio
quidam miſeræ conditionis, ingenui & ſtrenui militis locum occupans,
vexilla Marſelli Geuarenſis cuſtodiebat. Temerarius forte nimis, qui ãnis
nõnullis elapſis, Triremium Sicularum Capitaneũ Sygallã ſcloppeta prodi
toriè inuaſerat, ſaluo tamẽ dicto Sygalla, & propter alia propemodũ infini-
ta & nefanda ſcelera à Neapoli exulabat, aut ſi oblitus, aut exilium vilipẽ-
dens, ſecuritatẽ armis et vexillo, quibus præerat ſibi pollicebatur, et tãquã
nobilis plateatim ſuperbiebat. Aduolante Turca, arcem noſtrã per aliquot
dies obſidente, magna militum copia cincto cum ducentis triremibus, præ-
ter onerarias naues, Oppidum linquentes, arcẽ cogimur ſimul omnes tueri.
Iã vnica (quæ tantùm erat) arcis porta clauſa, plumbũ, & canſerinos pul-
ueres quilibet diligẽter expetebat, quibus violentum Turcæ incurſum pro-
hiberet à ſcintilla ignis in vaſe decidente. Lucida flãma (proh dolor quadra
ginta milites è medio ſuſtulit, conbuſtos, vel grauiter ad mortẽ vulneratos,
quorum corpora non ſine miſerabili ſpectaculo, in vicino oppidulo Sãctæ*

Aga-

16



Agathæ deferūtur ſemiuiua, ordinatis nocturnis vigilijs arce Tripartita, Germanis fragilior pars cōceditur. ſed vt ſingulis noctibus nos tres Præfecti Centinellas (vt vocant) aut vigilias luſtraremus; qualibet nocte Calabri fune per mœnia demiſſi ad montes, ſalutem ſibi proſpiciebant: Tandem ex ſexcentis militibus CLX. remanſimus, vel circiter. Turca autē poſt aliquot dies commeatum nummis erpetijt, cui conceſſimus quadraginta boues & ad aquæductus liberum acceſſum, illius furiā non metuētes, tamē liberi euaſimus. Cœpit interea homūcio Vexillifer ſe præ cæteris extollens, gloriari, donec Capitaneus Sygalla ad nos à Meſſana transfretaſſet, noſtræ fortitudiui & animoſitati congratulans, prandentique apud Hanibalem, non erubuit ſe manifeſtare, à Sygalla commendatus, dubius illinc diſceſſit, ſucceſſum metuēs ignarum. Horum omnium me conſuluit Chyromantiæ ſuæ iudicium expetens; cui periculum mortis violentæ mandato Principis liberè prædixi, fiſus ſuorum commilitonum armatura. Euentum expectat: vocatus enim ſub mediam noctem à Marſello Geuarenſi, laqueo proiectus humi, à Paganis miſerrimè ſuffocatur. Circa auroram illius cadauer veſtibus ſolitis indutum, in publico loco per integrum diem in aliorum exemplum publicatur, aſſcripto nomine, cognomine & criminibus, præſentibus infinitis ferè Militibus & Dionyſio Fabri; Carolo le Plat domeſtitis.



CHÆROMANTIAE CVIVSDAM EQVITIS.
& Religioſi ſancti Ioannis in Hieruſalem Haſſeuille,
experimentum nonum Anno
M.D.L.

In expeditionem Aphrodiſij magna militum copia à Ioanne de Vuega Prorege Siciliæ conſcripta, naues & triremes quàm plurimæ accinguntur, apparatur commeatus, adnatant triremes equitũ Melitenſiũ Sancti Ioannis in Hieruſalẽ, omni militiæ armatura & commeatu, & ſtrenuiſsimis militibus nobilibus apparatæ, & accommodatiſsimè ad aliquot dies retentis (vt ſolent) triremibus, equitũ familiaritate fruebar, quorum humanitate coactus fui nonnullorũ Chæromantias depingere, & pro more cõſueto iudicium qualecunque addere. Inter reliquos autem quadraginta, quorũ Idealia manuum lineamenta depinxi, acceſsit nobilis & illuſtris Gallus Haſſeuille, amicitia & familiaritate mihi coniunctiſsimus, cuius volis proſpectis, futuram ſortem vultu ſatis ſeuero videbar indicare. Inſtat fortiter, iudicium

(qua-

18



(qualecunque ſit) expetens: arbitratus illius caſum peſſimum precibus & monitis præcaueri poſſe. Vulnus capitis & femoris cōſcripſi, orās vt ſi vllo modo fieri poſſet, mœnia non inſultaret. Sortem animi ingenuitate, generoſitate, & animi fortitudine nolens euitare, cum tamen infirmitate languens, liberè & ſine honoris offenſione, etiam à Capitaneo Triremis monitus, potuiſſet abeſſe & periculum euadere, mœnia cum alijs conſcendit, plumbea ſphærula ilicò capite perforato, & femore itidē penetrato in foſſas præcipitatur moribūdus: alijs nonnullis quibus idem prædixeram, id accidit numero X L. Depugnato autem & victo Oppido, accurrunt conſocij & Collegæ, miſeros defunctorum caſus recitantes. Alij, qui minus adeſſe poterant literis ſignificabant, quas adhuc apud nos perpetuò reſeruamus. Offenſionem letalem in capite prouulgabat litera A B C. Vulnus coxæ, linea recta à radice medij digiti ad ſecundam iuncturam lineolis interciſa.

19



CHYROMANTIAE NOBILIS ADOleſçentis, Fabij Gacella Caietani, experimentum decimum. Anno 1552. Mechliniæ.

Reuerendiſsimus, titulo ſancti Euſebij Cardinalis, Franciſcus à Mendoſa, Hiſpanus, Romæ, Anno 1552. familiam ſplendidam alens, Muſicos etiã nonnullos ſimul alebat, quibus (etſi deliberaueram Muſicis diſciplinis non amplius indulgere) me præfecit, vt ille in Flandriã iter parat ad piæ memoriæ Carolum quintum Imperatorẽ (quòd ſatis placebat ſtipendijs ſuis in patriam redire) tantiſper laborem me ſubire exorauit. Venetijs & Florentiæ aliquot Menſibus quieuit, donec circa Bacchanalia Tridẽti à Reuerẽdiſsimo Cardinali humaniſsimè cũ tota familia receptus, quatuor dieb⁹ hæſit, genio indulgens. Deductus vna dierũ à Reuerẽdiſsimo Tridentino deambulationis gratia extra portã, quæ ad meridionalẽ plagam vergit, nouũ quid et memorabile in quodam horto apparatur: duo etenim ferociſsimi Leones ibi perpetuo detẽti, & Vrſus nõ mediocris ſtaturæ cũ Mulo inter muros in loco ſatis amplo præliũ ſimul cõmiſsuri offerũtur, quod erat ſpectatoribus



us mirabile quid. Inter colluctandū Mulus, qui à Mulione vino ferè obru-
us erat, erectis auribus, cauda, capite, terram pedib. quaſſans, hinnientes
Leones terruit, vt eorum vix vnus comparere auſus eſſet. Vrſus erecta
eruice & anterioribus, pedibus muro aſtans circumſpiciebat, inſul-
um aliquorum expectans. Mulus non ceſſat Leones pedibus irritare, à
uibus cum ſupra dorſum crudeliter laniaretur, pede & dente alterum ac-
eptum, ferè viuum diuiſit, victorque omnium (quod eſt incredibile) remā-
t. Ad arcem Cardinales reuertuntur. Inter cœnandum Cantores Triden-
ni, conuiuas cantilenis & inſtrumentis muſicalibus exhilarabant alter-
is vicibus, & noſtris Italicis cantilenis oblectabantur: præſertim quod a-
oleſcens Fabius Gazella, nobilis Caietanus tanta gutturis pollebat elegā
a, vt Inſtrumentis vix aliquis eum conſequeretur, tandem iuſſu Cardi-
alis, manuum adoleſcentis lineamenta depinxi, iudicioq; Cardinali expoſi
o, præſertim de vitæ breuitate, non parum doluit. Maluiſſet diutius adoleſ
tis excellentiſsima modulatione frui, ſed Deus aliter diſpoſuerat. Mech-
niæ enim morbo leuiori grauatus per aliquot dies, dyſenteria & fluxu vē-
is, Anno ſupra dicto, menſe Auguſti Deo animam vouit.

CHYe

21



CHYROMANTIAE ISBRANDI BVS
Batavi, experimentum XI. Anno 1541.
Octobris 23.

Solet piæ memoriæ Imperator Carolus quintus, ſelectiſsimos Cantor
in obſequium domeſticum colligere, inter quos Batauus quidam Ysbra
dus Bus mecum vocatus fuit. Vir natus Annos 36. vel circiter, voce n
inferior Philomena, inter cæteros ſexaginta vel circiter præſtantiſsimi
ieiuno inquam ſtomacho, quod ei rarò accidit (nam miſer tanta guloſita
& voracitate, & crapula quotidiana vexabatur, vt aliquando mentis n
eſſet compos, & vt ſolent ferè omnes optimi quiq; Muſici, qui præter M
ſicam aliarum ſcientiarum ſunt imperiti, Symphoniam nimia potatione
fundere, & ilicò ad lites, arma, & verbera confugere) iſte Bus Valiſol
noſtra familiaritate & aliorum Cantorum in cõmuni commeſſatione fre
cum quodam Cæſareæ Maieſtatis rumigeſtore abſoluta commeſſatione,
bisque abſentibus, lites ad verbera mouit, ex tempore colliſis mutuis cor
ribus enudandi gladios occaſio oblata fuit: pugnis ſeſe & dentibus contu
dunt, acriter colluctantur, in terram collapſi, vim vi corporum grauita
pellentes, dictus Bus arrepta aure dextera dicti Rumigeſtoris, dentib
excerpta, aperto ore aurem deglutiuit. Duello abſoluto, ad pocula reuer
aurem Rumigeſtor accenſo lumine vndequaque perquirebat, quam


Et

22 ✠



ctus Bus deglutiuerat, pacem nihilominus aßidentiũ ſuaſu, vt facilius Imperatorem inſcium adhuc mitigarent, componunt. Siccine continuo pocula ſiccantes, noctes in dies & è contrà vertebant. Infinitum eſſet volumen, quod ſimilia acta dicti Bus reciperet, donec ad vindictã diuina lento gradu proceßit ira, & quo ille peccarat, eodem ſupplicio pœnas extremas dedit in hemiciclo Arſenariæ Oppidi, quod alij Argieriam vocant. Vbi enim nauium claßis ante Arſenariam 18. Octobris prædicti Anni, fauſtis velis applicuiſſet, ex Piſtri ingentis molis nauigio Andreæ Doriæ in Sclatã Franciſci Duardij conuocati Cantores, Bus maluit aliud nauigium, in quo non eſſet cognitus, conſcendere. In quo etiã liberiùs Baccho indulgebat, donec febre peſtifera correptus ſemiuiuus, vt fieri ſolet in nauigijs, aſſeri ſuperpoſitus, piſcibus in eſcam proiectus eſt, & in medijs vndis ſubmerſus. Sic ſuæ guloſitatis, voracitatis & continuæ ebrietatis piſcibus ſui corporis exemplo, pœnas meritas dedit, cuius animæ diuina parcat clemẽtia. Submerſionis indicia acyni digitorum ſub litera D E & C in monte Lunæ ſatis prognoſticabantur. Duæ præterea lineæ à vitali verſus naturalem tendentes, potatorem & comeſtorem indicabant. Reliquum mediocris Chyromantius facilè depræhendet.

Fff CHI-



CHYROMANTIAE CVIVSDAM NO-bilis Neapolitani exulis, experimentum 12. Annò 1551.

Ferê terrorem nobis incuſſit vir iſte nobilis, proceræ ſtaturæ, ſubnigro, horribili & ſeuero vultu, cuius vt ideale manuum exẽplar exciperẽ, liberè omnia dicendi poteſtatem fecit. Cùm enim dubitarẽ an illi gratum foret iudicium, tamen carceres periculoſiſſimos paſſum fuiſſe affirmaui, exulari ſe adhuc, tria homicidia cõmiſiſſe, & inminere ipſi periculũ amputationis capitis mandato Regis. Arridens noſtro iudicio, videbatur etiam gloriari in ſua malitia, carceres paſſũ ſe eſſe, & omnia benè fuiſſe prognoſticata nõ negans. Vltrò expoſuit quòd vna die vinculis in fundo cuiuſdam turris detentus, ad ſententiam mulctæ capitis extractus ſit. Et (vt apud Italos conſuetudinis eſt) nocte lata ſententia, ſacerdos vnus aut alter patienti offertur, qui totam noctem diuinis verbis illum ad patientiam incitet, adiuncta magna copia piorũ virorũ, qui confratres miſericordiæ intitulantur. Cõfeſſorẽ aũt ſibi oblatũ hic recuſauit, ꝙ ſuã ſtaturã nõ æquaret. Minoritã quendã appetẽs eiuſdẽ ſtatutæ cũ ipſo, admiſſus ac vocatus eſt Minorita. Secretũ tamen cubiculũ in carcere accedũt. Sub vmbra cõfeſſionis nitebatur ſe periculo

24



tribus cum altero Minorita in anteriori aula relictis, confeßionē dißimulans, Minoritam manibus humaniter contrectare cœpit, ſed repentè cultro à latere fratris pendente appræhenſo, ac ferè ſuffocato fratre altera manu, dixit: Hodie mihi certè moriendum ſtatui, ac idem imminere ſupplicium ſi tribus à me trucidatis, & quartum adiungam. Supplex autem orat ſubmißiori voce Minorita, ſi ſalua vita illum relinquat, omnia pro voto ſuo præſtaturum. Ille verò placitæ ſupplicationi annuens, expetijt veſtes Minoritæ, quibus indutus, ſuisque ibi relictis, quibus ſe frater veſtiret: iterū appræhenſo cultro, mortem fratri imminere minabatur, niſi ligulis manus ſineret ad ſcamnum alligare, & peplum in ore perferret. Coactus Minorita, qui vitam tueretur conſentijt. Sic aſtutia & nequitia dictus nobilis veſtibus alienis ornatus, aulam, in qua prædicti omnes hærebant, præteribat, ſequitur eum alter Minorita, arbitratus ſocium fuiſſe ex arce dimiſſum, ille reddito habitu Minoritæ confratri, gratias egit, & diſceßit. Sic pœnam mulctæ capitis cautela inaudita euaſit, & nunc adhuc ſupereſt, & ab omni ſcelere abſolutus, honeſtè (vt aiunt) cum vxore & filijs viuit. Homicidia litera A & C ſemicircularibus lineis indicabāt, B carceres, & ſic de reliquis.

25



CHAROMANTIAE CVIVSDAM NObilis Neapolitani, experimentum 13.
Anno 1551.


Hic homo præter peruerſiſsimam nequitiã, malitiam, ſtultitiam, aut inſaniam (vt ſolent deprædatores viarum) aliorum & piorum virorum ſpolijs ſeſe accommodabat, militari diſciplinæ hæc omnia licita aſcribens: præter Venerem præpoſteram nefariè & præpoſterè iuuenculis abutebatur. Hæc omnia vbi diligenter in eius Chryromantia cũ tyrannide & homicidijs ſeptem examinaſſem, dubius, hæſitaui illi iudicium literarum typis, vt expetebat, commendatum communicare. Sed ſemicoactus in alterum diem differens, pugione, gladio, & annulari ferrea camiſia tutior, ſententiam procraſtinaui. Et vt mihi Germanorum meorum militum confluentia quotidiana nõ defuerat, aliquot in veſtibulo noſtri cubiculi in reditũ illius arreſtaui, qui ilicò mihi tuſsiẽti adeſſent. Aduenit Neapolitan⁹ libro aperto ſuũ iudiciũ quærẽs, petijt an liberè omnia præterita (quibus futuris fidẽ daret faciliorem) collegiſſem, & vt illi imbutam à iuuentute tyrannidẽ cõmonſtrarem,

rem,

26



rem, erecta ceruice conſtanter dixi in animo illi eſſe, in me pro more ſuo ſolito tyrannidem exercere, meq́; ſuis viribus non improuiſis poſſe reſiſtere, & ne ad arma tentanda perueniendum eſſet, ſibilo conuocatis militibus, facilè percepit ſe opinione fruſtratum, & omnia (vti ac ſuas truphas) me animaduertiſſe. Ille mutato vultu colore pallido, non mediocriter turbatus, ducato aureo iudicium conſcribi mitiùs exorauit. Septem homines trucidaſſe, aliquot iniuſtiſsimè Veneris cauſa, carceres imminere cum mortis ſupplicio, & aquæ periculo prognoſticaui. Abſoluto exilio, in patriam redire nō eſſe tutū: quòd reiteratione homicidij mandato Regis turpiter decollaretur. Poſt aliquot annos abſoluto ſui exilij termino, Neapolim ad parentes reuerſus, tribus menſibus homicidium octauum turpiter commiſit, fugam parans ſolitam, à Clientibus depræhenſus eſt, pedibusq́ue fune alligatis, equo per plateas trahitur ad locum ſupplicij, quo meritas pœnas trūcato capite dedit. Sed adhuc in carcere detentus, noſtri iudicij non immemor, ad ſe nos vocari iuſsit, annulū aureum dono mittens, ſed vt ſeriùs erat, & iam inſtaret tempus mortis, liber non patuit acceſſus, quod nec diſplicuit. Homicidia litera B lucidè oſtendebat, carcerem litera C. A verò exilium.



CHeROMANTIAE DOMINI VICTO-ris Presbyteri Colon. S. Celſitudinis Concionatoris, ex-perimentum decimumquartum, Anno M. D.LVIII. In Vigilia Sancti Andreæ.


Pius iſte ſacerdos, Concionator eximius, lingua & memoria promptiſſimus, Brulæ anno iam citato, die S. Andreæ, à prandio à Magiſtro Andrea Goddin. S. Celſitudinis paſtillorum Conditore, in cōmeſſatione nobiſcum familiariter vocatus; nō dedignatus eſt adeſſe, poculū vini vnū, aut aliud ſub vmbra & fumo benè cocti paſtilli euacuare. Multa iucūda audituque digna, & meritò memoriæ commendanda in mediū afferens, aliquorū priori exemplo prouocatus, reiteratis vicibus non potuit ad oſtendendas volas adduci, arbitratus huiuſmodi iudicia nō poſſe peccato carere, repugnante cōſcientia: ſed ampliori cyatho vini tandē dilutus, puſillanimitatis notā audaciori animo purgauit. Volas apertas offerens, ſed adhuc nullum iudicium expetens, hoc tamē adiecit, vt ſi quid vtilitatis cōmodi aut dignitatis illi ſucce-deret,

28



dere ſe lubēter audire: de periodo autem vitæ nihil omninò velle audire. Vt illius vitam breuiſsimā notaſsem, fruſtrà videbatur vlteriùs ad beneficiorum & ſtatus meliorē ſucceſsum procedere. Cùm enim hæc omnia mors præueniens ſurriperet, diſsimulato animo omnia læta, & beneficia breui optima quæq; affutura promiſi. Liberiùs his auditis, pocula vrgebat. Eo verò abſente poſt aliquot dies expetijt dictus Magiſter Andreas, & alius amicus noſter ſingularis, Dominus Ioannes Dauiot, quid de vitæ boni viri ſacerdotis periodo ſentirem, omnia in manu Dei eſſe conſtituta protuli, eidemq; imminere mortis periculum ante diem Natiuitatis proximè futurū. Ille amodò graui morbo Coloniæ laborans, noſtri iudicij inſcius, in Vigilia Natiuitatis Domini, ſequenti Anno deuotè & religioſè ſub obedientia S. Romanæ Eccleſiæ animam Deo reddidit. Beneficia ſi ſuperuixiſſet indicabat litera D in vtraq; manu: literæ verò A B F vitam breuiſsimam minabantur. Et hæc ſi Zoilus veritati diſsona arbitretur, conſulat dictum Magiſtrum Andream, Dominum Ioannem Dauiot, Dionyſium Fabri, viros fide dignos, & à ſcrupulo mendacij, & inuidiæ liberabitur.

CHY-



CHYROMANTIAE THEODORICI A
Suxi adoleſcentis, Coloniæ ſtudioſi, experimentum
decimumquintum Anno M.D.LVIII.
Iulij. XXX.

Defuit mihi eo tempore puer, qui famuli mei abſentiam ſuppleret per aliquot menſes. Oblatus hic adoleſcens boni viri commendatione, ad me venit, Anno, Die, Menſe &c. cuius inſpecta Phyſiognomia, Saturnina linea ſatis diſplicebat. Conuocatum ad me volas inſpiciendas præberet, poſtulaui. Miratus quid id ſignificare vellet, noſtro obſequio ſe paratū obtulit. In ſequentē diem Lunæ reſpōſum differēs, ad me redire iuſsi. Eademq; hora indicaui, vt aquis nullo modo ſe cōmitteret: imminere enim periculū maximū ſubmerſionis, nec nō mortis violentæ, & quidē breui, ſibiq; cauendum neceſſariò eſſe. Sequēti die eadem hora quarta ad me rediens, cum nonnullis diſcipulis, quibus Theoricam & vſum ſphæræ materialis exponebā, me occupatum vt videret, iuuenilis animus morā dimidiæ horæ nō ferens propter ſtatus mutationē, volens corpus balneis aut aquis mūdare, diſcipulos meos

adhuc



iuniores, virgarum diſciplinæ ſubiectos, ſecum ad aquas deducere niſus eſt. Illis autem hoc illicitum, non audentibus tentare, cum alijs nonnullis commilitonibus ad Rhenum circa Baſilicam Sancti Cuneberti ſeceſsit, exutis veſtibus, cum ſuis Rheni fluctibus ſe committit. Semel atq; bis iam tentato periculo, euaſionem ſperans, & quidem temere, Doctoris inquit, iudicia mox falſificabo, qui mihi ſubmerſionis breui periculum prædixerit, nunc ſecundò ſaluus euaſi. Deum verò, neq; fortunæ caſus ampluis eſſe tentandos ſocijs conſulẽtibus, dixit, facilè quẽuis pericula etiã grauiſsima euitare poſſe, qui Dei munimine tutus eſt. Tertiò itaq; aquas inſilit, & à ripa (vt ſibi perſuadebat) tutior, longius enatauit, donec violentum Rheni fluxum amplius natando vincere non poſset. Bis in fundum deiectus, corporis motibus pœnitentiam oſtendens, Tertiò ſubmerſus, amplius non viſus eſt. Submerſionis autem plurima erant indicia, prout litera A B E & G liquet: C verò & D vitæ breuitatem prognoſticabantur cum Phyſiognomiæ lineamentis. Sed (proh dolor) quòd omiſi eius cadauer, per multos dies in Rheni fundũ aut ipſius fluxu in mare lapſũ, nunquã cõpararint, vt ſepulturæ Eccleſiaſticæ traderetur, etſi maxima diligentia & laboribus vndequaque circa fluminis ripam inueſtigatum eſt.

31




CHEIROMANTIAE CVIVSDAM ILLVSTRISSImi & Reuerendiſsimi Cardinalis, experimentum decimum ſextum

Non ſecùs atque piæ memoriæ Pontifici Maximo & Optimo Paulo tertio Matheſeos (præter alias animi dotes, & cuiuſcunq; facultatis extremam eruditionem) expertiſſimo, & huic Reuerendiſſ. Cardinali ita contigit. Quem rapidum fluuium equo prætereuntem circa Neapolim fluxus lapſo equo, demerſerunt ferè. Ille turbatus (nimirùm) fundo hærens, bonæ memoriæ (vt & ipſe faſſus eſt) à parente extrahitur ſemiuiuus. Qualem id infortunij & periculi maximi ſucceſſum haberet à me petenti, exemplar dicti Pauli III. propoſui: nunquam homini extremum & ſimile periculum eueniſſe affirmaui, ſine conſequentia ſecundi, quæ extremæ dignitates ſpirituales aut ſeculares ſucceſſu temporis ſequerētur. Quemadmodum Paulus periculis euaſus, in Papatu Clementi Optimo ſucceſſit. Periculū ſecundum expoſtulāti, examinata manus eius Cheiromantia & Phyſiognomiæ lineamentis, inimicitiæ mortalis, & carceris cū exilio indicia maxima prædixi, & breui futura, & tandē di-


ctum

32



ctum Reuerendiſsimum circa annum à Mundo redemto milleſimo quingenteſimo & ſeptuageſimo, ad dignitates adhuc ſuperiores promotum iri. Periculum ſecundum illi nunc accidit: dignitatis conſequentiam nouit Deus, quam tamen volente Deo illi affuturam eo tempore, ſi naturalis inclinatio locum habeat, non dubito: nouit enim Deus, ad quem finem iſta protendant. Nolui huius Reuerendiſsimi Cardinalis titulum neque nomen apponere. Sat eſt dum ille noſtrum iudicium, vt præſenti expoſui, intelligat, tunc temporis notius eſſe toti orbi poterit. Prælaturas & Eccleſiaſticas dignitates, præſagiebat litera D, non minùs atque E. Exilium litera D. Submerſionis autem periculum, C & B. Sed non erant vera & certa teſtimonia: quia, in vtraque manu vnum atque idem iudicium inuentum eſt, & propterea faciliùs euaſit. Qui dum in Hiſpania poſt aliquot annos ſequentes degeret, noſtri non immemor, munuſculo per amicos oblato, me ſi potuiſſet, allicere ad ſe niſus eſt. Sed ætas, & valetudo me hactenus hîc firmauit. Intereà literis meum obſequium ſuæ Reuerendiſsimæ D. offerre paratiſsimum, & quidem meritò, non deſtiti.


 CHY.




CHEIROMANTIAE CVIVSDAM MEDICInæ ſtudioſi adoleſcentis Colonienſis, experimentum 17. in Oppido Chalon, in Campania Gallica, Anno 1561.

Diſceſſurus Colonia hic adoleſcens in Galliam, arbitratus fuit gladio, pugione & ſcloppeta, quibus munitus erat, omnem Galliam facilè poſſe ſuperare. Dubitans tamen itineris ſucceſſum, manuum ſuarum lineamentorum iuditium priùs exorauit. Cui, benè examinatis lineis, vulnus capitis & femoris non ſine periculo vitæ inflictum iri breui, ante inquam Anni terminum, prædixi non abeſſe præterea à periculo carceris, morbumq́ Gallicum etiam propediem affuturum, deniq; ſe ingenioſum eſſe adoleſcentem. Monitis parere volẽs, quietus quantum potuit à crapula & potu abſtinens, Aureliam Galliæ munificentiſſimum Oppidum peruenit. Ibi nonnullis Menſibus quinque aut ſex ſibi cauens, ſaluus tantiſper euaſit. In commeſſationibus aliquoties me abſentem, artis Cheiromantiæ non ſatis expertem dicens offendebat, terminum præfixum inconſtantia iuuenili non temperans. Fit interea vt fortè nummorum defe-

34



defectus, aut parentum mandatum illum in patriam Colonienſem reuocaue-rit. More ſolito gladio, pugione & ſcloppeta munitus, tutiſsimum iter ſibi vendicabat, genio, vt ſolent ſtudioſi, vndequaque indulgens, ſuis viribus quemuis imparem exiſtimans, nec duos ſuis viribus ſatiſfacturos arbitrabatur. Tādem vbi in celebre Oppidum Chalona in Campaniam Galliæ perueniſſet, linguæ Gallicæ nondum ſatis peritus, materno Idiomate conuiuas, quibus aſſidebat, terrere niſus eſt, ſe Hercule inferiorem non putans, verbis & iniurijs motis, ad verbera peruentum eſt ſub principatu & dominio Bacchi regnante Marte. Gallus quidam capitoſus, fdcilè ad extremam iram commotus, gladio craneum capitis adoleſcentis aperuit. Dein humi iacentis femur tranſfodit menſe nono poſt noſtrum iudicium. De vita periculoſè laborans, per aliquot menſes ibi retentus, Dei & Cheirurgorum auxilio liberatus, Coloniæ me inuiſit, cicatrices oſtendens, in quarum altera capitis, digiti craſſitudo facilè recipiebatur. Morbum Gallicum litera D præſagiebat. F fecundum ingenium. Carceres E. A vulnus capitis, & ſic de reliquis.



CHEIROMANTIAE CVIVSDAM VIRI MEDIO. cris conditionis, experimentum 18.
Anno 1548.

Inter centum mille homines duo nunquam eiuſdem Phyſiognomiæ, ſtat ræ, craßitiei (tametſi macredinis quidem) reperiũtur. Mirabilis Deus ſic co rectè omnia ordinauit, vt quilibet propria Phyſiognomia ab altero differre naturaliter. Sunt & multi, qui vltra naturalem illam diſtinctionem à cæte ris differunt rugis & lineis caſualiter accidentibus, quæ in frontiſpicio, ocul & ſimilibus partibus facilè diſcernuntur. Sicuti enim in . noſtro libro exp ſuimus, rugæ et lineæ, aut creſcunt, aut ſucceßu temporis delentur, aut color mutantur, prout ſæpè notaui. Et vt in ſequenti ſeptimo libro apertè liquebit facile ex hominis cuiuſuis Phyſiognomia caſus notabiles depræhenduntur, v pote homicidia, latrocinia, furta & ſimilia, prout de hoc viro ex tempore vn co viſu, proſpecta Phyſiognomia, prognoſticaui coram Reuerendo Abba te Vallis Nouæ, Domino Ioanne Dauiot, & Dioniſio Fabri. Et ne meum m

fallere



alleert iudicium, volui illius volas commetiri, in quibus homicidium perpetra
um, vt hîc apparet, facilè conſideraui, cum graui capitis offenſione, etſi apud
Magnates gratus erat, ad quos refugiens, ſaluus pro tempore delituit, donec
omicidij ſui culpa pœnitentia deleretur. Expetentibus prædictis, Abbate,
& alijs teſtibus, an antea hominem nouiſſem, reſpondi, ſi altera vice idem mi-
i offerretur, ſecundario illum me viſurum. Mirantibus perpetratum homi-
idium tam facilè animaduerti poſſe in homine ignoto, maiorem fidem in ſua
Chæromantia mihi adhibuit Abbas. Commeſſantibus homicida nobis vinum
ttulit, cuius tandem Chæromantiæ lineamenta, hic apparent, depinxi, in qua
itera A in vtraque manu (quod pro vero habemus teſtimonio) in naturali ho-
micidium declarabat, litera G, beneuolentiam apud Magnates, C offenſionem
apitis. Ea quæ experimentorum veritatem concernunt, expoſui prolixius.
Sigillatim verò omnium linearum Symmetriæ iudicium inſerere ſuperfluum
eſſet.

CHY.

37




CHYROMANTIAE HIERONYMI PRINce Cantoris adoleſcentis, experimentum 19. Anno 1550. Panhormi.

Reuerendiſsimus Archiepiſcopus Panhormitanus, Cardinalis, Tridentum me prætereuntem, ad ſe vocari iuſsit, quod mihi magna cum eo interceſſerat familiaritas. Adhuc Sacellani illuſtris fungente officio, apud piæ memoriæ Carolum quintũ Imperatorẽ, pro ritu & cõſuetudine Eccleſiæ Romanæ, volens impoſito oneri ſatisfacere, Cantores ſuis ſumptibus etiam meliores è Flandria conuocari voluit. Obnixè itaq; orauit, illorum curã me velle ſubire, & eos Panhormi cõducere. Exoratus, acquieui, ac Cãtores numero x. collegi, cum duobus pueris ſelectioribus, quorum alter Hieronymus Prince Brabantinus adoleſcens, voce & modulationis dulcedine quouis altero coæuo non inferior. Qui dum nobiſcum Mare Liguſticum tranſnataret, alternis vicibus inſueto morbo laborauit. Cauſam examinare volens eius, Chyromantiæ iudicium examinaui. Breuem vitam animaduertens, volui & mortis qualitatem præuidere, vt ſi præcaueri poſſet (annuente Deo) negligentiæ noſtræ non reputaretur, quæ erat dyſenteria. Panhormi itaq; felicioribus velis tandem appulſi, adoleſcentẽ curandum diligẽtia & arte Doctoris Balthazaris Torris, Prore-


gis

38



gis Siculi Medici commiſi. Ille vt opinor omnibus, via, modo, iure, quibus potuit diligentiſſimè medelã procurans, tamẽ nihil effecit. nam continuo morbo nihilominus hic ſuccubuit. Vetula quædã in adoleſcentis cuſtodiam accerſita, defuncti capiti roſmarini ramum appoſuit, nobis perſuadere volens, virtute roſmarini parentes ilicò mortis adoleſcentis fore certiores. Arbitratus veneficã & non probam mulierem, ramos (ægrè ferente vetula) eieci. Acceſſit Doctor Torris Hiſpanus, eo tempore adhuc laicus, ſerius Medicinam afferens, qui ſollicitè filiam Prothomedici Siculi in vxorem ambibat. Vt videret matrimonij dilationem, mutata ſorte, Ieſuitarum ordinem induit, & tandem ſeruum, quem octodecim annis à iuuentute nutriui & educaui, Hiſpana blanditie mihi ſurripuit, teſtibus, Ioanne Poller, Carolo le Plat, Dionyſio Fabri, & alijs plurimis.

39



CHYROMANTIAE CVIVSDAM PVERI filij Domicellæ Neulandt Gheldrienſis, experimentum vigeſimum, Ann 1558. Coloniæ.

Superfluum videtur vlterius de alicuius nati vitæ periodo procedere, ſi vitæ terminus ita breuis ſit, vt non permittat natũ ad annos accidentis peruenire. Nec ego pro conſuetudine ſoleo alicui quid polliceri vltra talem terminum. Sed inſtantibus nonnullis, qui mortis terminum præfixum nolunt, dubia quædam proponere cõſueui, ne in deſperationem incidant. Reiteratis ſiccine vicibus Domicellæ Neulandt ferè coactus ſum filij ſui Chyromantiam perluſtrare, quem ſe chariorem habebat filium. Cuius vitæ terminum ante annũ præuidens, dixi: ſi hic puer annos ætatis ſuæ 8. pertingat, futurus eſt miles ſtrenuus, in Martialibus exercitijs magnæ authoritatis. Cauendum tamen ne ante anni ſpatium in grauem incidat infirmitatem, quam (volente Deo) diligentia & bona cura euitare poteſt. His eam à me breuibus abſolui, non ceſſauit interea temporis per interpoſitas perſonas de nati ſui periodo ſciſcitari

cogi-

40



cogitans me coram nolle illius animum mortis filij ſignificatione turbare. Itaque tandem ſecretè exoratus ab domina Comitiſſa à Styrem, affirmaui illius puerum naturaliter ſpatium vnius anni non poſſe viuum excedere, & vanum fore vlterius de ipſius vitæ periodo & ſucceſſu procedere. Et vt telum præuiſum minus nocere dicũt, Domicellæ hæc ſignificauit: biloſa, me per aliquot dies dedignata eſt, ſed ante octo Menſes puer obijt. Litera A tempus mortis liquidè in vtraq; manu inuenta promulgabat. Defuncti cadauer à pictore idealiter depingi curauit. Materna dulcedine puerum defunctum ſæpè complexa, & reſtantem alium filium, quem antea vix ferre poterat, ſucceßiuo amore proſecuta eſt. Sed vereor ne tandem & Deus eundem auferat, quòd illa neglecto aliquãdo obſequio diuino malit filij voluptatibus complacere. Cuius etiã, natiuitatis iudicium exorata fuit, vt ne illa mortis etiã huius præſcia, vulnus reiteretur, prolixiorem vitam ſub cautela quadã pollicitus ſum. Vereor interea ne & defuncto puero mecum de iniurijs agat, quod tamen paruifacio: malo enim potius artis veritatem (ſi qua ſit) denudare, quam mulieris votis complacere.




CHEIROMANTIAE INGENVI CAROLI Yſenbart vexilliferi Comitis Aygremont, experimentum vigeſimum primum Anno M. D. XLVII. Romæ.

Etiam fortiſsimum quendam ſæpè extrema pericula comitantur, quæ non præſcius vix euitare poteſt. Hic ingenuus, armis multum valens, ſub comite Aygremont multos annos militans, non parum honoris armorum viribus conſequutus eſt. A Gallis, occiſo priùs equo, in medio prælio humi proſtratus, non ſine vitæ periculo capitur, ſed pecuniaria mulcta liberatur. Homicidio verò (proh dolor) poſteà ab eo commiſſo, ab inimicis proſecutus, non priùs pacem cum eis conciliare potuit, donec limina Sancti Petri in vrbe viſitaſſet: arbitrati inimici in itinere hominem moriturum. Etſi inuitus itidē, coactus tamē duobus ad iter accingitur. Romā ad me venit, veterē amicitiā (præſertim quòd Patriota fuit) refricauimus mixtis poculis. Et vt Romæ amici ſolēt in crumenis deliteſſere, vacuis ſuis loculis nullus illi aderat. Volēs tamē impoſito oneri

ſub

42



ſub obedientia Sāct. Rom. Eccleſiæ Pœnitentiariorum diſciplina ſatiſfacere, moram abſolutionis diutius ſine nummis ſuſtinere nequit, alterum equum vendidit. Omnibus tandē benè peractis priori morbo, peior acceſſit poſterior, ſcilicet nummorum defectus, quibus in patriam commodè rediret. Dubius morbi cauſam mihi tanquam medico recitanti, medelam ex tempore adhibens, duodecim Ducatorum morbum curaui, quos ille tanquam vir probus, qualis ſemper fuerat, poſt tres Menſes mihi Romæ in Banco (vt aiunt) conſignari & reddi fecit. Sedproch dolor, tribus aut quatuor Menſibus vix elapſis, dum ſibi vitam quietiorem ſenio confectus deligeret, Tornaci à quodam infimæ conditionis homine cultro in pectore improuiſò inflicto, ſubitanea morte, caſu non præuiſo vitam terminauit. Hic qui gladio alium perdidit, teſtante ſacra ſcriptura, & gladio pœnas extremas dedit. Litera A, homicidium commiſſum manifeſtabat. Menſalis vulnus capitis, non tamen letale. C. itinera. B, offenſionem pectoris letalem, & exinde mortem. Cuius animæ Deus Optimus Maximus ſit propitius.

43



CHEIROMANTIAE CVIVSDAM MERETRICIS Hiſpaniæ, experimentum vigeſimum ſecundum Romæ Anno M. D. XLVI.


Amicus quidam Hiſpanus mihi familiariſſimus cùm Romæ ſtipendijs Vniuerſitatis in publicis Scholis ſapientiæ, Matheſeos lectiones elucidarem, Pauli III. autoritate admiſſus victitans, ſollicitis precibus quotidiè inſtabat, vt ad quandam non paruæ autoritatis Domicellam ſemel congredi dignarer, ac illius, tempore requiſito, Cheiromantiam (ſi dignaretur) perluſtrarẽ. Tametſi dicterijs illam mihi ſuſpectã reddidit, tamen vna dierum exoratus, congreſſum non negaui. Pedes accedere indignum arbitratus, equum quem domi cum altera mula alebam, conſcendere coegit. Ad domum pellicis peruentum, cuius præſentia grauitatis cauſa non licuit extemporanea frui, donec omnes amaſij ſuo loco cõſedentes noſtrum expectarent acceſſum, aperto capite poplite ſemiflexo, Domicellam ſalutaui, et reliquam procorũ cohortem. Illa tanquam Duciſſa vix annuẽte amicum familiariter rogaui, vt illinc quo citius fieri poſſet, me

44



ſet, me expediret. Non licere tantæ autoritatis dominas importunare ait: tandem admittimur. Pellicis Cheiromantiam depinxi, ilicò vbi præter meretricis & concubinæ nefandiſsimæ omnia indicia nil proſpexerim, liberius quæ videbantur congrua, expoſui. Voluit ex tempore quid à me intelligere, dubitans procorum præſentias nimia verborum copia offendere, iudicium procraſtinare volui. Illi contrà & ipſa, ſaltem aliquid præſagiendum expoſtulant. Inſtinctu amici qui me eò deduxerat, etiam adhuc diſsimulato animo dixi, & obieci Socratis ſententiam, illamque Veneri naturaliter eſſe deditam, & ad quoduis genus luxuriæ procliuem, ſed ratione & benè viuendi conſuetudine illas peſsimas inclinationes auxilio Dei euaſiſse. Illa nec illi diſsimulatos animos potuerunt amplius celare, ſed cachinno ſimul omnes me verum ſcopum ſine exceptione attigiſse affirmabant. Apparatis epulis commeſſamur, non rediturus illinc diſcedo, & quod ſatis fuit, vulpem vnico laqueo depræhendi, nec iterum eiſdem laqueis capi. Literæ A B C D E F G meretricis ſigna apertiſsimè manifeſtabant.

CHEI-



CHEIROMANTIAE IACOBI DE SABLEAV Hannonii, experimentum vigeſimumtertium Leſsiniæ Anno M. D. L V I.

Hic adoleſcens à puero propter vocis ſonoritatem à me è patria deductus, ad mortem vſque alumnus fuit, multis mecum itineribus ſæpe defatigatus. Pã-hormi enim ferè duobus annis in ſummo templo (in quo Phonaſci officio fungebar mandato & ſtipendijs Reuerendiß. Cardinalis) mecum & alijs Cantori-bus hæſit. Deinde nauigio mare Siculum transfretati regio, illinc Romam peruenimus. Paulatim patriam repetẽtes, in qua gratiſsimè receptus à matre, quotidiè cum parente Baccho indulgebat, adiuncta aliquando (conſentiente eiuſdẽ farinæ, patre) Venere. Ad me reuerſum monui iterum atq́ iterum poculis domi meæ eſſe parcendum, propter conſequentiam. Surrepticiè tamen quotieſcunque poterat, ad parentes diuertens, vitæ luxum non potuit euitare, donec Athi pellici adhærens, morbo Gallico maculatus, lecto ſæpè decubuit, diſſimulato morbo, nec alicui fidens, radicem incurabilem morbi ſilentio præterire vo-

46



rire volens. Grauiter laborans, à quodam Medico Leſsinienſi receptaculis inſolitis & rudibus intoxicatus obijt, mixta dyſenteria, quod illi antea diu futurum prædixi, ni diligenter ſibi præcaueret. A, morbum Gallicum indicabat. B, fluxum ventris. D E F, itinera. C breuem vitam. Ex huius autem adoleſcẽtis Cheiromantiæ experimento ſatis compertum eſt, tritum eſſe Prouerbium, vt quibus à patre, vel matre vlla innata eſt macula, eos (quoad vita ſuperſit) indelenda quædam ignobilitatis conuitia concomitari. Guloſitatē enim & ebrietatem ſignificabat litera C, quam à nobis non didicerat, nec illius conſuetudo apud nos adoleuerat, ſed à patre naturaliter hoc vnum innatum fuit. Attamen melioribus moderationibus & mitioribus diſciplinis, interim minis, nonnunquam etiam grauibus verberibus id vitij delere & purgare niſus ſum, ſed parum aut omninò nihil effeci. Præſens quidem ſuo benè fungebatur officio. Abſens autem ad priſtinum ingenium facilè reuertebatur. Siccine tàdem fruſtra minis aut verberibus adoleſcentem ſtudui refrenare? Qua de re pœnas meritas dedit, Deus Optimus Maximus ſit illi innocenti propitius.

47



CHEIROMANTIAE CVIVSDAM NOBILIS
furis, experimentum vigeſimumquartum
Anno M.D.XXXVIII.

Solent inferioris Germaniæ cuiuſcunque ſexus homines, nocte trium Regum indulgentes genio, domeſticum & tandem menſæ Regem ſeligere, & cõmuni omnium voce ſublimiori hauſtum felicem bibenti Regi precari. Quod nobis aliquot Cæſareæ Maieſtatis Cantoribus Tolleti in cœna diſcumbẽtibus, contigit. Inſolitum clamorem Hiſpani prætereuntes admirati, funebre cadauer nos deflere arbitrati ſunt. Et vt ſibi quiſque ære alieno prouidere quandoque nititur, nobilis quidam Hiſpanus nomine Don Rodryges (qui noſtra familiaritate Muſices gratia fretus erat, cuius Cheiromantiam cum iudicio vt hic liquet depinxi) in noſtras ædes temere rara illa familiaritate fiſus, cantantibus nobis, irruit, eiuſdem farinæ vno atque altero ſocio comitatus, qui ſi in caſu depræhenderetur, ſub prætextu initæ familiaritatis, honore ſaluo facilè euaderet, ſibi perſuaſit. Denique ſi inſcijs omnibus tres equos & mulã, quos domi alebam, furtiuè ſubduceret, bonam ſortem ſibi pollicebatur. Solutos itaq;

equos

48



equos & mulam domo pepulit. Vnus equorum generoſus, hinnitu furtum accu ſauit, cuius ſtrepitum percipiens illicò ad ſtabulum confugi, apertum ſtabulũ, equos eductos (anteriore ianua idq; negligentia famuli patente) comperi Conuocatis itaq; ſocijs, Præconem accerſiri iubeo, qui tuba per vicos & plateas equos ereptos proclamaret. Fures relictis equis, ſe ſubtrahunt. Spontè ad ſtabulum generoſus (vt dicunt) equus redijt: demum mula, quæ aêris frigiditatẽ perferre noluit. Tertius equus circa nauigium ad ripas Tagi fluuij reperitur, & tandem quartus equus in foro publico deambulans, opera præconis ad nos allatus eſt. Soluto Præcone, obicem duplicem portæ adieci. Poſt aliquot menſes dictus Nobilis artis furandi adhuc non benè peritus, in maiori furto depræhenſus, ad carceres ducitur Ille primo furto non eſſe conſuetum aliquem publico ſupplicio damnari cauſans, amicorum auxilio fidebat indemnem ſe poſſe abſolui, ſed fortè centeſimo furto accuſatus, laqueo collum grauitate ſui corporis protulit, prout illi aliquando prædixeram. Furem B C D patefaciebant. Suſpendium verò A & E.

49



CHEIROMANTIAE ALTERIVS FVRIS Hiſpani, experimentum vigeſimumquintum.

Nouum & inſolitum quid, & ridiculoſum accidit tribus horis ante mortem huius excellentis furis, qui Bruxellæ à prætore Curiæ captus, quem vulgari vocabulo Virgam Rubram appellant, in turri lapidea per aliquot dies ſedit. In qua turri ſimul ſedebat quidã non criminoſus conterraneus meus, quẽ viſitans, vno alteroq́; canthar o vini refocillaui præſente fure, qui vltrò ſolitus erat omnium ſocietati facilè immiſceri, præſumens, cæteros longè virtute & honeſtate ſuperare. Manus tamen obtulit me inuito & recuſante. Ilicò & facilè quidem futurum caſum ex lineis percepi, quòd illius furtum mihi relatu omnium cognitum eſſet. Poſt aliquot dies ſententia ſuſpendij damnatus, è porta lapidea ad vicinum oppidum nomine VViluordiam, deducendus & ſuſpendendus, gradatim lento paſſu deſcendit. Huius rei inſcium me, cum Sacelli pueris cantoribus Cæſareæ Maieſtatis, quibus præeram, prætereuntem, his verbis ſalutatum aggreditur, Heus, inquit, Domine Magiſter, ſiſte gradum,

50



dum, eſt quod te paucis velim. Ego inſolitam vocem non ferens, greſſum accelerabam: tempus enim nos ad Sacellum ſuæ Maieſtatis euocabat. Ille reiterata voce, populo inſtigante, me firmauit. En, inquit Magiſter, quæ & qualis eſt hæc Brabantinorum Iuſtitia, quæ me inſontem ſuſpendio damnauit, taxatum furto non amplius quinquaginta ducatorum, quos in Vallenchenis Hanoniæ Comitatus celebri oppido furatus ſum: at mortem libenter me polliceor paſſurum. Hoc vnum tantum diſplicet, quòd me ad furcas non ſecùs atque furem, aperto capite, ablato bardocucullo, ſiue vt aiunt cappa, deducunt. Metum mortis, honoris pudori poſtponenti, dixi, animæ & nõ corpori modo eſſe prouidendum, cappam & pilium in ſimili tragœdia non conuenire. Currum, adhuc non benè contentus, aſcendit: ad VViluordiam trahitur aſsiduis querelis. Non ceſſabat ſibi natos homines dedecoris facinore ſibi illato (vt aiebat) moleſtare. Deum tandem proteſtatus de iniurÿs ſibi illatis, collo fune aſtricto, corporis ſui longitudinem inſolito ſaltu metitus eſt. Sic Deo animam vouit. Litera A B C D furem proclamabant. E F G, ſuſpendium.

51



CHEIROMANTIAE GEORGII ROYANT
Fabri lignarij noſtri conterranei, experimentu m vigeſimum ſextum.

In Valiſoleto Caſtiliæ Regno hic cum Patriotis nonnullis diuerſoriū quoddam publicum ingreſſus, genio & gulæ vltra ſaturitatem vna dierum indulſit, nec precibus conterraneorū illinc euelli potuit ſomnolentus. Menſæ incumbēs, vnam aut alteram horam dormiuit. Alijs ſoluto hoſpite diſcedentibus, excitatus à ſomno & ſolus relictus, cappam hoſpitis, humeris deferens, arbitratus ad aliquem ſociorum ſpectaſſe, valedicto hoſpite, pedibus titubans diſceſſit. Hoſpes diſcedentem, in medijs plateis furto accuſat. In promptu cauſa offerebatur. Agozilli & alterius Clientis vi ad carceres deducitur, donec per aliquot dies in publicum carceris locum allatus, tribus diebus purgationis & innocentiæ exponendæ commoditas datur, aut ſuſpendij ſententiam expectare deberet. Idiomatis ignarus, cum cauſidicis balbutiebat. Tandem mei memor, dulcedine patriæ motus, nuncium ad me miſit, vt ſi aliquo modo fieri poſſet, innocentem à ſuſpendio liberarem. Nam furtum non videtur commiſiſſe, qui publicè potu adhuc obrutus, cappam auferret. Precibus ſupplicantis motus, pietatis gratia, Alchaldum Ioannem pro tribunali ſedentem, vnicuique ius dantem acceſſi, orans, vt innocentem à pœna mortis indemnē declararet. Rem, vt

acci-

52



accidit, exponens Eleemoſynario Cæſareæ Maieſt. Odardo de Berſacques, qui ibidem carceres pro more viſitaret, liberationem Alchaldus cum expenſis ſolutis promiſit, dum dictus Georgius fateretur ſe ebrium in furto fuiſse depræhenſum, quod ita accidit & fatebatur. Adhuc eo loquente, riſum ad cachinnum excitarunt ſimul omnes, nobis ſilendum & iniurias perferendum erat. Quatuor Ducatis à me pro eo ſolutis, è compedibus abſoluitur. Interea naturalis furunculus Hiſpanus oblatus, qui ſuſpendij ſententiam ſubiturus eſſet ni ſe ebrium fuiſſe fateretur, etſi vix Hiſpani ebrij nota regrauati, à morte liberari vellent: quod ſemel ebrius depræhenſus Hiſpanus, omnem honeſtatis & fidei decorem exueret: & quod aperta vola colaphis cædi tanquam infamis poſset, quod tamen alioqui crimen eſt læſæ Maieſtatis, & eo crimine quiuis notatus, manus abſciſionis pœnam incurrit. Tandem furunculus reiteratis millies confeſsionis verbis vſque ad terminum ebrium ſe eſſe, à ſententia ſuſpendij abſoluitur, nullo aſtante ridente. Non ferens illatam iniuriam meo Patriotæ, alta voce coram dicto Eleemoſynario dixi: Hem, Magnifice quod naturæ inſtinctu meus Patriota peccarat, cachinno notaſti, ſilentio huius hominis vitium, contra naturalem inſtinctum commiſſum, vos præterire mirum eſt. Ilicò omnes ſuperfluo cachinno, adhuc ebrioſum & furunculum Hiſpanū irrident, qui me blandis ſcilicet oculis, non ſine vindictæ futuræ vltione, ſi potuiſſet, intuebatur. Interea liberato Patriota diſceſsimus.

CHEI-



CHEIROMANTIAE NICOLAI DE HANnon Athenſis, experimentum vigeſimum ſeptimum Tolleti.


In quinto Libro, Titulo & capite de ſuffocatione, diuerſas ſuffocationum ſpecies expoſui. Vnam Hannon expertus eſt nobilis hic adoleſcens, cum menſe Ianuarij vrgente frigore, veſperi cum domino Franciſco Bottin, Capellano Cæſareæ Maieſtatis domum reuertens, in cubiculo ignem carbonum accẽderet. Clauſis enim feneſtris & ianua, confabulantes aliquantulum, commixtis poculis, lectum tandem accedunt, igne viuo remanente. In craſtinũ ad horam meridiei dominus Franciſcus ſtertebat ſemiuiuus. Alter Nicolaus complexione mollior, ſub veſperam extinctus & ſuffocatus fuit à latere dicti Bottin, qui morienti ſuppetias ferre nequiuit, ſed tãta capitis vertigine correptus eſt, vt non potuerit membrum aliquod mouere. Sequenti die miratus hoſpes, quid præter ſolitum illis contigiſſet, vicinum me conſuluit. Domum acceſſi clamitans, nullo reſpondente, ianuam obice à parte interiori firmatam, irruendam ſuaſi, periculumq́; eſſe in mora. Quandoquidem dictus Bottin ſub vltimis ſuſpirijs adhuc ſubmiſſa voce lamentabatur: Conſentiente hoſpite, ma-

gna

54



gna trabe, viribus coniunctis, ianuam rupimus. Tanto ilicò fœtore nos obruente, in ecſtaſim hoſpes decidit. Languentem dictum Bottin alter meus famulorum adhuc ſemiuiuum attraxit, defuncti Nicolai cadauere ibi relicto, donec peſtiferus aër paulô ſucceſſu temporis mitior redderetur. Bottin in ædes meas vicinas deferri, & per tres menſes languentem, impenſis Cæſ. Maieſt. curari ſollicitaui, donec in priſtinam reſtitueretur ſanitatem. Alterius cadauer honorificè ſepulturæ Eccleſiaſticæ tradidi. Hæc eadem tragœdia, trib. ſutoribus in Ratiſponenſib. poſtremis Comitijs accidit, ſimilesq́ pœnas miſelli dedere. Eóq́ periculo Romæ ſemel cum domino Franciſco Burgundione ſubiacui. Sed hoc nobis ad vitam tuendam profuit, quòd cubiculum rimoſum, & aliquibus locis apertum eſſet, ita vt fumus corruptus carbonum illinc demiſſus, impotentior fuerit, & ſic liberati ſumus. Exemplo horum docti lectores & ſtudioſi, poterunt ſibi præcauere à ſimili fumo periculoſiſſimo & infectiſſimo, qui ſi in magna quantitate etiam in aperto cubiculo fiat, non minus offendet, prout aurifices quinque Romæ vaſculum in magna carbonum congerie ſolidantes, ſimul omnes fumo periculoſo periêre.




CHEIROMANTIAE CVIVSDAM DE
prædatoris viarum, latronis, homicidæ Boccaapertæ,
experimentum vigeſimum octauum
Panhormi 1549.

Tritum fuit aliquando prouerbium, inter totius Orbis homines, Inſulares eſſe peſsimos, inter Inſulares, Syculos, inter Syculos, Cataneos, Cataneæ in larga platea peſsimos eſſe Ciues. Inter illius plateæ habitatores, in domo quadam ſub inſignio pily, peſsimos eſſe, inter illos quendam nomine Boccaapertã eſſe peſsimum, et per conſequẽtiam, omnium hominum vniuerſi Orbis, Boccaapertã peſsimum eſſe, concluſum eſt. Qui operibus & ſuum titulum factis correſpondentibus onerauit. Ille enim depræhenſis duob. Syracuſanis inimicis ſuis cum ſuis Complicibus, in ſemotũ locum deduxit, ab eis expoſtulans quid in animo haberent, reſpondent ſe morti addictos, ad patientiam accingi. Qualitatem mortis ignorantes humi conſedentes, martyrizandos ignem accendere iubet. Quo accenſo, alterum apprehenſum, humi ſupinum proſternunt exutum veſtibus, cui oblato cultro, mortem imminere prædicunt. Alterum cogunt proſtrati pedes, manibus firmare. Boccaaperta cultro ventrem

proſtra-

56



proſtrati aperiens ab vmbilico ad pectus, cor, pulmonem, & iecur extracta, carbonibus aſſanda ſuperponunt, quorum partem alteri moribundo comedendam porrigunt inuitum comedere cogunt: reliquum guloſiſsimè ſemicoctum, non minus atq; canes rabidi, aut lupi rapaces deuorant. Apprehenſus ſecundus, qui ſocij Tragœdiam ſpeculatus erat, non minus expectans, humi proſternitur. Cuius ſimiliter cor prius ereptum, oſculandum adhuc viuo porrigit Boccaaperta, eiusq; non modò cor, epar, iecur, pulmonem, ſed ſimul & reliqua ilia craticulata vt prius, deuorant, præter alias propemodum infinitas Tyrannides commiſsas. Et poſtremum hoc enorme facinus vindicare volens Deus, in manus campi Prætoris eos tradidit. Panormū adducuntur, quo duis genus ſupplicij, benè meriti non abhorrentes. Boccaaperta crudelis mortis ſententia dānatur, vt ſcilicet biga per omnes plateas Panormitanas deuecto, tenellis ardentibus caro vndequaque eradicaretur, quoad perferre poſſet. Tandem reliquum carnium cum oſsibus adhuc viui Tyranni deprædatoris viarum, & latronis, laqueo ſuſpenditur cum omnibus Complicibus. Cuius Cheiromantiam nouitatis cauſa depingere volui, in qua literæ A B Tyrannidem oſtendebant. C, latronem. D, carcerem, & exinde mortem. E F G, ignis offenſionem.


57



CHEIROMANTIAE DOMINI IODOCI Brule Flandri, experimentum vigeſimum nonum, inter montes Italiæ.

Mirum eſt quò optimi cuiuſque virtus aliquando incidat. Pius hic ſacerdos, Muſicus inſignis, ſenio ſatis confectus, adhuc ſtatus mutationẽ appetens, ſtipendijs Cæſareæ Maieſtatis annos natus quinquaginta vel circiter, ſeſe emancipauit. Functus Cantoris & Sacellani officio, quò poſſet tandem (non dico auaritia vexatus) vitam ſplendidè terminare, contra Cantorum iuſtam conſuetudinem, qui vt Latinè loquuntur, aut aliquod ſimile inſuetum idioma, aut equo inſident, ilicô rauceſcunt, aut in aliquod genus infortunij facilè labuntur, non ſecûs atq; hic pius vir, qui dum alpes percurreret equo empto, ad ſcopulos lapſus malè enutritus aut debilis equus, ab altiſſimo monte præcipitatus, equo ipſo quoq; in abyſſum collapſo, vix terram attingẽtes, venti & aeris penetratione violenta in pulueres comminuti ſunt, nec cadauerum pars palma amplior ab exploratoribus inuenta eſt. Sic miſeri Domini cadauer ibidem ſepultum

58



tum remanſit cum equi cadauere. Litera D. huic beneficia Eccleſiaſtica, quibus ille admodùm prouiſus erat, pollicebatur, plura adhuc expectans ex turno rotuli, vt ita dicam. Solet enim Imperator ſuis Cantoribus poſt aliquot annos prouidere beneficijs, vacantibus in ſuis inferioris Germaniæ ditionibus, Brabantiæ, inquam, Hannoniæ, Flandriæ, Artheſiæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurcæ, & cæteris Comitatuum Eccleſijs, quibus & iſte (proch dolor) prouiſus, parum emolumenti conſequutus eſt. Idipſum ſæpè contingit, quibus aurum aut nummorum accumulatio pro idolo eſt: tandem omnia turpiter pereunt. Literæ A B C, præcipitium apertè minabantur cum periculo mortis, vt accidit. F, beneuolentiam apud Magnates. Supererant adhuc aliæ multæ lineæ, quas hîc ſtudio neglegimus, ne fruſtra chartam macularemus: quandoquidem morte præuentus, non potuit ſignificatis linearum, & earum effectibus gaudere & potiri. Cuius mors intempeſtiua parentibus miſellis altera mors fuit, qui magnis laboribus aliqualem nummorum copiam collectam, in acceptorum beneficiorum poſſeſſionem irrecuperabilem expoſuerunt. Sic ſolet euenire, vt, qui fortunæ luſibus fidentes ampla nimis amplectentes, malè ſtringant.

59



CHEIROMANTIAE CVIVSDAM ADO-leſcentis Flandri Caluiniſtæ, experimentum trigeſimum.

Hic miſerrimus adoleſcens, omnium ſcientiarum ignarus, natione Flan-drus, ex Oppido Brugenſi contra mandatum Cæſareæ Maieſtatis in Geneuo-ram ſiue gentium Voracem ſe contulit, ibiq; aliquot menſibus agens, facilibus ſimilium Complicũ laqueis intricatus, ſub titulo Euangelij fabulis Caluini, & illuſionibus memoriæ aliquot traditis, prout auis, citra aliquam rationem edo-cta, loquitur, ſe ipſum ſanctis Euangeliſtis doctiorem arbitratus. Flandriam, diabolica perſuaſione alios vt ſeduceret, redijt, non ceſſans in omnibus diuer-ſorijs, quod memoriter didicerat, recitare, præterque diſputationes, memo-riæ traditas, ne verbum reſpondere poterat. Tam erat illius adoleſcentis corruptum & obſtinatum ingenium, vt ſibi perſuaderet, ſi ob Euangelij ver-bum morti addiceretur, ſe illicò cœlum aſcendere & beatorum locum poſſide-re. Proditionis Patriæ & Cæſareæ Maieſtatis læſionis & offenſionis notam negligens, qua meritò damnatus, quoduis mortis ſupplicium incurrerat, tan-dem in Oppido celebri Atheſi Comitatus Hannoniæ, depræhenſus poſt ali-

quot

60



quot menſes, examinatus reiteratis vicibus à doctis & religioſis viris Minoritis, nulli interrogato potens reſpondere, niſi edocto vt dixi, pertinax permanſit, religioſos irridens, quorum habitum ſuſpectum habebat. Alij viri doctiſſimi ſeculares oblati ſũt, ſed re infecta, obſtinati nebulonis cor nullo modo potuerunt conuertere, donec combuſtione viuus damnaretur, & ad ſuppliciũ duceretur, quò ſuo idiomate pſalmodias cantando & ridendo, ad mortem hilari, vt oſtendebat animo, greſſum parabat. Sed vbi inſtantem flammam focumque paratum proſpiceret, mutato vultus colore, voce remiſſa, monitis cuiuſdam viri, aliqualiter acquieſcere volens, obmutuit. Qui ei exemplum reſipiſcentiæ obtulit, dicẽs: ſi eſſet verus Chriſtianus, mortem abhorreret, quam Chriſtus ipſe metuens, ſanguinem et aquam ſudauiſſet: ſciebat nihilo minùs, quid futurum eſſet. His verbis motus miſer, ſuſpirans acriter, dixit: Neſcio quo genio huc peruenerim: oculis in cœlum erectis, metu perculſus, Deum orare cœpit. Intereà adhuc diabolica fraude deceptus, focum mutus, ſuſpirans, lachrymoſus, adijt, ac combuſtione vitã terminauit. Literæ A B C, combuſtionem indicabant, non minùs atque litera D. Lineæ quidem in monte manus transuerſæ itinera.

CHEL



CHEIROMANTIAE CVIVSDAM SINGV-laris amici, experimentum trigeſimumprimum, Anno M. D. LXI.

Elapſis annis duobus cum dimidio, amicus quidam ſingularis Cheiromantiæ ſuæ iudicium à me extorſit, cui nonnulla accidentia de quadam infirmitate & ſtatus mutatione & coniugio prædixi, quæ nunc ita expertus eſt. Multa prætereà prædixi, quæ adhuc futura ſunt. Sed his diebus elapſis, vt videret lineamenta manuum mutata colore & forma, & aliqua deleta, & aliqua nouiter innata, prout in quinto Libro fieri prædixi, reiteratam Cheiromantiam exorauit, vt futuris duobus aut tribus ſequentibus annis id ipſum iam prædoctus, diligenter notare poſſet. Lubens amici precibus obtemperaui, & hoc Ideale exemplar depinxi, in quo linearum tanta confuſio & multitudo, amico labores adhuc per ſex annos aut circiter minatur, aliàs duas vxores pollicetur cum diuitijs. Offenſionem lætalem in pectore minatur, nec procul aberit ab homicidij periculo, & vulnus in capite accipiet. Mulierum cauſſa diffamabitur.



bitur. Mortem minatur extra patriam ex fluxu ſanguinis, ſed prius à re ignita, aut ab igne offendetur. Erit humanus, ſed alternis vicibus biloſus, in ſecunda autem ætate tandem hæreditabit, & erit diues vbi ad annos ætatis ſuæ 36. aut circiter peruenerit: etiam ab Eccleſiaſtico quodam ditabitur. Et hæc ſuccinctè hîc deſcribere volui, copioſius & ſecretò cum eo conuenturus. De alijs accidentibus poterit Lector ingenioſus lineamentorum Symmetriam commetiri & examinare, & facile percipiet quid ei adhuc (reſeruatis reſeruandis) euenturum ſit. Deus ſuper omnia, ſapiens dominabitur aſtris. Aſtra inclinant, non cogunt.

Abſolutiſsimæ Cheiromantiæ Libri
ſexti finis.

SELECTISSIMAE PHYSIOGNOMIÆ IOANNIS TAISNIER,

Hannonÿ, vtriuſque Iuris Doct. Poetæ Laureati celeberrimi, Muſici excellentiſsimi, huius Voluminis Liber ſeptimus.

AD LECTOREM.


ABſolutis ſex primis Libris Cheiromantię, meis volens ſtare pollicitis optime Lector, Septimus de Phyſiognomia elucidandus eſt, in quo Ioannis Indagine, Decani quondam Franckfordienſis, viri in Matheſeos, diſciplinis expertiſsimi, exempla clariſsima ſecutus ſum, quibus, ſi quid è noſtra pharetra propria addiderim, primo intuitu facilè percipies. Nec hoc mihi perſuadeo, quòd doctiſsimus ille vir, mea eguerit in hoc Libro opera, ſed vt facile eſt inuentis addere, ea adieci, quæ ab huius artis ſtudioſis deſiderari videbantur.

PHYSIOGNOMIA DIVORVM, PETRI & Pauli Apoſtolorum, Caput primum.

1



2




S·petrus·Apoſtolus ~

Petrus Apoſtolorum Princeps, frater Andreæ Apoſtoli, Galilæus, natus in Bethzaida, qui cum fratre piſcaturus, retia in mare proijciens, à Chriſto vocatus eſt cum fratre, dicente: Sequimini me, faciam vos piſcatores hominum. Qui relictis retibus, ilicò ſequuti ſunt, teſte Matth. cap. 4. Petro poſt reſurrectionem, dixit Chriſtus. Paſce oues meas, Ioan. cap. 2. Fuit Antiochiæ Pontifex, prædicans Euangelium Iudæis, diſperſis in Ponto, Cappadocia, Galatia, Aſia & Bithania. Sanctus Dionyſius, Epiſcopus Corinthiæ, dicit S. Petrum & S. Paulum eodem die, mandato Neronis martyrium Romæ paſſos eſſe. Petrus

trus fuit crucifixus, capite in terram decliui: quia indignum ſe fatebatur, eandem mortis qualitatem, crucifixionem ſcilicet, ſimilem ſui Domini Ieſu pati, vt meminit Euſebius lib. 3. cap. 1. & 2. Hieron. ſcribit ſanctum Petrum Romam iuiſſe ad expugnationem Simonis Magi, vbi ſedit in Cathedra Pontificali annos 25. vſq; ad vltimum annum Neronis.

2. *Paulus Apoſtolus ex tribu Beniamin, à Gamaliele eruditus, intererat morti & lapidationi S. Stephani. In perſecutionem Chriſtianorum Damaſcũ pergens, à voce Chriſti & præſentia ad fidem conuerſus, è perſecutore factus eſt vas electionis. Gentibus Euangelium prædicauit 21. annis, & duobus annis carceribus emancipatus fuit Cæſareæ, & duobus Romæ: Poſtmodum adhuc decennium prædicauit, cui reiteratis carceribus, caput amputatum fuit, trigintaſeptem annis à paſſione Chriſti, Anno inquam mundi 4030. Hi fuerunt veri verbi Dei ſeminatores, qui ſanctum Euangelium vniuerſo orbi publicè expoſuerunt, non vt noui iſti Chriſtiani, qui ſub titulo Euangelij ſe omnium primos eſſe arbitrantur. In diuerticulis & conuenticulis ſecretis contra mandatum Cæſ. Maie. infinitam leuium hominum multitudinem (proh dolor) ſeducunt. Cui morbo (vti ſpero) ante triennium, ſi naturalis ſiderum motus nõ me fallat, diuina potentia medebitur: quia tunc erit vnus paſtor & vnum ouile, ſed interea vereor, ne fluxus ſanguinis humani, amplitudinem terræ madefaciat. Hæc ſufficiunt, donec noſtrum prognoſticum in lucem copioſiùs extenſum promulgauero. Horum Sanctorum Phyſiognomiam, mediocriter eruditus quiuis facilè colliget, quare breuitatis cauſa ſuperſedeo.*

PHYSIOGNOMIA IVDAE ISCARIOTAE, Caput ſecundum.






3. *Iudas Iſcariota Apoſtolus Domini, ſed auarus & fur, vnguentum pretioſum, infuſum ſuper corpus Chriſti, ferre non potuit. Pretio XXX. denariorum tradidit & vendidit Saluatorem & Redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum. Denariorum Ideale exemplar hîc adiunctum eſt. Iudæis oſculi ſigno dato, Dominum tradidit. Pœnitentia tandem ductus, 30. denarios reddidit, quibus ager figuli appretiatus eſt in ſepulturram extraneorum. Demùm deſperatus, ac inſanus ſeipſum laqueo ſuſpendit, & crepuit medius. In locum Apoſtolatus eius, ſubrogatus fuit Matthias. Numiſma (teſte Budæo) quodlibet, erat valoris trium ſolidorũ cum dimidio Romanorũ, & fertur fuiſſe ſimilis figuræ hîc appoſitæ ex vtraq; parte, Matth. cap. 27. Ioann. 12. Actorum cap. 1. Huius miſeri Phyſiognomia à præcedentibus multum differre videtur: oculi enim acuti, naſus aquili-*

nus, & in fine acutus, labia tenuia, ad dentes & gingiuas retracta, hominem proditorem facilè notant. Et hæc ſufficiunt, nunc autem ad vulgarem omnium hominum Phyſiognomiam procedendum erit.

DE SIGNIS CORPORVM SANORVM & ægrorum ex parte quatuor complexionum, Caput tertium.





Signa corporis calidæ complexionis.

Corpora naturaliter calida, citò creſcunt & benè, vt patet in infantibus, ac impinguantur, & deſiccantur, venæ apparent ſibi per loca, eorum anhelitus eſt manifeſtus, vox infirma, fortis & groſſa, in coitu ſunt fortia, & plurium appetitiua, comedunt benè, digerunt ac concoquunt, multis abundant capillis & pilis per loca, qui partim ſunt groſſi & hericij, quod contingit à multo calore cordis, vt patet in Leone & Gallo.


Signa corporis frigidæ complexionis.

Corpora naturaliter frigida, tardè creſcunt, parum impinguantur, venæ ſibi apparent manifeſtæ & magnæ: anhelitus eorum paruus, vel quaſi abſconditus: vox in auditu ſubtilis, vel acuta, in coitu ſunt debilia, & rarò eorum appetitiua, parum comedunt, malè digerunt & concoqunt, in pelle ſunt alba, ſiue roſea colore. Capilli eorum ſunt extenſi & longi, ſiue ſint nigri ſine albi, & ſunt ſubtiles, facilè timent & expaueſcunt, & ad laborandum ſunt debilia.

Signa corporis humidæ complexionis.

Corpora naturaliter humida, in carne ſunt mollia & leuia, eorum iuncturæ ſunt occultæ & paucæ fortitudinis, vnde paruum poſſunt perferre laborē. Timida ſunt & pauida quaſi ex omni, malè dormiunt, ſæpè mouētur ad luxuriam, nuda ſunt pilis, eorum oculi ſæpè lachrymant, pili & capilli eorum ſunt extenſi & ſubtiles, & boni ingenij ad diſcendum.


Signa

6 

SIGNA CORPORIS, ſiccæ complexionis.


6. *Corpora naturaliter ſicca, in tactu ſentiuntur aſpera, in carne macra ſunt, in labore fortia & durabilia, libenter & conuenienter comedunt, iũcturæ membrorum ſibi ſunt manifeſtæ, capilli & pili ſibi ſunt groſſi, aſperi & criſpi.*

SIGNA CORPORIS TEMPERATI, & ſani.

 7

7. *Corpora temperata & ſana benè comedunt & bibunt, iuxta conuenientiam ſui digerunt & diſponunt, res ei ſapiunt benè, fameſcunt horis conuenientibus, gaudent cum gaudentibus, benè dormiunt ſuos ſomnos, ſe lenia ſentiunt, & vadunt leniter, citò ſudant, rarò vel nunquam ſternutant, mediocriter impinguantur, in facie ſunt colorata, in tactu ſunt calida, in eis quinque vigent ſenſus conuenienter, iuxta conuenientiam ætatis: corporis, & horæ.*

SIGNA CORPORIS DISTEMPERATI, & malè ſani.

8 

8. *Corpora diſtemperata & malè ſana, in omnibus ſunt diſsimilia corporibus temperatis & benè ſanis, vnde malè comedunt, non curant bibere, malè digerunt & diſponunt, res ei non benè ſapiunt, horis conuenientibus non ſe plenè tribuunt gaudentibus, immò quaſi triſtificantur, & manent triſtes, malè dormiunt ſuos ſomnos, graues ſe ſentiunt, grauiter vadunt, & rarò ſudant, vel non ſudant, oſsitant ſæpè,*

9




10




vel ſternutant, brachia extendunt, in facie ſunt pallida, vel nimis colorata, quinque ſenſus malè vigent, non poſſunt diu ſufferre laborem, citò rerum obliuiſcuntur, multum ſputant, in naribus ei abundant ſuperfluitates, quaſi ad omnia ſunt pingues, carnes conflant ad naſum, & quandoq; pedes, manus, & oculi lachrymant.

DE CAPILLIS, CAPVT quartum.

11




12




Capillorum Phyſiognomiam ita rectè deſcribemus, ſi prius illorum naturam aſſignauerimus. Non ſunt aliud capilli, quam vapor calidus & ſiccus, ab aere circumſtante indenſatus & ſiccatus. Qua functione in primis palàm fit.

fit, ſenes & Saturninos depiles eſſe ideo ob perpetuum in viribus gelu: Cholericos item hirſutos, comatos, propter calorem, & aduſtos humores, niſi in quibus nimium calor ille abundat. Quòd autem criſpi ſunt quidam & retorti, id poris adſcribunt medici, qui præfracti comam quoq; ſic diſponunt. Hinc inde feramus nunc iudicium. Cæſaries plana, mollicula, tenuis, mollem, tenuem, timidum, remiſſum, pacificum indicat: tenax & groſſa, audacem, robuſtũ, fallacem, fortunatum. Sunt quibus frons capillatior eſt, & tempora hirſuta, ijs tribuemus luxuriam, vanitatem & arrogantiam. Criſpitudini tamen ſi accedat durities, ſemper ignauiam ingenij præſefert. Quæ verò in angulis temporum in morem cornu effertur criſpa & galeata, vel criſtata, præ cæteris hominibus graui alicui vitio implicatum & deditum: rubeam habentem, ſimiliter. Sed quod nemini non compertum habetur, illa optima eſt, quæ candenti quodam nigrore nigreſcit De his pronunciandum, quòd prudentes ſunt & cogitabundi, fideles, probi: pariter & alba, flaua, glauca, vel ſubalbida. Illud ex Medicorum decretis obiter etiam adijciendum cenſemus, quibus præmaturè ſubcreſcunt cani, in iuuenta eſſe incontinentes, impudicos, & inſtabiles. Prætereà & illud traditum ab Alexandro Aphrodiſio, quòd humor ille qui maſculis in comam reſoluitur, mulieribus conuertitur in menſtruum, vel in lac ſi conceperint. Et quibus barbitium ſuccreſcit, has quoque viragines dicimus, certi, quòd coitus ſunt appetentiſſimi.

13



14




Capilli plani & extenſi, ac in colore albi vel blundi, ſi ſunt ſubtiles & molles, ſignificant hominem naturaliter timidum corde, debilem viribus, pacificum in ſocietatibus, vbique conuenientem & manſuetum. Cuius capilli ſunt multi ſuper tempora faciei & ſuper frontem, quibus frons valet indicari piloſa, ſignificant hominem ſimplicem, vanum, luxurioſum, citò credentem alteri, in moribus & loquela ruſticalem & groſſi ingenij. Cuius capilli ſunt multum hericij & eleuati, & cæſarij ex ſua tortuoſitate, ſignificant hominem valdè ſimplicem, audacem, ſuperbum, duræ capacitatis, velocis iræ,

menda-


mendacem, luxurioſum, malicioſum, & in malo præſumptuoſum. Cuius capilli in angulo frontis ſunt valdè hericij, & omnes eleuati, vel partim ex eis, ſitq́ frons calua, ſignificant hominem ſimplicem, & partim malicioſum cum ſagacitate modorum. Cuius capilli ſunt multi, id eſt ſpiſsi per totum caput, ſignificant hominem luxurioſum, & bonæ digeſtionis, vanum, velocis crudelitatis, pigrum in rebus agendis, malæ memoriæ, cupidum multorum, & infortunatum. Cuius capilli ſunt rubei, ſignificant hominem inuidum, venenoſum, fallacem, ſuperbum & maliloquum. Cuius capilli ſunt valdè blundi, ſignificant hominem ad omnia conuenientem, amantem honorem, & vanam gloriam habentem. Cuius capilli ſunt valdè nigri, ſignificant hominem conuenientem ad omnia, plus ad bonum, quàm ad malum, in officio & opere ſtudioſum, ſecretū, fidelem, & non benè fortunatum. Cuius capilli ſunt quaſi albi vel glauci, ſignificant hominem bonæ conditionis, & conuenientem ad omnia, timidum, verecundum, debilem, boni ingenij, teneræ capacitatis, duram ac crudelem fortunam habentem. Cuius capilli ſunt mediocres in quantitate & colore, ſignificant hominem conuenientem & plus tendentem ad bonum, quàm ad malum, amantem vitam pacificam, mundiciem & bonos mores. Cuius capilli tempore iuuentutis ſunt cani & calui, ſignificant hominem incitatum ſæpè ad luxuriā, vanum, audacem, inſtabilem & loquacem.

DE IVDICIO FERENDO EX ASPECTV Frontis, Caput quintum.

15



16




Non ſum neſcius, quàm nihil fidendum in fronte ſit, quæ ad quamlibet ſtatim paſsionem mutatur. Illud tamen obſeruandum video, plerosq́ue non meliùs dignoſci, quàm ex fronte, adeoq́ue ſic obtinuiſſe apud vulgum, vt perfrictæ frontis eſſe, dicamus in eos, qui pudorem omnem abiecerunt, quòd nullibi magis, quàm in fronte & in oculis pudor ipſe conſpiciatur. Quod ſi damus (neq; enim fruſtra poteſt eſſe, quod prouerbijs celebratur, & prophetijs palam fit) non erit præpoſterum vel inconueniens, ſi præ cæteris membris

ab

ab ipſa fronte exordiemur. Eſt autem alia ratio lata, alta rotunda. Quod quò fiat perſpicacius, breuiter rem omnem aperiemus: quo enim in gyrum eleuata eſt, à quibuſdam probatur, maximè ſi capiti bene reſpondeat.

17



18



Sin autem temporum prominentias occupet rotunditas illa, ſitque ſubindè debilis, indicat præſtantiam ingenij, cupiditatem honoris, arrogantiam, & quæ magnanimos omnes conſequuntur. Glabra & complanata cuticula, niſi intra ſupernam ſuperficiem naſi, prophanum, fallacem, iracundúmque ſignificat. Caperata & rugis contracta, in medio tamen decliuior, vna cum duabus optimis virtutibus, videlicet magnanimitate & ingenio, peſſimum vitium habet, crudelitatem. Prægrandis, rotunda, debilis, audacem & mendacem. Oblonga, cum oblonga facie, mento tenui, crudelitatem & tyrannidem. Confuſa & tumida nimia vultus pinguedine, inſtabilem, phlegmaticum, craſſum, hebetem. Hæc ſummatim & ſub compendio, quantum ad Aſtrologiam ſatis eſt.


DE IVDICIO SVPERCILIORVM, Caput ſextum.

Et ſupercilia ipſa in prouerbium abierunt, vt qui criſtas erigit, volueritq́; ſuper alios ſe efferre, ſuperciliosus dicatur, quod non multum abludit à vero. Indicat enim reuera (ſi complicata & dura, vel rubea fuerint ſupercilia) hominem inuerecundum, impudentem, inuidum. Alba verò effœminatum, citò credulum ac ſtolidum. Quanquam peſſima omnium ſit concreta, & quæ contingunt ſe, notantq́ue maleficum plagiarium, maleficis artibus deditum. Id quod palàm ipſe vidi in vetulis ſagis, quæ iam ad incendium ductæ, huiuſmodi præſe rebant ſupercilia. Quibuſdam titillant, videnturque modicum ſubagitari ſe, quod ſimiliter audacitatis & animoſitatis indicium eſt. Hirſutiora, ſimplicem, & molliuſcula plana, atque inuicem reſpondentia ex æquo ſibi, ingentibus pilis, contemperatam complexionem & probum notant.

19



20



DE CILIIS CAPVT VII.

Cilia multum arcuata, & quæ frequenti motu eleuantur in altum, ſignificant hominem ſuperbum, animoſum, vaniglorioſum, audacem, minacem, cupidum pulchrorum, & cõuenientem ad vtraque.

Cuius cilia ſunt deorſum declinata cum alteri loquitur, vel alterum intuetur, quaſi latenter ſub eis, ſignificant hominem valde malitioſum, vel fallacem, mendacem, proditorem, tenacem, pigrum, ſecretum & pauciloquum.

Cuius cilia ſunt rara à pilis, ſignificant hominem ſimplicem, vanum, debilem, citò credulum, & in ſocietate ſatis conuenientem.

Cuius cilia ſunt naturaliter plicata deorſum, vt quaſi ſint criſpa, ſignificant hominem inuerecundum, pigrum, ſuſpicioſum, tenacem, inuidum, & in multis facilè ſeductorem.

Cuius cilia ſunt valde breuia & in colore alba & blanda, ſignificant hominem quaſi ad omnia conuenientem, debilem, timidum, facilè ac citò alteri credentem & conuertibilem.

DE INTERCILIIS, CAPVT Octauum.


Intercilia ſignificant hominem tenacem, inuidum, ſecretum, ſagacem, valdè cupidũ pulchrorum, vanæ fortunæ, & plus quidem crudelis, quam delectabilis.


Cuius intercilia ſunt admodum longa, ſignificant hominem aliquantulum duræ capacitatis, ſubtilis intellectus, magnæ audaciæ, multæ fidelitatis & amicitiæ claræ & perfectæ.

DE IVDICIO OCVLORVM, Caput nonum.

Simili


21 22






Simili modo & probitatem oculi, & improbitatem arguunt, vel Seruatoris noſtri teſtimonio, ſic in Euangelio loquentis: An quia oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? & rurſum: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus lucidum erit. Eſt autem coniectura talis. Sicubi videris quempiam benedecentibus oculis præditum, atq; ijs vigilantibus, apertis, lucidis, claris, mediocribus, neque rotundis admodum, ex ipſa proportione animus metiendus integer & ſanus. Cui autem in morem vitellorum propendent extra foramina (vt in paucis hoc conſpicere licet) eum inſigniter delirantem portendunt,

23 24





craſſum, & hebetem, ad hoc etiam luxurioſum, pigrum, mendacem, ſimplicẽ, ſimiliter ſi vel nimis ampli ſint, aut prodigioſæ aperturæ. E diuerſo profundi, inuidum, malicioſum, ſtructorem malorum, iracundũ, ſuſpicioſum. Sic quibus compreſſi ſunt, & velut ad ſcopum intendentes, crudeles tyrannos. Vbi verò deflaceſcunt, voluunturq; vltro citroq; (qui mos eſt eorum qui iam fron-

tem & pudorem omnem abiecerunt) impudicos, arrogantes, inſtabiles mendaces, peſſimè autem omnium, ſi citrinati fuerint, atque fucati. Quibuſdam diſtillant atque rubeſcunt, quod non naturam indicat, ſed humiditatem cerebri & Phlegmatis abundantiam. De his ſatis.

Oculi magni, id eſt, groſſi, & multæ aperitionis, ſignificant hominem frequenter pigrum, quandoq; audacem, inuidum, partim verecundum, nec ſecretum, conuenientem, tenacem, vanum, mendacem, iracundum, malæ memoriæ, groſſi ingenij, parui intellectus, & minus ſapientem, quàm ſe reputet ſapere.

25



26



Cuius oculi ſunt in capite quaſi abſconſi, id eſt, concaui intus, & longinqui viſus, ſignificant hominem ſuſpicioſum, malitioſum, magnæ iræ, peruerſæ conſuetudinis, valde memorem, audacem, crudelem, mandacem, minacem, vicioſum, luxurioſum, ſuperbum, timidum, & ſeductorem.

Cuius oculi foris valde præeminent, ſignificant hominem ſimplicem, aut ſtultum, parum verecundum, aliquantulum largum, facilè ſeruientem, groſſi intellectus & ingenij, citò conuertibilem ad vtrunque.

27



28



Cuius oculi acutè intuentur & ſtudioſè cilijs declinatis, ſignificant hominem malitioſum & ſeductorem, falſarium, ſæpè mendacem, timidum, tenacē, ſecretum, impium, nec bene legalem.

Cuius

Cuius oculi ſunt parui & rotundi conuenienter, ſignificant hominem verecundum, debilem, ſimplicem, cito credentem dictis alterius, groſsi ingenij, tardi intellectus, & frequenter crudelis fortunæ, liberalem & conuenienter verecundum.

Cuius oculi ſunt obliqui, ſignificant hominem fallacem, ſagacem, tenacem, timidum, iracundum, mendacem, & in multis malitioſum.

Oculi varij & intuitu vagi, ſignificant hominem ſæpè mendacem, vanum, ſimplicem, luxurioſum, & ſeductorem, citò alteri credentem, timidum, animoſum, pulchrarum rerum cupidum, & facile conuertibilem ad vtrunque.

Oculi ſæpe conniuentes cum motu ante & retro, ſignificāt hominem luxurioſum, inſtabilem & mendacem, facilè falſarium, proditorem, infidelem, præſumptuoſum, & alteri non facile fidem adhibentem.

Oculi in albedine aliquantulum citrini, ſignificant hominem ſimplicem, ſæpe mendacem, vanum, fallacem, luxurioſum, infidelem alteri, & conuenienter ſecretum, valde ſui ſenſus & magnæ iræ.

Oculi multi motus aut duri, ſeu tarde intuentes, tamen acutè cum reclinatione carnis ſuperciliorum, ſignificant hominem valde malicioſum, in multis vanum, pigrum, mendacem, infidelem, inuidioſum, & rixoſum.

Oculi quaſi rubei, vel vitioſi lachrymis vel ſanguine, ſignificāt hominē iracundum, ſuperbum, dedignoſum, crudelem, inuerecundum, infidelem, mendacem, vanum, ſimplicem, teneræ capacitatis, ſeductorem, & ex facili pium.

Oculi valde groſsi, quaſi ſimiles oculis boum, ſignificant hominem ſimplicem, tardi intellectus, malæ memoriæ, & groſsi nutrimenti.

Oculi in forma mediocres, tendentes ad nigredinem, ſignificant hominem conuenienter pacificum, manſuetum, legalem, ingenij boni, magni intellectus, & conuenienter alteri ſeruientem.

29



30



DE PHYSIOGNOMIA ET IVdicio Naſi, Caput decimum.

Tritum adhuc eſt hodie prouerbium, Naſo ſuſpendere adunco, quòd hoc membro nullum eſt, quo magis abutatur vulgus. Idem ſolet dici Naſus Rhinocerotis. Dictum Prouerbium in eos, qui alios rident. Id enim proprium eſt, qui habent naſum aduncum, vt facile eos rideant: quanquam alioqui apud Perſas decori hoc ſit, magno atque eodem adunco præditum eſſe. Sicut Xerxen habuiſſe memorant hiſtoriæ Xenophontis & Plutarchi. Et vſque in hanc etiam diem neminem ſubrogant ad id faſtigij, niſi apprimè fuerit naſutus. Ferunt et hunc fuiſſe audacem, deriſorem & magnanimum. Vnde augurantur deriſores & audaces eſſe, qui huiuſmodi habent, impoſtores, proditores rapaces, et auaros. Hoc de his, qui recuruos habent naſos vt accipitres & aquilæ. Qui verò cũ curuitate ſuperne prominentiam habent, remiſſa aliquantulum curuitudine, quẽadmodum in Maximiliano vidimus, de ijs aliud iudiciũ eſt. Hi enim vt plurimum liberales, & magnanimi ſunt, eloquentes & ſuperbi, niſi vbi illius apex fuerit exacuatus vel acuminatus, qui quo magis exacuitur, hoc amplius reddit iracundum, ſeuerũ, & tergiuerſatorẽ. Eſt autẽ hic maxima varietas, vt fermè non ſit alia diſtinctio facierum, quam per naſum, potiſſimum tamen, diſcrimen in longitudine, denſitate & curuitate. De incuruis iam dictum eſt. Oblongi, ſi admodum in lateribus prominentes fuerint, ſynceritatem præ ſe ferũt animi, ſed corpore & caſtitate parum potentem, continere non probè, mentu latum, appetentem coitus. Craſſities & amplitudo narium, hebetudinẽ adijcit, ſtoliditatem, amentiam, deriſionem, dolum, atque immoderatũ appetitum ad coitum. In medio latus atque nonnihil cõpreſſus, in ſummitate verò eleuatus, mendacem, proteruum, crudelem, loquacẽ, et petulantem. Longus et vndequaque rotundus, rapacem & cœlitùs fato quodam procliuem ad malum. Et eſt in colore diſcrimen, vbi ſi liuidus ſit vel rubeus, aut ſane rubeis fibris intertextus vel punctulis, egregius potator eliciendus eſt, ebrius, ſiticuloſus, calido hepate, deditus luxuriæ. Ex ægritudinibus verò Morpheæ, illud obiter annotauimus de corruptis iuuenibus & iuuenculis, ſi quis ſcire cupiat. Nam illud præcipuè ex naſo cognoſcitur. Cartilago, quæ in apice naſi eſt, ſi ſecari ſe permiſerit, atque perinde attracta, findi digitulo poteſt, indicium eſt corruptum vel corruptam eſſe. Sunt & alia plæraque.

Naſus prætereà longus & aliquantulum ſubtilis, ſignificat hominem audacem, curioſum in factis, iracundum, vanum, citò conuertibilem ad vtrunque, debilem, & ex numero facile credentium.

Cuius Naſus fuerit longus & extenſus, habens punctum deorſum declinatum, ſignificat hominem ſagacem, ſecretum, ſeruitialẽ & conuenienter alteri fidelem, probum in agendis & ſupplantaneum.

Naſus tanquam ſimij, hominem notat impetuoſum, vanum, mendacem, luxurioſum, debilẽ, inſtabilem, citò alteri credentẽ, & conuertibilẽ ad vtrunq;

Naſus in medio latus & ſi declinet ad ſummitatem ſui, notat hominem facilè mendacem, varium, luxurioſum, verboſum, & crudelis fortunæ.

Naſus vndique groſſus & bene longus, hominem ſignat cupidum omnium pulchrorum, in bonis ſimplicem, in malis ſapientem, conuenienter benè fortunatum

natum fictuoſum, in eis quæ cupit ſecretum, & valde minus ſcientem, quam ſe ſcire reputat.


Naſus valde acutus in puncto, & mediocris inter longum & breuem, groſſum & ſubtilem, ſignificat hominem citò iraſcibilem, valde ſui ſenſus, facilè rixoſum & dedignoſum, ſagacem, debilem, malitioſum, ſeductorem, minacem & bonæ memoriæ.

Naſus valde rotūdus in extremis, & cū paruis naribus, ſignificat hominē ſuperbum, groſsi nutrimenti, citò credentem, vanum, largum & fidelem.


Naſus valde longus, & in puncto plus ſubtilis quàm groſsus, & conuenienter rotundus, ſignificat hominem in loquendo audacem, in agendis probum, facilè iniurioſum, fallacem, inuidum, tenacem, in fide ſecretum, cupidum alieni, & multis modis latenter malicioſum.

Naſus retortus, & curuatus in ſurſum, & longus conuenienter, habens punctum groſſum, ſignificat hominem audacem, ſuperbum, tenacem, inuidum, cupidum, iracundum, luxurioſum, mendacem, ſeductorem, vanigloriosum, infidelem, rixoſum.

31



32



Naſus in medio valde eleuatus, ſignificat hominem ſæpè mendacem, vanum, inſtabilem, luxurioſum, citò credentem, importunum, ingenij boni, groſſi nutrimenti, & plus ſimplicem quàm ſapientem, & malicioſum.

Naſus qualitate rubicundus vltra omnem ſpeciem cæterorum, ſignificat hominem auarum, impium, tenacem, luxurioſum, ſupplantaneæ bonitatis, groſſi nutrimenti, ingenij & teneræ capacitatis.

Naſus conuenienter groſſus vndique, & ſuper punctum planus aliquantulum, ſignificat hominem pacificum, manſuetum, fidelem, laborioſum, ſecretum, & boni intellectus.

Naſus ſuper punctum aliquantulum piloſus & vndique groſſus conuenienter, & in iunctura frontis parum ſubtilis, ſignificat hominem bonæ conditionis in omnibus, & conuertibilem facilè ad vtraque.

Naſus vbique groſſus, nares habens latas, ſignificat hominem groſsi ingenij, plus ſimplicem quàm ſapientem, mendacem, fallacem, ſubdolum, rixoſum, luxurioſum, inuidum, & vanigloriosum.

DE



DE ORIS PHYSIOGNOMIA ET linguæ, Caput vndecimum.

Oris Phyſiognomiam, labiorum & linguæ, vno capitulo explicabimus. Os autem magnum eſt, & patulum aut anguſtum, Patens (quo præcipuè videmus inſignitos Francos, Labrones) audacem, obſtreperum, impudicum, mendacem, impoſtorem ac luxurioſum ſignificat, neq; vnquã me fefellit hoc iudicium. Econtrà anguſtum, retentorẽ arcanorum, modeſtum, ſobrium, pudicũ, timidum & largum, fœtorem anhelitus vel dentium, ſed hæc Medicorum ſcholæ remittimus, quæ ab illis, & copioſius, & eruditius explicantur. Illud experientia compertum eſt, tenuibus labijs, loquaces eſſe & eloquentes, garrulos, ſagaces, pudentes, ingenioſos. Prægrandibus autem labijs, & quibus dependet labium inferius, adeò, vt emineant dentes, bardos, ſtupidos, indociles, impuros, luxurioſos, inconſtantes, & malos.

Os magnum, latum ex clauſura & aperitione, ſignificat hominem audacem, inuerecundum, facilè bellicoſum, mendacem, verboſum, nouigerulum, commeſtorem, iucundum, groſsi ingenij, tenacem & valdè inſipientem.

Os, cuius eſt parua clauſura & aperitio, ſignificat hominem pacificum, timidum & fidelem, ſecretum, tenacem, largum, verecundum, docibilem, & parum comedentem.

Os flatu fœtens, ſignificat hominem in hepate vitioſum, ſæpè mendacem, vanum, laſciuum, fallacem, teneræ capacitatis, groſsi intellectus, ſeductorem, inuidum, cupidum alieni, & conuenienter alteri largum, nouigerulum, citò credentem, ſimpliciorem, quàm ſapientem.

Os flatu redolens, ſignificat hominem conuenienter ſapientem, in dando & retinendo ſagacẽ, ſecretum, cupidum pulchrorum, fidelem, citò credentẽ.

De Lingua.

Lingua puſillum quidem membrum, ſed magna iactans, incurabile malum, plena veneno mortifero & eò peſtilentior, quò neque ex Phyſiognomia,

neque

neque aliunde perueſtigari ſatis poteſt, vtcunq; animaduertatur in eam. Raró ſui ſimilis eſt, niſi quantum ad balbutiem attinet, & eloquentiam. Balbutiem efficiunt immoderatè groſſæ, & prælongæ: è regione tenues, acuminatæ, limatæ viperarum more, eloquentiam, aſtutiam & calliditatē præ ſe ferūt, tametſi hîc aliud fingant Aſtrologi, non linguæ vitio tribuentes balbutiem, ſed Mercurio euerſo, & eo retrogrado. Sed hæc ſuo loco. Lingua nimis velox ad loquendum, ſignificat hominem plus ſimplicem, quàm ſapientem, groſſi ingenij, mali intellectus, citò credentem, & facilè corruptibilem ad vtraque.

Lingua balbutiem cauſans, hominem valdè ſimplicem notat, vanum, inſtabilem, iracundum, citò ab ira conuertibilem & debilem.

Cuius lingua eſt valde groſſa & aſpera, ſignificat hominem ſagacem, malitioſum, conuenienter ſeruitialem, vanum, dedignoſum, ſecretum, proditorem, nouigerulum timidum & impium.

Cuius linguà eſt ſubtilis, ſignificat hominem ſagacem, ingenioſum, facilè timidum, citò credentem, atque conuertibilem ad vtrumque.

DE LABIIS, CAP. XII.

Labia oris valde groſſa vel nimium reuoluta foris, ſignificant hominem ſimplicem magis, quàm ſapientem, citò credentem, groſſi nutrimenti & conuenientem ad vtraque. Labia ſubtilia & non multum foris retorta, ſignificant hominem diſcretum, in omnibus ſecretum, ſagacem, iracundū & multi ingenij.

Labia ſubtilia benè colorata & ſubtiliora, quàm craſſa, ſignificant hominem bonæ conditionis in omnibus, & citò conuertibilem ad vtrumque, & potiùs ad virtutes quàm ad vitia.

Labia non benè æqualia, ita quòd vnum ſit maius altero, ſignificant hominem groſſi ingenij, tardi intellectus & variæ fortunæ.

DE DENTIBVS, CAP. XIII.

35 36



Dentes ſpiſſi & canini, ex ipſo robore vitam longam præſagiunt. Neq; hîc dubitandum eſt: cernere enim eſt decrepitos iam, qui nihil vnquam moleſtiæ

perpeſſi ſunt in dentibus. E conuerſo marcidi, vacillantes, cādidi, minuti, breuitatem vitæ, caloris abundantiam, noxium humorem notant cuiuſmodi ſunt fermè Cholerici. Alioqui quò ad animum, nil videntur mutare, quod quidem obſeruatum ſit. Vbi diſſecati fuerint, aut extra ſeriem ſteterint, videntur nebulonem indicare, inſolentem, pompoſum, & inſtabilem.

Dentes parui & debiles in opere, & rari & curti, ſignificant hominem debilem, boni ingenij, teneræ capacitatis, manſuetum, legalem, fidelem, ſecretum, timidum, vitæ breuis, & ad vtraque conuenientem.

Dentes æquipollentes quantitate, & ſitu gingiuarum, ſcilicet quòd aliqui ſint ſtricti, quidam lati, quidam rari, quidam ſpiſſi, ſignificant hominem ſagacem, boni ingenij, audacem, dedignoſum, inuidum, & facilè conuertibilem ad vtrumque.

Dentes valde longi, & quaſi acuti, & aliquantulum rari, & fortes in opere, ſignificant hominem inuidum, impium, guloſum, audacem, & quaſi inuerecundum, mendacem, falſum, infidelem & ſuſpicioſum.

Dentes citrini vel bruni, ſiue curti, ſiue longi, ſignificant hominem aliqualiter ſtultum, groſſi nutrimenti, citò credentem, turbidi intellectus, ſæpe fallacem, mendacem, timidum, cupidum alieni, & ſuſpicioſum.

Dentes groſſi & lati, ſiue declinēt intus ſiue foris, ſiue ſint rari ſiue ſpiſſi, ſignificant hominem vanum, laſciuum, groſſi nutrimenti, citò credentem, ſimplicem, fallacem, mendacem, & teneræ capacitatis.

Dentes fortes & ſpiſſi, hominem longæ vitæ, cupidum pulchrorum, duræ capacitatis, groſſi ingenij, magnanimum, multùm ſui ſenſus, nouigerulum, & citò credentem denotant.

Dentes debiles, parui, rari & exiles, ſignificant hominem debilem, breuis vitæ, ſagacem, bonæ capacitatis, citò credentem, communiter verecundum, tractabilem, manſuetum & legalem.

Dentes fortes & ſpiſſi, ſignificant hominem longæ vitæ, luxurioſum, comedonem, audacem, fortem, diſcretum & ſui ſenſus.

DE FLATV, CAPVT XIIII.

Flatus multus, ſignificat hominem multi ſpiritus, & è conuersò. Cuius defectus eſt duplex, aut ex paruitate pulmonis, aut ex vitio thoracis, & ideo animal multi flatus, eſt multæ fortitudinis & multi potus.

DE RISV, CAPVT XV.

Riſus abūdat in ore ſtultorum, & habentiū ſplenē magnum & è cōuersò.

Cuius Bucca ex facili ridet, ſignificat hominem ſimplicem, vanum, inſtabilem, citò credentem, groſſi ingenij & nutrimenti, ſeruitialem, & nō ſecretū.

Cuius bucca rarò ridet & breuiter, ſignificat hominem ſtabilem, tenacē, ſagacem, clari intellectus, ſecretum, fidelem & glorioſum.

Cuius bucca difficulter mouetur ad ridendum, ſignificat hominem ſapientem, valde ſui ſenſus, ſagacem, ingenioſum, patientem, tenacem, ſtudioſum ſuæ artis, iracundum & ſupplantaneum.

Cuius bucca facilè ridet & ridendo ſæpè tuſsit vel oſcitat, aut torquet caput, ſignificat hominem varium, inuidum, citò credentem, & conuertibilem ad vtrumque.

Cuius bucca ridendo torquetur cum deriſione alterius, ſignificat hominem arrogantem, falſum, tenacem, iracundum, mendacem & aliquantulum proditorem.

DE MENTO, CAPVT DECImumſeptimum.

37 38



De mento conueniunt Philoſophi, vt ſicut naſus recuruus ſiue aduncus vel præacutus, ſemper iram, audaciam & tyrannidem notat: ita & mentum ſignificare aiunt acutum. Illud verò non poſſum non exponere, qui membris aliquibus mutilati ſunt, quò ab illorum commercio temperemus, ab his inquam, qui membris aliquot orbati ſunt per naturam, non arte vel maleficio. Et quanquã fortaſſe curioſum & ſuperſtitioſum id eſſe videatur, traditum tamen eſt à ſapientiſsimis viris, è quibus hæc decerpta ſunt, à Galeno ſcilicet & Hippocrate, & ab his etiam quibus male propitia fortuna eſt. Verbi gratia quibus mutilati ſunt oculi, nares, os, pedes, manus, & altero claudicant pede, vel de quibus conſtat, quòd Saturnini ſunt, ſuperſtitioſum inquam, videtur hoc dictum, ſed tamen veritati non alienum. Diſſentiunt inuicem Saturnini & Iouiales, Martiales & Venerei. Id videtur in hominum conuentibus & conciliabulis. Videtur autem quid aliud interuenire: cùm reuera nil aliud ſit, quàm Planetarum repugnantia & aſpectuum infelicitas. Frigidus eſt Saturnus & ſiccus. Iupiter calidus & humidus. Atque iam poteſt fieri, caliditas & frigiditas, vt ſibi non repugnent. Rurſum Saturnus pigros efficit & tenaces, tardos & ſolitarios, malos, intractabiles: Iuppiter verò humanos, flexibiles, dociles & benignos. Quod igitur in Planetarum qualitatibus eſt, id pro rerum & ingeniorum inclinatione atque influentia efficit in illis Planetarum qualitas. Quis horum igitur ingenia componet, aut quis hîc extricabit ſe: at qui iam ex

Aſtrologia didicit, nouit quid cuique donandum ſit, vt quiſq; tranctandus eſt, poteritq; ex ſuis effectibus remittere interdum aliquid. Vt Venus, quæ ipſa natura cum Marte nõ ſtat, ſua tamen mollitie alterius temperat ſæuitiam. De ſignatis illud vbique celebratiſſimum eſt, quod Ariſtoteli tribuunt, cauendum eſſe ab his, quos natura ſignauit. Saturninorum meminit & eleganter doctiſſimus Marſilius Ficinus libro tertio de vita cælitùs comparanda, & hæc eius ſunt verba: Saturnini quidem euadunt immundi, ignari, inuidi, triſtes, dæmonibus immundis expoſiti, quorum commercium effugiendum eſt: nam Saturni venenum alibi ſopitum latet, ceu ſulfur à flamma remotum. In viuentibus autem corporibus ſæpè flagrat, atq; vt ſulfur accenſum non comburit ſolùm, ſed etiam vapore noxio omnia circumimplet atq; inficit appropinquantes, etc. Ita etiam Iouiales præſenti aliquo tali ſignato, infelices euadunt. Hactenus Marſilius. Apollonium Thianeum fama eſt in Epheſo deprehendiſſe ſenem Saturninum, qui ſola præſentia ſua totam vrbem infecit peſtilentia. Hæc cũ copioſè ab eodem virò ſapientiſſimo tractata ſint, cætera ſedulo Lectori relinquemus, nobis ſat eſt indicaſſe Auctorem.

Mentũ amplum & groſſum carne multa, ſignificat hominem pacificum, mediocris capacitatis, groſſi ingenij, legalem, ſecretum & facilè conuertibilem ad vtrunq;.

Mentum acutum & conuenienter plenum carne, ſignificat hominem boni intellectus & alti cordis, & laudabilis nutrimenti.

Mentum quaſi duplex quadam valle, ſignificat hominem pacificum, groſſi ingenij, vanum, citò credentem alteri, ſeruitialem & valdè ſupplantaneum, ſecretum factorum.

Mentum acutum ſubtili carne, ſignificat hominem audacem, bellicoſum, iraſcibilem, dedignoſum, timidum, debilem & aliquantulum ſeruitialem.

Mentum recuruum cum valle in iunctura maxillarum, & carne macrum, quaſi acutum, ſignificat hominem peſſimum, ſimplicem, audacem, ſuperbum, minacem & timidum, tenacem, fallacem, citò iraſcibilem, iracundum, proditorem, furem & ſupplantaneum.

DE BARBA, CAPVT XVII.

Barba naſcitur viro vltra vel circiter XXIIII. annos ſatis de die in diem, & tunc naſcitur femur extra ſexum. Et eſt ſciendum, quòd tales pili procreantur de ſuperfluitatibus ciborũ, fumoſitas, quorum ſuperaſcendit vſq; ad partes maxillarum, velut fumus ad foramina camini, & cùm ampliùs non inueniat meatus apertos, quibus benè valeat ſuperius aſcendere, ſic inde exeunt in modum pilorum, qui dicuntur pili barbæ.

Mulieres penè omnes carẽt barba in maxillis, & eſt ſciendum, quòd omnes humores, qui viris barbam generant, in mulieribus menſtruum, quod eſt eis quodam meatu & motu ætatis Lunæ quandoq; ſemel in menſe, & quãdoq; bis, cuius exitus dicitur eſſe fluxus ſiue perfluum. Illud verò contingit, quando mulier nõ eſt grauida, iam tranſactis duodecim annis, & hoc menſtruũ quandoq;

ei in

ei in lac transmutatur intra mammas. Verum eſt, quod hi humores ita ſubtiles, naturaliter calidi ſunt, quòd ex eis quaſi oriuntur pili aliquando in maxillis mulieris, & propriè circa os, vbi magis abundat calor, & hæc mulier dicitur eſſe barbata. Sciendum, quod talis mulier ſit valde luxurioſa, propter calidam ſui complexionem. Eſt ergo fortis naturæ & virilis conditionis. Mulier verò benè munda à pilis & præcipuè circa os, ſecundum Phyſiognomiam dicitur eſſe bonæ complexionis, ſcilicet timida, pauida, verecunda, debilis, mitis & obediens, & è conuersò barbata.

Cuius barba eſt benè ordinata ſiue compoſita & ſpiſſa pilis, ſignificat hominem bonæ naturæ & rationalis conditionis, ad omnia ſecundum conuictum et claros mores productæ, & è conuerſo de illis, qui habent habent barbam malè compoſitam, vt patet in Eunuchis, qui poſtquam perdiderũt ambos teſticulos, valde transmutantur à natura virorum, in naturam muliebrem.

DE FACIE, CAPVT XVIII.

Inter 10000. nunquam duæ conueniunt, quò fit, vt ne hîc tradi certa coniectura poſſit. Quis enim poterit omnium animos ſcrutari? Si quis tamen curioſior fuerit, habet quibus aſſequi nonnihil poſſit. Colorem & proportionem. Colorum extrema vel temperamenta, vt in picturis præſtant: ita in faciebus vel bonitatem arguunt, vel maliciam.

Rubeus nullibi non ſuſpectus eſt etiam ex prouerbio, complexionem indicans calidam. Illaudatus, liuidus, vel plumbeus, præter Saturnicam inclinationem & atram bilem, etiam peſſimas animi affectiones ſignificat vtputa inuidiam, iram, rancorem, machinationes & inſidias.

Albus, fœmineus, mollis, frigidus, frigidum & mollem efficit, præterquã vbi rubori quædam rubedo ſanguinea interpoſita eſt, eam cernere eſt in ſanguineis. Hic inter omnes non ſolùm laudatiſſimus eſt, ſed honeſtis rebus occupatum efficit, & ad omnia idoneum. De ipſa verò proportione hoc habendum, quòd oblonga facies, eſt prominẽtibus hinc inde maxillarũ oſſibus, & hominẽ notat audacẽ, ſuperbum, iniurioſum, rixoſum, fallacem: aut mediocris non macilenta admodum, neq; præpinguis, aptum ad omnia ſignificat.

Carnoſa pigrum, phlegmaticum, tardum, lentum, timidum, venereum, inſtabilem, præſumptuoſum, & quò maior acceſſerit craſſities, hoc hebetiorem reddit & intractabiliorem.

Macilenta verò & mediocris, ingenioſum, ſtudioſum, prudentem. Inflationes verò maxillarum, non accedente carne. Aliud præſagiunt, nempe epilepſiam & regium morbum. Pallida nuſquam probatur. Crocea, quæ tamen ex natura crocea non eſt, Icteriam, aut opilationem ſplenis, aut inundationem fellis & choleræ. Medicorum quidem ſententia nunquam ad ſexageſimũ annum prouehuntur eiuſmodi.

Facies ſæpè ſudans ex facili motu, hominem notat calidæ naturæ, vanum, luxurioſum, benè comedentem, et groſſi ingenij ac nutrimenti.

Facies valde carnoſa, hominem notat timidum, lætum, largum, diſcretum, luxurioſum, malæ memoriæ, citò credentem audita, legalem, importunæ voluntatis, in optato inuidum, & conuertibilem, & præſumptuoſum.

Facies macilenta, ſignificat hominem ſagacem, fatigabilem, boni intellectus, plus crudelem quàm pium, teneræ capacitatis & dedignoſum.

Facies minuta valde & rotunda figuraliter, ſignificat hominem ſimplicem, timidum, debilem, groſſi nutrimenti, malæ memoriæ.

Facies ſimilis ebrioſo, ſignificat hominem bibentem vinum bonum, luxurioſum, vanum, fortem, qui facilè inebriatur.

Facies iraſcibili aſſimulata, hominē citò iraſci notat, et diu in ira durantē.

Facies longa & macra, ſignificat hominem valde audacem, lingua & facto ſimplicem, rixoſum, ſuperbum, iniurioſum, fallacem, durum moribus, pium & luxurioſum.

Facies communis inter longam & rotundam, macram & craſſam, ſignificat hominem ad omnia idoneum, tamen citiùs in bono quàm in malo.

Facies valde craſſa & lata, hominem ſimplicem, groſſi ingenij, tardi intellectus, hebetem, in rebus agendis ſæpè vanigloriosum, credentem, conuertibilē ad omnia, luxurioſum, vanum, obliuioſum, in malo falſum detractorem.

Facies valde plana, ſiue tumore valde eleuata, ſignificat hominem bonæ conditionis ad omnia, & ſatis amabilem, alteri ſeruitialem, citò credentem, non multum ſagacem, ſatis fidelem & ſimplicem, ac patientem in pace grauia per aduerſam fortunam.

Facies valde vallata, plus macra quàm craſſa, ſignificat hominem incurioſum, inuidioſum, fallacem, mendacem, audacem, rixoſum, laborioſum, groſſi ingenij, vanum, valde ſimplicem, & tardi intellectus.

Facies mediocris ad quamlibet diſpoſitionem, cæterum tamen pinguior quàm macra, ſignificat hominem in ſermone veracem, facilē; ſeruitialem, ingenioſè ſagacem & memorabilem.

Facies valde curua, longa ac macra, ſignificat hominem groſſi ingenij, quaſi ad omnia bona ſimplicem, tardi intellectus & non legalem, & ex leui occaſione malitioſum.

Facies latior à fronte inferius vſque ad iuncturam maxillarum, & altior quàm poſtea, ſignificat hominem ſimplicem in rebus agendis, & in loquela timidum, parum audacem, tenacem, mendacem, vanum, fallacem, animoſum, rixoſum, debilem, groſſi nutrimenti & mali ingenij.

Facies benè diſpoſita carne & ſuis partibus, vt oculis, cilijs, quibus vt delectabilis & placida, ſignificat hominem benè diſpoſitum ad agendum vitia & virtutes. Facies colore pallida, ſignificat hominem non bene ſanum, valdè malicioſum, proditorem, mendacem, ſuperbum, vanum, luxurioſum, tenacem, inuidum, præſumptuoſum, groſſi nutrimenti, non fidelem nec legalem.

Facies bene colorata, ſignificat hominem laudabilis diſpoſitionis in ſua cōplexione, lætum, citò credentem alteri, ſeruitialem, boni intellectus, & ex facili ad omnia conuertibilem.

DE

DE AVRIBVS, CAP. XIX.

Aures etſi ad proſpectum non veniant, quibuſdam tamen patulæ, oblõgæ, & aſininæ ſunt, & ex naturis potius animalis metiuntur, quam aliunde. Auriti enim in morem aſinorum, ignaui, & aſininis moribus præditi videtur: Succincti verò, & minuſculis auribus vt ſimiæ, inſtabiles & fallaces notantur.

39 40



Auris eſt hominis, & auricula reliquorum animantium, & vnguis eſt hominis, vngula reliquorum animantium.

Aures magnæ & groſſæ, hominem notant ſimplicem vel ſtolidum, pigrũ, groſſi nutrimenti, malæ memoriæ, duræ capacitatis.

Aures valde paruæ & ſubtiles, ſignificant hominem boni ingenij, intellectus & ſapientiæ, ſecretum & pacificum, ſagacem, timidum, honeſtum, mundum, tenacem, verecundum, variglorioſum, animoſum, bonæ memoriæ, ſatis alteri ſeruitialem.

Aures aliquantulum longæ, ideſt, vltra communem formam, vel amplæ ex tranſuerſo, ſignificant hominem audacem, inuerecundum, vanum, pigrum, inſipientem, alteri ſeruitialem, pauci laboris, & multæ comeſtionis.

DE CAPITE, CAPVT. XX.

Frons, capilli, os, mentum, labia, oculi, tempora ſimul ſumpta, caput conſtituunt, aut prodigioſæ magnitudinis, aut exilis. Supernè acuminatum, inſtabilem, bardum, indocilem, hebetem, inuidumque hominem ſignificat. Rotundum mediocri mole, ingenioſum, ſagacem, aſtutum, bonæ memoriæ: rurſum exile, & gurgulione non admodum oblonga, ſenſatum, prudentem, doctum: vel exiguum caput & prælongum collum, infortunatum hominem notat, debilem & inſipientem.

Caput magnum & benè rotundum ex omni parte, ſignificat hominem ſecretum, ſagacem in rebus agẽdis, ingenioſum, diſcretum, magnæ imaginationis, laborioſum, ſtabilem & legalem.

Caput

Caput habens gulam groſſam cum collo, quod declinet verſus terram, ſig
ficat hominem ſagacem, tenacem, pacificum, ſecretum, valde ſui ſenſus, & ſ
bilem in rebus agendis.

Caput oblongum, habens faciem longam & magnam ac deformem, ſigni
cat hominem fatuum, maliciosum, vel valde ſimplicem, vanum, citò credei
tem, nouigerulum, ac etiam inuidum.

Caput valde volubile hinc & illinc, ſignificat hominem fatuum, ſimplicē
vanum, mendacem, fallacem, præſumptuoſum, inſtabilem, tardi intellectus,
mali ingenij, teneræ capacitatis, aliquantulum prodigum, & nouigerulum.

Caput groſſum, habens latam faciem, ſignificat hominem ſuſpicioſum, va
de animoſum, cupidum pulchrorum, ſagacem, ſimplicem, groſſi nutrimenti, ſe
cretum, audacem & non bene verecundum.

Caput groſſum & non conuenienter formoſum, habens gulam curtam, co
lum groſſum, ſignificat hominem in ſe ſatis ſapientem, ſagacem, ſecretum, inge
nioſum, ſtabilis imaginationis, fidelem, veracem & multis tractabilem.


Caput paruum habens gulam ſubtilem & longam, ſignificat hominem val
de debilem, inſipientem, pauci cibi, docibilem, & non benè fortunatum.

DE GVLA, CAP. XXI.

Gula candida ſiue macra aut craſſa, ſignificat hominem vanglorioſum, vanum, timidum, laſciuum, facilè mendacem, conuenienter ſagacem, magnæ iræ, & diù dedignoſum.

Gula macra & ſubtilis, in qua venæ apparent, ſignificat hominem malæ fortunæ, debilem, timidum, pigrum, groſſi nutrimenti, citò credentem, & cō uertibilem ad vtraque.

41



DE COLLO, CAP. XXII.

Collum longum, ſignificat pedes longos & graciles, ſignificatque hominem ſimplicem, non ſecretum, timidum, debilem, inuidum, mendacem, fallacem, non docilem & citò cōuertibilem ad vtraque.

Collum curtum, ſignificat hominem ſagacem, tenacem, fallacem, ſecretum, ſtabilem, diſcretum, iracundum, ingenioſum, magni intellectus, conuenienter fortem, amantem pacem, dominium & omnia timida.

DE CO-

DE COLORE TOTIVS CAPITIS & corporis, Caput vigeſimum- tertium.

Et quod de membris diximus, idem de toto corpore ſentiendum putamus. Corpuſculum ipſum ſi tactu expenderis, licebit in promptu dignoſcere qualitatem vel complexionem. Delicata & gracilia, bene curata cuticula, & carne molli, maximè ſi ruboris nonnihil accedat in genis, ſanguinis dominiū ſignificat. Alba, carnoſa, mollia, phlegma. Fuſca, ſubrubicunda, cholerā. Nigra, ſubnigra, pallida, vel ſubpallida, melancholiam, vel aduſtam choleram. Sic ſi rugoſa, neruoſa & calloſa cutis ſit, identidem choleram. Gracilia, tenuia, alba, phlegma, imbecillitatem & huiuſmodi.

DE BRACHIIS CAPVT XXIIII.

De brachijs nullum negocium eſt, neminem tam eſſe craſſæ Mineruæ puto, qui non protinus robuſtos ac fortes iudicet, quibus neruoſa vel carnoſa ſunt brachia: cùm his potiſſimum conſtent robur & vires corporis, præter quàm vbi carnoſa cute, nerui non adeò varij et multiplices ſunt. Huiuſmodi ſunt phlegmatici, et ſanguinei, procliues ad ignauiā. Portentoſè prolixa audaciā, fortitudinem, ignobilitatem, & cum hoc vitam breuem ſignificant. Curua reſpectu ſtaturæ, vel molis corporeæ, ingratos, impudentes, auaros, obtrectatores, inuidos, ſuperbos, haud multum diſcrepantes ab ijs, quibus piloſa brachia ſunt, quos ſimiliter petulantes, venereos, vafros, aſtutos, inſtabiles & verboſos pronunciare oportebit.

DE PECTORE ET COSTIS, CAput vigeſimumquintum.

Leonis non robur modò, ſed & audaciam ex pectore maximè dijudicant, qui naturas animalium deſcripſerunt. Ex eadem coniectura & fortem hominem & audacem dicimus, cui pectus ſit, & prominens, luxurioſum, procacem, laſciuientem in verbis, ſuperbum, iracundum, tenacē. Cui verò hirſutū & quadam pilorum ſylua obductum eſt, cholericum indicat hominem cū ſuis proprietatibus, recaluum, frigus & phlegma ſignificat. Vnde quibus in gibbum elauatum, inæquale erat pectus altera parte, hos depræhēdimus fallaces, inſidiatores, & ad peſſima procliues, Martiales, vanos, hypocritas. Ita quibus ſupernè vſque guttur rubet pectus, comperimus iracundos contentioſos, præſumptuoſos, arrogantes, inconſtantes, timidos tamen. Illud tamen optimū eſſe decernūt, quod planum, quodque carnoſum, mediocre & debile eſt: nam eſt indicium hoc diſcreti, prudentis, & bonorum naturalium. Et ne quid etiam quod ad Medicinam ſpectat) relinquamus intactum, aliud quoque non indignum ſcitu eſt, quibus minuta ſunt corda, cæteris eſſe cordatiores, quòd ſpiritus illi impellētes vitales, in minuto membro præſentiores ſibi ſunt, quā in prægrandibus, vbi facile diſperguntur.

DE PHYSIOGNOMIA MANVS, CAPVT XXVI.

Manuum Phyſiognomiam quoniam abunde deſcripſimus in libro noſtro de Chiromantia, iſthuc remittimus Lectorem.

DE VENTRE, DORSO ET ILIIS, CAPVT XXVII.

Non multum negocij eſt, etiam è ventre iudicare qualis quiſque ſit, at-
que item è tergo & ilijs. Sunt enim hæc nõn minima corporis membra, ſed
quæ hæc ſint audiamus. Venter piloſus, & vmbilico tenus hirſutus, cũprimis
luxurioſum ſignificat, deinde audacem, atque magnanimum, prudentem, in-
telligentem, ſtudioſum, ſolertem, alioqui tardè fortunatum. Macer & tenu
is, calidam atq; cholericam complexionem, nõnunquam etiã melancholicam
indicat complexionem. Vt plurimum qui adipoſos habent & craſſos ven-
tres, ingenio quoque non multum valent. Illud iam crebra experientia com-
pertum eſt, tergum illud laudatius eſſe, quod amplum & robuſtum eſt: indi-
cium etiam fortis & robuſti hominis. A gibboſis & recuruis quidam cauen-
dum ſuadent, quòd præ cæteris inſigni aliquo ſcelere præſtant, maximè detre
ctatione & inuidia. Coxæ idẽ indicãt fermè, ſi craſſæ ſint & carnoſæ, quod
carnoſæ ſuræ & pedes, nempe audacem & fortem. Eadem ratio quorum cru-
ra neruoſa ſunt, macra, tenuia, exilia, nemo non videt imbecillitatis eſſe indi-
cia. Impotentiæ illud vel maximum argumentum exiſtimant, ſi depiles ſint
pedes, è diuerſo incontinentiæ, audaciæ, ſi quàm maximè hirſuti ſint: Ita qui-
bus duri ſunt, hebetes & obtuſos, quibus verò molles, leues, leuia atq; mollia
quoque ingenia. De mulieribus hoc obſeruatum habent, vt quibus prælongi
ſunt pedes, hæ ad procreationem liberorum ſint aptiores: Aiunt enim generã
di appetitum potiſſimum decerni in pedibus, & in muliere vuluæ ſignum eſſe
pedem, id quod aſſerere videtur Albertus in libro quem ſcripſit de arcanis
mulierum, videlicet menſuram medij pedis, neque omninò etiam malè: lego e-
nim apud alios ſcriptum, qui è Medicorum ſunt cohorte, niſi calefactis pedi-
bus, vix quempiam poſſe ſuccumbere.

DE TOTA HOMINIS STATVRA, CAPVT XXVIII.

Licebit & ex ſtatura iudicare. Sic enim proditum ex hiſtorijs legimus de
Maximino, qui ob inſignẽ ac penè portentoſam longitudinem pro bardo habi
tus eſt. Vnde etiam illud dimanauit prouerbium · Climacis Aegyptia, caliga
Maximini Quanquam quid de hoc attinet citare aliquia? cùm paſſim videa-
mus omnes eos, qui tã prodigioſæ longitudinis ſunt, parum vel nihil omninò
ſapere, atq; id potiſſimùm, ſi macro fuerint & oblongo corpore, extẽto & ci-
coniano collo. Huiuſmodi animaduertimus quoſdã in aula Friderici tertij, &
Caroli Imperatorũ ad miraculum macilentos et proceros, ſuſpiciendæ amẽtiæ
& ſtoliditatis. Neq; multum ab ijs etiã diſtant, qui curuiter incedunt. Vnde il
lud irroborauit fortaſſe veteris prouerbij. Rarò vidi procerũ ſapientẽ, et par-

uum

humilem. Quæ verò mediocris eſt, decenter obeſa, ſimulatq; qualitatibus alijs probè inſtructa, ingenioſum, prudentem, & in rebus omnibus expeditum denotat.

EPILOGVS ET RECAPITVLATIO
totius Phyſiognomicæ artis.

Hæc quaſi præfati, vt ad ſummam reducamus omnia, tametſi & ipſa, quæ diximus, ſufficientia videri poſſunt. Ad ſummam igitur ſi metiantur à vertice vſq; ad talos omnia membra, ſic pronunciandum eſt de ſingulis, & de oculis imprimis. Hi quibus contigerint humidi, lucidi, hilares, vibrantes, huiuſmodi etiam mores indicant, nempe hilares: Sed hæc perſpicatiùs videri poſſunt, ſi velut in tabula è regione ſubijciamus, quid quodlibet membrum ſignificet: id enim intendebamus, porrò ſitum ipſum locauimus talem.

Oculi humidi, lucidi, hilares, probos mores, vitam conſpicuam. Obſtipi, defixi, ſubruffi, prægrandes, voracitatem & libidinem. Parui, defixi, auaritiam. Glauci, inſidiatorem. Defixi, doloſum. Mobiles, ſeditioſum, ſuſpicioſum, infidum, oſtentatorem, Ampli, ſegnes. Trementes, ignauos. Micantes, vinolentos. Parui, impudentes. Subtremuli, iniquos. Varij & praui, doloſos, adulatores. Ad naſum vergentes, venereos. Ampli, ſtillantes, mobili aſpectu furentes. Aridiores, verſutos. Tremuli, impudentes: Nigri & clari, iuſtum, ſolertem, libidinoſum, ſcitum. Ambitus eorum viridis, doloſum, iniquum, furem. Humidi, mentis magnitudinem, integrũ eloquium, rectum conſilium. Magni vibrantes, dementes, leues, guloſos. Sinuoſi, caui & aridi, perfidos, proditores. Excelſi, ampli, lucidi, puri, humidi, ſolertes, ſtudioſos, amatores. Fluidi, lachrymoſi non ex ægritudine, ſtultos. Caligantes & aridi, perfidos. Vibrantes, ampli, humidi, lucidi, intelligentes, ſublimes, violentos, magnanimos, iactabundos. Nigri & reſplendentes, timidos, peſſimos. Circumturgentes, crudos, guloſos, inamabiles. Puſilli & caui, cupidos, inſidiatores. Hilares, iuſtos. Procliues ad riſum, humanos, pios. Humidi, boni conſilij. Triſtes & humiles, vel humidi, ſtudioſos. Cum cilijs recedentibus, amabiles. Conniuentes, inſidiatores, fures, Lippi, libidinoſos. Protenſis ſupercilijs, effœminatos. Luſitantes cilijs, adulteros.

Frons anguſta, ſtolidum. Longa, docilem. Sublata, turgida, rotunda, verſutum, tergiuerſum. Rugoſa, curis oneratum, Rotunda, inuidum & doloſum. Ampla, largum, liberalem.

Supercilia piloſa, balbutiem. Protenſa ad tempora, immundiciem.

Facies plana, litigioſum. Carens tumore, iniurioſum, immundum. Macilentior, ſapientem. Carnoſa, docilem. Triſtis, ſtultum, prudentiam.

Aures patulæ, inſenſatum. Vaſtæ, imprudentem. Paruæ, ſtultum, Quadrãgulæ, eruditum.

Naſus acutus, iracundum. Craſſus & humilis, malis moribus. Vergens ad os, honeſtum, fortem, docilẽ. Magnus, bonum. Paruus, deceptorem. Simus,

libidinoſum. Nares ſolidæ, fortitudinem. Rotundæ, timorem. Diductæ, alacrem. Anguſtæ & rotundæ, ſtultum.

Os latum, bellicoſum, audacem. Vaſtum, prominente labio ſuperiore, voracem, impium, loquacem, temerarium, ineptum, crudum.

Labra exilia, tenuia, ſubtilia, eloquentem. Subtilia in ore minuto, effœminatum. Carnoſa, ſtultum. Quibus canini dentes labra excellunt, contumelioſos, parum fidos.

Gurgilio aſper, nugacem, inanem. Ceruix longa, exilis, timidum, malis moribus. Craſſa, longa, furioſum, timidum, pertinacem. Mediocris, docilem, robuſtum & virtuoſum.

Craſſa, rudes, barbaros, difficiles. Aſpera, contumelioſum. Curta, temerarium. Incurua, incurioſum, auarum. Flexa in dextrum, temperatum.

In ſiniſtrum flexa, ganeonem & ſtultum. Pectus ingens, laudatum, Amplum, magnanimitatem, audaciam, probitatem. Paruum, timidum. Corpulentum, inhumanum, crudelem.

Mammæ pendentes à pectore, violentum. Venter magnus, indiſcretum, ſtolidum, ſuperbum, luxurioſum. Strictus amplo pectore, intelligentem conſiliarium.

Tergum latum, generoſum. Mediocritas tergi & pectoris, laudabilem. Incuruum, & parcum auarum.

Brachia prælonga, audaciam, probitatem, robur. Succincta, ſeminarium diſcordiæ, libidinem.

Manus admodum curtæ, craſſum, rudem. Pingues cum digitis, furaces. Paruæ, verſutos.

Pedes carnoſi, fatuitatem. Parui, leues, duritiem.

Tibiæ ſubtiles, ignorantiam. Groſſæ, audaciam, fortitudinem. Latæ, fortitudinem.

Neruoſæ, robur. Curtæ & pingues, immanitatem. Gibboſæ & cauæ infernè homines malos oſtendunt.

Molles, turgidæ, moratos. Suræ, aſperum calcaneum, craſſæ & curtæ, pinguia crura, futuram inſaniam oſtendunt.

Hæc ſunt in Phyſiognomicam artem introductiones breuiuſculæ, quibus adiutus quilibet, ingenia hominum dijudicare poteſt. Neq; me fugit, eandem fermè fabulam egiſſe Ariſtotelem, Medicos, Vallam atque alios quamplures. Non minuit hoc noſtrum conatum vel honorem. Id præſtitimus, quod potuimus, vel illorum etiam adiuti opera. Quod ſi dentibus ſuis roſerit nos caninis quiſpiam, ſciat non commentarios nos, ſed compendium ſcripſiſſe.

Selectiſſimæ Phyſiogomiæ Libri ſeptimi finis.

PERIAXIOMA-TVM DE FACIEBVS SIGNORVM,

quid in vnaquaq; domo efficiat in natis Sol, Liber octauus.

PRAEFATIO.

ABSOLVTIS Libris abſolutiſsimę Chyromantiæ, & ſelectiſsimæ Phyſiognomiæ, quæ ad natiuitates concernunt, maturum fuerit adijcere, vt in hoc volumine à ſtudioſis Lectoribus nihil amplius deſideretur. Et ne magna Librorum ſarcina grauentur, hoc vnico octo Librorum volumine, ſingula quæ naturaliter homini accidere & præuiſa euitari poſſunt, dicto citius facilè colligent. In hoc igitur octauo Libro, quem pro maiori parte ex libro Ioannis Indaginę Decani quondam Franckfordiani collegi, ea adieci (ſalua arrogantia) quæ ad cõplementum & perfectionem libri deſiderabãtur. Poſt ergo domorum ſitum & fabricam hîc de ſignorum faciebus tractabimus, quæ ſunt in quolibet ſigno tres: Signum enim quodlibet (vti in noſtro Libro de fabrica & vſu Sphæræ materialis abundè expoſuimus) tres habet facies diuiſas de decem gradibus, in decem ſequentes. Primi etenim decem gradus, primam faciem repræſentant, decem ſequentes ſecundam, & reliquæ decem ad complementum trigeſimum. In quolibet ſigno tertiam indicant faciem. Hi gradus quò magis ac magis augeſcunt, tantò in vigore præcipuè in vltimis faciebus decreſcunt, fiuntq; remiſsiores in fine, quam in initio vel medio extiterunt. Alia annotata ſunt ex præcipuis Autoribus, in Apologia noſtra citatis. Zoilus inuideat, parum eſt, dum Lector pius noſtrum ſemel opus perluſtret.

(:)

Sol in prima facie Arietis. ♈

Sol igitur in Ariete, quod primum ſignum eſt inter reliqua ſigna duodecim, in primis decem gradibus æditos in lucem facit communiter ſubruffos, ſimios, ventre exili & anguſto, macilentos, atq; ſignatos in ſiniſtro pede vel cubito, amicos habentes plurimos, odiētes malū, proſequētes quod optimū eſt.

In ſecunda facie, id eſt à decimo gradu Arietis vſque ad vigeſimum, facit nigrum, qui nigror tamen non in vitium reputatur, ſed in venuſtatem & maximam ciuilitatem. Temperatæ quoque qualitatis, & iracundum, ſuſpicioſum, fraudulentum, cordatum, ſeptum inimicis pluribus, qui hunc venantur ad mortem.

In tertia facie, interdum ruffum, croceo permixtum colore, ſolitarium, meditantem inſidias, & fraudes frequenter.

Sol in prima facie Tauri. ♉

Natum in prima facie, nauum facit, & prægrandibus aliquando oculis, labronem, ſignatum in ceruice, verùm feſtiuum admodum, in delitijs ſemper occupatum.

In ſecunda facie laſciuum, libidinoſum, ſed non vſque adeò vt in prima ſigni facie, vagabundum tamen atque mutabilem.

In tertia facie frigidiorem in complexione, propter Saturnum, qui hanc vltimam faciem poßidet. Gignit & aurium, ventris, ac crurium dolores.

Sol in prima Geminorum facie. ♊

Si cui in prima facie Geminorum ceciderit natiuitas, faciunt moderatæ ſtaturæ, corpore pulchro, membris omnibus benè compoſitis, ſignatum in capite vel genubus, manſuetum, etiam laborioſum, & à mulieribus diffortunatum, ac communiter ſterilem.

In ſecunda facie minuunt ſtaturam, addunt nigredinem, ſignant in cubitu, in genitalibus, & quod in alijs diminutum videtur, in eloquentia reparatur.

In tertia deficientibus gradibus, decreſcere faciunt & in natis probitatem & debitam membrorum proportionem, faciunt inſenſatum, & nugarum diſſeminatorem.

Sol in Cancro. ♋

Natum in decem gradibus primis, corpore & pilis decentem facit, ſtrictis ſupercilijs, eruditi ingenij, ſignatum in brachio dextro, & cruribus, præterea animam influit bonam, & amicorum copiam.

In ſecunda autem facie, ruffo capillitio, breui ſtatura, imberbem, inſignatum in oculis.

In tertia facie craſſum, hebetem, piloſum ſupercilijs, pruriginoſum, facie quaſi inſufflatum.

Sol in Leone. ♌

Sic in prima facie vitæ donatum corpuſculo venuſto facit, rubicundo colore, modico permixto albore, variegatis oculis, corpore recto, pedibus autem morbidis, præcipuè in ſenio, fama atque egregijs factis agnitum pluribus, ſimplicem, dilectum ab Regibus & Principibus terræ.

In ſecun-

In ſecunda facie, pectore lato, teſticulis & membris gracilibus, cordatum & honorabilem.

In tertia facie, ſtatura breuem, colore roſeo, permixto etiam albore, obnoxium etiam multis ægritudinibus, ſcortatorem, & mulierum amatorem.

Sol in Virgine. ♍

Facit natum decenti ſtatura, Sol poſſidente virgine primam faciem, corpore procero, facie pulchra, ſciolum, acutum, prudentem, criſpo capillitio, cinædum, comatulum, arguta & ſonora voce, multarum artium peritum, ſed infœcundum in procreandis liberis.

Sub ſecunda facie ſimiliter facie venuſta, paruis oculis, pulchro naſo religioſum, doctum, probum, integrum, & laudis cupidiſsimum.

Sub tertia tamen facie ſimplicem, pulchrum, docilem, ſenſatum, prudentem, bonum.

Sol in prima facie Libræ. ♎

Natum facit (cùm ſit ſignum humanæ formæ) pulchra facie ſimplicem, laborioſum, modeſtum, ſauciandum aliquando in capite.

In ſecunda facie, ſimiliter facie pulchra, ſed oculis lippis interdum, vel pætis: nam vitium aliquod illis inerit.

In tertia facie, honorabilem, obſeruandum, pulchrum, in extremo verò nullius vel certe vtriuſque ſexus, caueat ne toxicum quippiam accipiat.

Sol in Scorpione. ♏

Sol in Scorpione facit difformem, in capite vel ſcapulis ſignatum, vel in ſiniſtro pede vel brachio, amplo pectore, in proferendis ſalibus lepidum, ſoborium vel diſcertum.

In ſecunda facie, capite magno multiloquū, ſignatum in genib. vel tergo.

In tertia ſtatura, puſillum, contortis oculis, comedonem, & ſcortatorem.

Sol in Sagittario. ♐

Facit decorum aſpectu, proceræ ſtaturæ, aulicum, ſtudioſum bonarū rerū.

In ſecunda facie ſtatura decenti, aſpectu pulchro croceoque ſupercilijs conſperſis, ſignatum in pectore.

In tertia facie, procerum, pulchrum, lato & patenti pectore, ſignatum in pectore & pede.

Sol in Capricorno. ♑

Facit pectore aliquando amplo, tenerum, ſtatura competenti, ſed aliquantulum nigra, ſignatum notula in cubito vel pectore, aſtutum.

In ſecunda facie pulchrum, ſignatum brachio ſiniſtro, ſi natiuitas fuerit nocturna, malicioſum, naribus prælongis, ingenio acuto.

In tertia facie corpore venuſto, facie citrina, ſignatum in brachio, vel genu, iracundum, amabilem, amatorem mulierum.

Sol in prima facie Aquarij. ♒

Sol in prima facie Aquarij facit corpore et facie formoſum, ſignatum vel in pectore, vel in ſiniſtro pede, benignum, affabilem, tractabilē apud homines.

Sub ſe-

Sub ſecunda facie facit oblongum, rubea facie, ſignatum in tergo, vel in cubito, tribulationibus varijs obnoxium.

Sub tertia facie ſtatura breui, vultu roſeo, ſignatum ſub cubito, amatorem mulierum. Qui autẽ in poſtremo gradu natus fuerit, hunc non ſolum in proportione corporis, ſed in omnibus etiam actib. cæteris faciet diſconuenientẽ.

Sol in Piſcibus inuentus. ♓

Facit corpore mollem, album, pectore amplo, barbitio decenti, pulchra frõte, clara cute, oculis patentibus & pulchris, carnoſum atque honeſtum.

In ſecunda facie ſtatura breui, æquali, nigranti barba, parum hirſutum, agilem, lætum

In tertia facie in membris omnibus decorum, venuſtum, dat & vocis clãgorem.

Hoc dignum item notatu iudicauimus, quòd certa ſigna ſunt, ſiue formæ, quæ ad magnitudinem etiam in artificiali Aſtrologia tendunt, vt Leo, Virgo, & Sagittarius. Quædam ad diminutionem, vt Piſces, Cancer, & Capricornus. Et quod eſt à principio ſignorum Arietis, Leonis, & Tauri, faciunt tendere corpora ad groſſitiem & fortitudinem, & fines eorum ad macredinẽ tendunt & debilitatem. Similiter Gemini, Scorpio, & Sagittarij principia ad macredinem & debilitatem, & fines iam dictorũ ſignorum ad groſſitiem & fortitudinem. Sed virgo, Libra & Sagittarius ad æqualitatem ac bonam proportionem. Taurus verò, Scorpius & Piſces (vt Hali inquit) tẽdere faciunt ad diuerſam proportionem corporis. Nati etiam in die lympidiores ſunt illis, qui in nocte naſcuntur: nox namque adiuuat Planetas, nigredinem & obſcuritatem ſignificantes, imò Epileptici erunt, in quorum natiuitatib. Luna cum Mercurio eſt, nec vnus ex illis complectitur aſcendens in hora natiuitatis, & ſi cum hoc Saturnus fuerit in angulo in diurna, vel Mars in nocturna natiuitate, Amentes autem eodem modo ſunt, propter Saturnũ in angulis in nocturna & in diurna. E maximè cum Cancer, Virgo vel Piſces in angulis reperti fuerint. Et cum Saturnus in domo luminarium, id eſt Cancro, vel Leone fuerit, paſſionem oculorum ſemper innuit.

Signa ſignificãtia puſtulas, lepram, maculas rubeas, prurigines, impetigines, ſurditatem balbutiem, caluitiem, paucam barbam, ſunt Aries, Cancer, Scorpius, Capricornus & Piſces.

Signa multorum filiorum ſunt, Cancer, Scorpius, & Piſces.

Signa ſignificantia honeſtatem mulierum & religionum, & eorum probitatem, ſunt Taurus, Leo, & Aquarius.

Signa rationabilia ſunt Gemini, Virgo, Libra, prima pars Sagittarij, & omnes partes Aquarij.

Iracundiæ ſigna ſunt & acuitatis, Aries, Leo, Scorpio.

Signa vociferantia & fortes voces habentia, ſunt Gemini, Virgo & Libra, voce verò carentia ſunt Cancer, Scorpius, & Piſces.

Planetæ, qui dant diuitias ſunt tres, ſcilicet, Iupiter, Sol, atq; Venus. Sol etiã prudentiam, Mercurius, eloquẽtiã largitur, Venus verò loquelæ ornatũ.

Tria

Tria ſunt ſigna orientalia, Aries eſt cor orientis. Leo ſecunda eius triplicitas, & ſiniſtra pars orientis. Sagittarius eſt dextra pars orientis.

Capricornus eſt cor meridiei, Taurus ſiniſtra, Virgo dextra pars meridiei.

Libra eſt cor occidentis, Aquarius ſiniſtra, Gemini verò dextra pars occidentis.

Cancer eſt cor ſeptentrionis, Scorpius ſiniſtra, Piſces poſtremò dextra pars ſeptentrionis. Ex ijs ſi iam ſcire volueris, ad quidnam conferat talis ſignorũ reſpectus & diſpoſitio, id breuiter ſic accipe. Diximus tria eſſe ſigna orientalia. Tria ad Meridiem, ad Aquilonem tria, & tria ad Occidentem. Orietia conferunt nobis, ſi ijs iam orientibus & perſiſtente in ijs Sole, ad eã partem locemus, conſtituamus, dirigamusq́; ea, quæ facturi ſumus, nempe lectos, grabata. Veluti ſi vitam velimus viuere ſanam, leuiter indormire, proſperari in liberis, ſi adfuerit vxor. Item ſi ſuccedere cupimus aliquid, vel venditurи contractus, ſi honoris, aut commodi ſperamus quippiam, aut ſi quid eſt huiuſmodi, totum ad eam plagam faciamus, qua ſigna ad prædicta reſpiciunt. Sicut è conuerſò, ſi formidamus ne malè ſuccedat aliquid illorum, vitanda ſunt ſigna cõtraria. In hunc modum iudicare licebit de reliquis. Verùm etiam id obiter deſcripſimus, quando mentionem fecimus de qualitate & natura domorum.

Sic copioſè, & non minus tamen ſuccinctè habes facierum atque aliorum ſignorum, ſiue imaginum naturas. Neque video, quomodo aliquis ſuccinctiùs has tradere poſsit, & ſi prolixis ambagibus hîc diu immoremur, non vſque adeò magnus fructus eſt. Vtcunque enim ad Aſtrologiam promonent, non ſic tamen magna ſunt, vt ijs prora ſit conſtituenda & puppis. Neſciri commodè non poſſunt, ſed ſic tamen cum moderamine diſcenda ſunt, ne ijs iam ſcitis protinùs Aſtrologum ſe quis eſſe exiſtimet, & ij etiam perſuadent, qui eius ſciẽtiæ principes ſunt. Quamobrem de modeſtia commonefacio te quicunque es, qui ad eam artem videris eſſe propenſior, ne quid hîc præcipitanter agas, neque actutum relata in medium alicuius natiuitate, iudiciũ proferas. Tam multa ſunt, quæ nos fallere poſſunt: Nempe hominis prudentia, Dei diſpenſatio, fallax iudicium. Verbi cauſa: Fieri poteſt, vt in Ariete natus aliquis vehementer iracundus ſit, atque idem librata ſecum vitij turpitudine, iram ipſam moderetur & ſupprimat, ego verò hunc iudicarem iracundum, quis non hîc mereret. Inclinent licet natura & fatum, ita tamen temperanda ſententia eſt, vt niſi proſpectis ad amuſsim omnibus, facilè hanc non præcipites. Si quid aliud agis, ſcito non ſolùm veri nihil prædicere te, ſed etiam ludibrio futurum omnibus hominibus. Hæc paſsim inculco, quòd ſciam quoſdam turpiſsimè hîc lapſos, quòd velut ſecuri iam ſedecim pedibus, quod aiunt, figebant à ſcopo.

CANONES QVIDAM SVPER AEGRITVdinibus, quibus modis ſuccurrendum ægris ſit ex aſpectu ſignorum: Præfatio.

STVLTVM hoc Medicorum vulgus, quod noſtro ſeculo ſic videmus inſoleſcere, atque imponere nobis purpura ſua, cum ſibi ab Au-

toribus ſuis præceptum ſciant, vt abſque Aſtrorum conſilio nulli medicetur, & tam longe ab medicina eſt, qui Aſtrologiæ ignarus eſt, vt non Medicus dici debeat, ſed impoſtor. Tamen eò nunc ventum eſt, vt è centum vix vnum aut alterum reperias, qui verè ſciat dijudicare, quo tempore quælibet medicina adhibenda ſit, quod fortaſſe mirum non eſt. Quid enim illis otium eſſet, in Aſtrologia occupare ſe, quibus otium non eſt, vt Galenum ſuum legant et Hippocratem, ſed ex tumultu agunt omnia, ac præſcriptis quibuſdam receptulis? Vidimus quendam apud Moguntiacos non vulgarem, dixiſſes tertium Catonem, vel Galenum alterum, ſi quid ad artem faceret purpura, hic cùm eſſet longe craßißimus, duobus vtebatur receptis, quæ neſcio è quibus exuxerat chartis: inerat illis ellebori. 2 ʒ. vel tantundem ſcammoneæ, ad laxandam aluum. Hæc alternatim miniſtrabat, non habita ratione vel complexionis, vel ægritudinis, atque ijs nugis tantum ad ſe corraſit nummorum, vt functus iam vitâ, aureorum relinqueret poſt ſe tria milia. Summam artis in eo collocabat, vt ſolueret aluum. Tantum in re medica valet purpura, & caperata frons. Hos neque monebimus, neque in viam reuocabimus homines craſſos, & qui contemnunt etiam diſcere. Cæterum alijs, qui futuri Medici ſunt, ijs regulas præſcribemus aliquot, vt mißis veteribus nugis, diſcant è ſupernis conſulere ægrotis. Compertum eſt enim quàm ſæpißimè, quod plures Medici cum maximis ac potentißimis pharmacis non potuerunt, id ſimplici herbula perfeciſſe Aſtrologum obſeruato ſignorum acceßu & receßu. Totum hoc, quicquid eſt in Canones partiti ſumus.

Canon primus. Quatuor ſigna ſunt, quæ interiora reſpiciunt hominis, Medici hæc ſpiritualia vocant membra. Ea ſunt: Cancer, Leo, Virgo, Libra. Ex ijs Cancer, hepar, pulmonem & præcordia reſpicit. Leo ſtomachum & eius orificium. Virgo, ima ſtomachi, ventrem, diaphragma, & inteſtina. Libra lumbos, inferiora ventris & vmbilicum.

Canon ſecund. Cancer qui reſpicit pulmonẽ, ex ægritudinibus facit tußim, phthiſim, pleureſim. Leo apoſtemata, icteritiã, febres, peſtilentiam. Virgo tumorem ventris, hydropiſim, lienteriã, colicam. Libra diſſenteriam, dolorẽ vẽtris, & circa ſpinam dorſi. Idq́ ſi prædicta ſigna in eas inciderint domos, quæ naturâ malæ ſunt. Sunt auenm hæ: 6ª. 8ª. & 12ª. ab aſcendente vel horoſcopo.

Canon tertius. Natus in Tauro vt plurimum veneno ſuccumbit, maleficio, vel colica paſſione, idq́ in annis fatalib. ſcilicet 6. 8. 18. 20. 32. 44. iuxta reuolutionem anni 12. ab actauo natiuitatis ſupputando. Cæterum quoniam guttur reſpicit Taurus, hunc etiam ad ſquinantiam referunt, & apoſtemata omnia, vel vlcera, quæ in gutture cõtingunt, quod vbi bene reſciuerit Medicus, videat ne quid inconſulto, vel indiſcretè exhibeat. Eſt enim hoc canonicum pene, vt peragrante ſignum aliquod Sole, vel potiùs Luna, quod ſignum membra reſpicit, quod tunc languet in ea reuolutione, medicina ad hoc membrum non adhibeatur, aut ſic adhibeatur, non vt ſanet, ſed foueat, ne in hoc peiorem in ſtatum recidat, donec euolutus ex hoc ſigno fuerit Sol.

Canon quartus. Quibus ſtranguria moleſta frequẽter eſt, vel calculus, hi cõmuni-

muniter nati ſunt Sole in ariete, vel Geminis, talemq́ ægritudinem ſortiũtur.

Canon quintus. Qui Piſces habuerint in exortu natiuitatis, vel in piſcibus nati ſunt, ijs timendæ infirmitates calidæ, vtputa febres calentes, torſiones ventris, venena propter libram dominum eius in octaua domo: imminebunt tales ægritudines, partim ab ſcortis vel malis mulieribus, vel aliunde, maximè in annis 44. 56. 68. quibus non longè etiam erit ab extremo die. Hæc multa ſollicitudine obſeruare oportebit diligentem medicum. Sunt & anni Scalares & climacterici, vnde & ſeptimus quiſq; annus iudiciarius etiam eſt. Tu igitur ſi vitam producere velis ad ſenectutem, quoties ſeptimo vel noueno cuilibet propinquas anno, ſi Marſilio Ficino vel Firmico credis, conſule diligenter Aſtrologum, vnde immineat tibi diſcrimen ediſcito, deinde vel adito medicum, vel prudentiam & temperantiam accerſito, ſic obitum etiam naturalem differri poſſe, cùm Aſtrologiæ machinis, tum præſidijs medicorum. Neq; te pigeat perquirere ab expertis medicis, quæ naturaliter tua ſit diæta, & ab Aſtrologis, quæ ſtella vitæ faueat, & eam ad lunam compone. Item, in principio ægritudinis reſpicias ſolem in die, vel lunã in nocte, ſi impediti fuerint, maxima cura habenda eſt ſuper ægroto. Idem timetur in ægritudinibus cum luna & dominus aſcendentis fuerint in octaua, quæ mortis dicitur, impediti: nam hîc deſperandum erit, niſi diligentia experti medici notetur. Hæc & multa alia ſolicitudine obſeruare oportebit diligentem & ſolertem medicum.

Canon ſextus. Nato in Capricorno infirmitates parit leo in octaua, videlicet torſiones ſtomachi, pleureſim, tuſsim & epatis incenſionem, apoſtemata ſtomachi. Quod ſi in Iulio accidant hæ infirmitates, id eſt, quando in Leone verſatur Sol & Luna, malum ipſum conduplicat. Porrò in curatione hîc euitandi ſunt dies Mercurij, propter Geminos in ſexta, dies ſolis, propter Leonem in octaua, dies Iouis, propter Sagittarium in duodecima domibus.

Canon ſeptimus Peripneumoniam facit Cancer, ſole exiſtente in Sagittario, ſimiliter & ethicam, & inflationem pulmonis. Et ſi Saturnus in Sagittario repertus fuerit, pedum inflationes, podagram. Saturnus in cancro, dolorẽ mentulæ & genitalium, ac teſticulorum.

Canon Octauus. Scorpius chiragram, ſciaticam, & dolorem capitis aliquãdo facit. Si Saturnus in eodem, in cauillis cruciatum.

Præſtabitur igitur diæta talis: Non abluant capita diebus Martis, neq; balneis vtantur calidis, Sole in Ariete exiſtente, ne incidant cephaliam, quòd tũ capitale periculum imminet, nempe phreneſis vel maniæ. Et quia ſemper dies, menſes, & anni mali obſeruandi ſunt, his potiſsimum à calidis temperent. Ad ſubuentionem hypochondriorũ dies auſpicati ſunt Iouis, Lunæ, & Solis. Infelices Martis, & Mercurij, Reſpicit autem verenda Scorpius, neq; illis ergo medicandum eſt Sole exiſtente in Scorpione.

Canon nonus. Qui in virgine habent horoſcopum, aut in virgine nati ſunt, frequenter naturalem infirmitatem habent crurium, aut pure repletos pedes, aut crura ſanie profluentia, ſeu genas vomicis obſitas, vel, Maxillas. Similiter, & vehementes capitis dolores, humoribus ex pedibus exhalantibus ad

caput, qui tamen mox ſedantur inciſo tumore, & hoc plus Saturno in virgine natiuitatis tempore. Id ſi diligenter obſerues, videbis naturalem eſſe ægritudinem, & plerumque ineuitabilem, & propterea naturali ſignorum obſeruatione depellenda eſt. Arcendi igitur huiuſmodi à balneis ſunt, ſiue aquis, ſiue ſudatorijs. Quod ſi omninò vitari non poteſt, ipſi tamen dies vitentur Saturni & Martis, & prædicti menſes & anni mali, cum fortius tunc, quam alio tempore exurgant venena. Temperent etiam à fructibus autumnalibus.

Canon decimus. In Leone natis, infauſti dies ſunt Saturni & Iouis, quod in diæta obſeruandum eſt. Obſunt omnia acuta & piperata illis, inſuper & nullæ propinandæ potiones ſunt. Vbi verò ex Leone venerit Sol ad Capricornum, vel ad Piſces, rurſum vitandi ſunt ſaliti piſces, & diminutio ſanguinis.

Canon vndecimus. Sole in Ariete exiſtente, ægrotare ſi quis cœperit, atq; Medicus adhibitus fuerit (ſolet hîc imprimis gignere capitis dolores, & ſcotomiam) vide ne balnea adhibeas calentia, vel æſtuaria calida, propter Martem, & id multò amplius in Octobre, cùm Scorpium poſſederit Sol. Neque in diæta carnes adhibebis mutonum, arietum & agnorum. Sed neque caput ablui permittes die Martis & Mercurij, quòd Mercurius ſit dominus domus ſextæ, id eſt Virginis, & Mars octauæ, cùm ibi gaudeat & Scorpius in octaua, tunc ægritudinem promouēt, nō ſolùm, quia infirmitatis manſio eſt ſexta, ſed quia Virgo etiam eſt ſignum frigidum, ſiccum, terreum & melancholicū. Spes tamen eſt, quia non decedet ægrotus. Et ſi Scorpius, vt iam dictum eſt, occupauerit octauam, id eſt Martis, & quia Mars eſt dominus eiuſdem ſigni, nihil efficit: quia nullus Planeta malus nocet in domo propria: maximè verò ne gladio pereat qui huiuſmodi eſt. Poſt conualeſcentiam præcipiendum eſt ægroto, ne Sole exiſtente in Piſcibus, quæ duodecima eſt ab horoſcopo, itineri ſe committat, neque negocium ſibi faciat cum notarijs, ſcribis, ſculptoribus, aurifabris. Item à virginibus & equis temperet: Sunt enim hæc omnia à quibus infirmitas expectatur, propter domum ſextam, quæ eſt infirmitatis, maximè in Auguſto, Sole virginem peragrante.

Canon duodecimus. Summoperè etiam obſeruandus eſt annorum ordo ipſius ægroti: Semper enim ſeptenarius & nouenarius annorum numerus exitialis eſt, & vocātur ab Aſtrologis, vt præſcriptum eſt, ij anni Hebdomatici, Enneatici, vel Climacterici, quod Latinè poteſt dici Scalares. Horum ratio hæc eſt, quòd ſemper ijs annis magna fit mutatio corporis. Saturnus enim cùm alijs annis remotus à nobis ſit, tunc Lunæ copulatur, Planetarū infimo. Reſpiciendus in annorum reuolutione igitur huiuſmodi Planetarum aſpectus, vtrum diſcrimen immineat, an malitiam ſuam exercere poſſint Saturnus & Mars, qui & nouenum reſpiciet annum, an quoſdam alios habent benè propitios ſibi. Sic fiet, vt non ſolùm ipſam ægritudinem, ſed futuram etiam mortem fatalem Aſtrologiæ machinamentis depellas.

Canon decimustertius. Semper perquirenda eſt diæta ægroti, deinde horoſcopus natiuitatis. Poſtremò erigenda figura. Ex figura proſpiciendus ſtatus Planetarum, ex ſtatu & collatione eorundem in domibus effectus, item infirmita-

mitatis cauſa, & geniturae dominus, atque ſic ex oppoſitis qualitatibus ſignorum depellenda aegritudo. Id paulò poſt exemplis demonſtrabimus.

Canon decimusquartus. Ex diebus etiam obſeruandus ſeptimus, & criſis, & exinde vita vel mors diuinanda. Verùm Critici dies qui ſint, ex medicorũ ſchola petendum diximus. Exempla ipſa quoniam magis erudiũt, typũ vnum ſubiecimus. Contingat fortè fortuna, quòd in exordio aegritudinis Luna verſetur in Ariete, quod calidum ſignum eſt, & ſiccum futurũ eſt, vt pro ſigni ſui natura ſuccendat aegritudinẽ Aries. Hîc aegrotum monere potes, vt patiẽs ſit, remiſsius hunc habiturũ in die ſeptima, qua in Cancrum demigrabit Luna, niſi aegritudo ſit furioſa. Porrò Cancer frigidus eſt & humidus, et quartus aſpectus ad Arietẽ, temperabit igitur infirmitatẽ gelu ſuo & humore. Id ſi diligenter attẽderis, notanter dep̃hendes, atq; ſic etiã operari potes in reliquis ſignis, quomodo confortantur ex ſimilib. ſignis aegritudines, & ex cõtrarijs curãtur.

Canon decimusquintus. Ita ſecundus dierum numerus, id eſt dies decimus quartus, certum iudicium facit, quòd tunc plena eſt Luna, non tam propter criſim, quàm Lunae etiam influentiam, quae hîc eſt oppoſita, quemadmodum Aries & Libra, Taurus & Scorpio.

Canon decimusſextus. Habent & ſua ſigna medicinae ipſae: Neque enim indifferenter quolibet tempore quaeque miniſtranda ſunt: ſed alia gargariſmatum, alia ſuffumigiorum, alia potionum tempora ſunt, & ne prolixior ſim, ſingula in vnum Canonem comprehendam. Luna ſi fuerit in Ariete, Leone & Sagittario, corroborare licebit, quae in homine eſt, virtutem attrahendi, retentiuam in Virgine & Tauro, digeſtiuam verò in Geminis, Libra & Capricorno. Gargariſmata, vomitiua, ſuffumigia miniſtranda ſunt Luna exiſtente in Ariete, & fortaſſe etiam in Tauro gargariſmata tantum. Et ſolutiua in Scorpione per potionem, per electuarium in Cancro, per pillulas (ſi placet) in Piſcibus. In Geminis & Aquario trifera, ac medicina confortatiua. In Libra etiam vel Scorpione enementa, ſiue clyſteria.

Canon decimus ſeptimus. In purgationibus etiam Lunae reſpectus eſt habendus & aſpectus illius: Eadem enim exiſtente in Cancro, & habente aſpectum trinum vel ſextilem cum Venere, licebit purgare Choleram. Cum Sole phlegma, & cum Ioue Melancholiam, atque hoc, ſi vel bolos adminiſtraueris, vel pillulas. Si autem per potionem volueris purgare, eiſdem vtere aſpectibus in Scorpione. Idem fac in Piſcibus per pillulas. Et ſi duo planetae eodem tempore ijs aſpectibus fuerint cum Luna, poterunt propinari duae purgationes. Exempli cauſa: Si Luna cum Venere & Sole per trinam vel ſextilem fuerit, ſimul cholera, etiam phlegma repurgari poterit.

Canon decimusoctauus. Quibus Mars in radice natiuitatis in Ariete, vel eius triplicitate eſt, cholerici ſunt, his vt plurimum febres imminent calidae ex abundantia cholerae, phreneſis, puſtulae ſanguineae, impetigo, anthrax & quae carnem abſorbent ac glutiunt, ſacer ignis. Quae ſi vitari prorſus non poſſunt, ſanè adhibenda medico ſiue chirurgo cura eſt, vt per regulas quas dixi de ſignorum qualitatibus, abigat aegritudinem.

Canon decimusnnous Par ratio eorum qui Mercuriũ habent perperam locatum in domo Martis, id vbi deprehenderis in natiuitate, elicies inde febres calidas, vomicas ſanguineas, cancrum, morbum regium, ignem ſacrum, caliginem oculorum præmaturam, præterea cogitationes, & conturbationes horrendas, niſi Lunæ acceſſerit temperamentum, vel Veneris, in dictis ſignis vel locis, idq́ue in Cholericis.

Canon vigeſimus. Phlegmaticornm aliæ infirmitates ſunt. His accidunt frequenter febres, quas vocant quotidianas, plurimum moleſtantur frigore, quod ipſum ex vrina perſpicitur, quæ ſi ſpiſſa ac cruda frequenter eſt, ijs indicendum exercitium eſt, vtq; caueant à carnibus pinguibus & porcinis, ſeruent ſe à caſeo, à lacte, medulla & cerebro animalium.

Canon vigeſimusprimus, Saturnus ex ægritudinibus facit cum Luna epilepſiam, atram bilem, lepram, fiſtulam, morphæam, podagram & frequenter peſsiones chronicas. Quæ vti acciderint, tractim ac remiſsè agẽdum eſt, nec in huiuſmodi reluctari aſtris debes, niſi talis medicina ſit, quæ omnibus viribus nitatur expellere ægritudinem, atque hanc radicitùs euellat. Item ſi quis naſcitur in coniunctione Solis & Lunæ, ſemper illa natiuitas cenſetur mala: nã facit periculoſos in ſenio, ſpaticos, valetudinarios, caducos, aut mentis inſaniã, & tales ægritudines, quæ à medicis difficulter curari poſſunt.

Canon vigeſimus ſecundus. Licebit ex curſu Solis diuinari ægritudinem, ſi menſem attendamus, in quo quis natus eſt. Verbi cauſa: Natus eſt aliquis in Scorpione, imminebit illi ægritudo ſcapularum, Cheiragra manuum, ſeu digitorum contractio, ſi mulier ſit, dolor ſplenis & ſtomachi. His qui in Cancro nati ſunt, impetigo, vlcera, puſtulæ, maximè etiamſi aſcendẽtem habeant cancrum. Fœminis tormina inteſtinorum, & pericula ex aquis. Habentibus Taurum, infirmitates circa guttur, plæraque etiam alia corporis tormenta, & hoc præcipuè in annis & menſibus præſcriptis malis. Sic Leonem habentibus, ſtomachi dolores. Et aquarium, quos interdum febres diuexabunt diuturnæ, id quod etiam in præcedentibus obiter tetigimus.

Canon vigeſimustertius. Illud etiam præcipuum eſt, non tam ægroto conferens, quàm Medico, videlicet, ſi ægrotus in ſeptima habet Saturnũ, vel Martem, conuenit hîc prorſus neque Medicum adhibere, neque medicinam, & ſi etiam infelix ſit dominus eius domus. Sic placitum eſt Galeno. Item ſi Saturnicus ſit vel Martialis Medicus ipſe, qualis tandem ægrotus ſit, compertum eſt huiuſmodi in perniciem eſſe natũ humani generis. Impoſsibile enim eſt, vt vnquam ſanent, vel proſpere agant aliquid, niſi in prophanis & ruſticis fortaſſe hominibus. Talem nouimus virum ſanè doctum, & apud Principes celeberrimum, quantum ad artem quidem ſpeſtabat, nihil illli deerat, verùm ſacerdotibus, nobilibus, principibus Eccleſiaſsicis adhibitus, nihil vnquam probè egit, ſemper arte ſua fruſtrabatur, ac magnam eorum partẽ peremit, apud prophanos verò nullum illi negocium erat. Vides igitur quid in his atque alijs valeant aſtra. Id auſim polliceri, ſi quis Martem habeat cum Venere in ſexta, hunc futurum Medicum præſtantiſsimum, neque ſe alio artificio occupare de-

bet hu-

bet huiuſmodi. Poſſem eius rei etiam teſtes citare tibi viros graues & medicos, quibus quidem procliuè eſt ſanare, & citra omnem operam, quibuſdam tam graue, vt vix omnibus conatibus aliquid poſſint, quorum nomina ideo ſubticeamus, ne cuiquam obtrectare videamur. Hæc data ſummatim ſint, non quo hîc ſingulatim exponamus omnia. Quis hoc tam breuibus poſſet? Sed quò anſam præbeamus medicis, vt perſpecta vtilitate Aſtrologiæ, hanc incipiant ambabus, quod aiunt, manibus complecti, & non ſolùm è præſcriptis hominum præceptiunculis diſcant opem languentibus ferre, ſed ſuo ipſorum ingenio diſpenſare ſciant quæque, abſque etiam medicina. Non omnes tales ægroti ſunt, qui perferre pharmaca poſſunt. Plærique diæta, plærique obſeruatione ſignorum adduci poſſunt eò, vt reualeſcant. Rideant nos qui velint, maximè ἀμυσόταοι *illi, nos ſane ſincero animo hæc ſcripſimus, exhibituri propediem maiora. Sic placitum erat primò exponere generalia, poſtmodùm ea, ex quibus ſumma rei propendet.*

EPITOME, QVID QVISQVE PLAnetarum in naturis & hominum qualitatibus agat.

HActenus ex membrorum diſpoſitionibus conati ſumus venari hominum ingenia, nunc penitus rem ipſam ſcrutantes, ad Planetas diuertimus, vt ſi quid forte in antecedentibus vel prætermiſſum eſt, vel frigidè & oſcitanter dictum, id liquere poſſit ex conſideratione planetarum. Si cui tam varium eſt (vt inquit Propheta) humanum cor, atque plærunque inſcrutabile, quantò magis neruis omnibus conandum, omnis tentanda via eſt, vt peruium fiat tandem, ſimul atq; ſcrutari poſſit. Addit ad conatum aliquid, dum alia atque alia via tentatur id quod in manibus eſt: ſi enim vnum non ſucceſſerit, alterum ſanè vix poteſt non euenire. Sic quod Phyſiognomia non quiuimus, id pro viribus præſtabimus in Aſtrologia naturali, atque id ſuccinctiſſimè. Neque me clam eſt, quòd & ab alijs hæc tractata dudum & fuſiùs dicta ſunt. Sed quod illi prolixis ambagibus, id nos per compendium abſoluimus. Aequa autem laus eſt, primùm rei alicuius eſſe authorem, atque ſic tradere inuentum, vt ab pluribus ſiccinctè poſſit, & per compendium intelligi. Et ne verboſior ſim dum vitare volo multiloquium, pretium operæ eſt, cuiuſnam naturæ ſit quilibet Planeta explicare. Sol natura ſua calidus. Luna minus calida, ſed humectior. Saturnus frigidus & ſiccus. Iupiter calidus & humidus. Mars calidus & ſiccus. Mercurius anceps eſt. Et ne quid hîc immoremur diu: Mars ſemper calidus quidem, interdum minus, interdum acrius, alioqui tamen ſemper ſiccus. Id quod procliuè eſt cernere in circulo augis in ſigno humido, &c. tunc enim ſolus humidus eſt, iuxta quod vel plura habuerit teſtimonia humectationis. In qualitatibus verò actiuis vigoratur, cum fuerit aſcendens in circulo augis. Iupiter & Venus temperatè calefaciunt & humectant, Venus tamen cum temperata frigiditate. Sin autem fuerint aſcendentes, roboratur temperamentum caloris vtriuſque naturalis, viciſſim, ſi deſcendentes ſint, humiditas eorum vigoratur naturalis. Idem de Sole.

De Mercurio ſecus ſentiendum, hic cum neque ſiccus admodum ſit neque mu
tum etiam gelidus, aſcendens tamen calidior efficitur, & grauitate & ſicci
tate ſiccus. E diuerſo deſcendens, humidior, pauco permixtus frigore, alioqu
tamen plus omnibus alijs mobilior iuxta naturam ſigni, & loci in quo eſt. Iam
ſi iudicium ferre volueris, planetam ipſum ſpecta, dominum natiuitatis. Verb
cauſa: Demus Solem eſſe in Leone tempore natiuitatis Petri, vbi nulli refra
gari licebit, quoniam futurus calidus ſit Petrus, & aliquantiſper ſiccus, atq
ideo prudentem, ſapientem, honeſtum, ſuperbum facit, gloriam & imperium
communiter conſequentem. Et cæterorum planetarum dominus eſt Sol, & in
medio locatus tanquam Rex eorum. Aliud: Sit lunaticus quiſpiam. Luna hu
mida eſt, modicum calefacit, erit igitur natus ille huiuſcemodi obnoxius epi
lentiæ, morbo caduco. Ita ſi Saturno fuerit ſubiectus aliquis, hic infrigidat,
ſimulatque exiccat, facit ob hoc contemptibilem, cogitabundum, triſtem, deie
ctum, ſolitarium, timidum, ſuſpicioſum, inuidum, & infœcundum.

Iupiter, quia temperatè calefacit, & humectat, largitur itaque prudenti
am, concordiam, religionem, honeſtatem, benignitatem. Mars ſimul & exic
cans & comburens, ſuccendit choleram, furorem, præbet audaciam, robur, ſ
perbiam, importunitatem, inſolentiam. Venus, quia parum calefaciens, ſed
plus æquo humectans, efficit potatorem, ocioſum, venereum, manſuetum, luſo
rem, &c. Solus Mercurius, vt diximus, vti Vertumnus quiſpiam, nunc ſiccus,
nunc humidus & frigidus, inſtabilia operatur, atque ideo interdum peſſima.
Porrò dominum ipſum natiuitatis, qualiterq; hunc depræhendere oporteat, in
ſequentibus trademus. Hæc, vt non commentarios ſcribamus, ſed rudimenta,
per compendium dicta ſufficiant.

IN ASTROLOGIAM NATVRALEM, IOANNES INDAGINE.

TEmerarius fortaſsè videri poſſem, ſi id conarer ego, quod ante me
pauci fecerunt in diſcutienda Aſtrologia naturali: Video enim om-
nes alio deflexiſſe animum, ad theoricen videlicet, quod ciuilior
paulò illa ſit, paucos qui naturam ac temporum mutationes ſequuti, naturali-
bus veſtigijs inceſſerunt: Iulius enim Firmicus cùm in hac, atque artificiali
arte adeò primus & poſt ſe reliquerit neminem præſtantiorem, non tam obi-
ter tractauit, quàm etiam data opera diſsimulauit, fortaſsè quod non adeò
multi negotij ſit, naturalem. Aſtrologum euadere, maxima verò laus præſta-
re in artificiali. Cùm reuera (pace dixerim doctiſsimi viri) maior naturali laus
debeatur, quàm artificiali, partim quòd fidelior eſt, & ſuperſtitioſa minus,
partim quòd non adeò facilè imponere poteſt nobis. Nam quid attinet curio-
ſa ſectari, quando vix ea quæ in proſpectu ſunt, perueſtigare poſſumus, etiam
quæ nullis neque principijs firmantur, neque certum eſt, vera ne ſint, an ficta?
Cuiuſmodi eſſe videtur artificialis, non vſque adeò peruia humano iudicio.
At naturalis, tametſi à quibuſdam temerariè abnegetur, tamen experientia
eò prouehit, vt non poſsit non mentis inops eſſe, qui hanc fruſtraneam eſſe

dixerit, de qua conſtat, quòd multò præclariora per eam agnita ſunt, quàm per artificialem. Eius rei teſtem vnum citamus Ioannem Liechtenberg, hominem neque Ptolemæo inferiorem. Hunc enim quis non eſt vehementer admiratus? cui ille non fuit ſuſpiciendus? vt etiam à quibuſdam vates habitus eſt. At is palàm mihi conceſſit, Aſtrologiæ naturali debere omnia ſe, artificiali verò nihil vnquam tribuiſſe, adiutus nimirùm etiam Phyſiognomia, & Cheiromantia. Non quod inde ſuggillare Firmicum velim, aut cæteros eius artis ſummates, Albumaſarem, Alboali, Abraham, Dorotheum, & qui tandem illi ſunt: ſed quòd artificiali hanc meam longè præfero, quantum præſtant ea, quæ à natura ſunt, ijs, quæ ſunt ab artificio. Et quāuis multis ſuſpectū ſit hoc nomē atq; præterea etiam damnatum ab Romanis Pontificibus, tamen nihil eſt aliud quā naturalis philoſophiæ abſoluta conſummatio. Quid enim aliud videtur tibi agere Aſtrologus dum futura prædicit, quàm quòd quæ ſecretiora ſunt naturæ, ac ſoli Deo nota, hominibus inſinuat, per prophetiam Dei voluntatem, & conſilium nobis inſinuans. Vt Moſen illum, & Abrahamum Aſtrologos fuiſſe ferunt Ioſephus, Euſebius, Dicæarchus, Theodotus, & cæteri authores Græci, quos contra Appionem Grammaticum citat Ioſephus. Quanquam quid hos neceſſe eſt citare, cum palàm id fateatur ſcriptura. Sic enim de Moſe Stephanus inquit, Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia Aegyptiorum, & erat potens in factis & in dictis. Præterea Ioſeph Patriarcha, audi quid de ſeipſo dicat ad fratres ſuos. An ignoratis, quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia? Quid ijs teſtimonijs clarius. Ceſſo interim Originem adferre, authorem Chriſtianiſſimum, qui ciſternas effoſſas ab Iſaac, Philoſophiam extitiſſe ait, ſic ab ſtudioſo Patriacha erutam atque profeſſam. Non ideo tamen illam extruimus, quam leges omnes, omnes reſpublicæ damnarent, neque ſanctos homines ei vacaſſe credendum eſt: ſed illam quæ ex certis principijs conſtat, quam omnes ſapientes, omnes cæleſtium rerum ſtudioſi approbant & ſectantur, altiorem, ſanctioremque omni philoſophia, nempe philoſophiæ apicem & ſcopum. Alioqui quorſum ſpectaret tam curioſe ſiderum & cœlorū motus perquirere per philoſophiam, ſi nihil omnino eſt, quod per ſuum motum efficiunt aſtra? Quid tandem motiones illæ proderunt, quando pro maximo firmamento id ratum habent, nihil agere naturam fruſtra? Quid quod in creſcentijs, in graminibus, herbeſcentibus, in fluxu & refluxu maris, in vernantibus temporibus; in quibus verò ab initio influxu ſiderum noua creantur omnia? Id negare omninò non poſſunt. Quod ergo rebus omnibus tribuunt, ſolis humanis corporibus non tribuunt, cum æquè ex elementis ſint vt nihil aliorum? Quid hoc eſt portenti? Dicamus & aliud, ne hanc noſtram cum prohibita exiſtimet conuenire aliquis. Superſtitioſam illam nemo vnquam palam profeſſus eſt, quòd in authoris vergeret ignominiam. iſtam profeſſi ſunt optimi viri, idque maxima cum laude. Prohibitæ nullam dediſſe fidem Pythagoram, earum artium ferè anteſignanum, author eſt Diogenes Laërtius in illius vita, & idem Plutarchus. Ridetur eadem ab Seneca, exploditur ab Cicerone, neglecta eſt ab Ariſtotele, Platone: videbatur enim indigna de

qua vnquàm facerent vel verbum quidem. In ſumma, vt nullis probatur rationibus, ita nec certis firmatur authorib. Noſtra hæc, à clariſsimis viris inuenta & illuſtrata, hos præcipuè habuit autores: Zamolſidem, Zoroaſtem (non qui fortè creditur, ſed hunc Soromaſti filium) Damigeronta, Apollonium, Hoſtanem, Dardanum, Eudoxum, Alchindum, Rogerium, qui ijdem & Magiæ fuerunt authores. Ex noſtris autem Liechtenbergium, naturæ miraculum. Altiſsimis plena myſterijs, profundiſsimam rerum ſecretiſsimarum contemplationem, & donum totius naturæ complectitur, & non tam facit miranda, quam facienti naturæ ſedulò ſubfamulantur. Et quemadmodum prohibita Dei hominibus mancipans, auocat à Deo, ita illa in eam operum admirationem excitat, et quemadmodum agricola vlmos vitibus, ita terram cœlo, id eſt, inferiora ſuperioribus virtutibus maritat. Neque enim ad cultum Dei quicquam promouet magis, quàm aſsidua contemplatio mirabilium Dei. Verùm quoniam in huiuſcemodi narrationibus nonnihil etiam mouent doctiſsimorum virorum auctaria, illud παρέργως monemus, etiam Marſilij Ficini, hominis citra contentionem grauiſsimi. tertium librum legat de vita cœlitus comparanda, intelliget proculdubiò ne minimam adhuc partem dixiſſe nos eius ſcientiæ, modis omnibus diuiniſsimæ, ſed neque dici poſſe, vt nunquam ſatis commendantur quæ diuina ſunt. Idcirco autem tam obiter hæc præfamur, propter eos, qui ſemper ignota damnant, proclamantes ſtatim hæreticum eſſe quicquid ipſi vel non intelligunt, vel damnatum vident ab indoctiſsimis ſophiſtis, quaſi ideo mala vel hæretica ſit Aſtrologia, quòd hanc calumniatus eſt Thomas Aquinas. Sed clamitent interim illi, atque hallucinentur multa, nos quod polliciti ſumus, præſtabimus. Si priùs id fuerimus præfati, viam tantummodo nos munituros, quæ ſic tamen aperta erit, vt qui hanc ingreſſus ſit ſemel, huic promptum ſit ex ijs paruis magna, ex minimis ijs cognoſcere maxima. Ne quid igitur agamus obſcuriùs, & quò minus imponamus ijs, qui in ea arte adhuc rudes ſunt, quando tam crebra de domibus mentio fit, de ſignis, de horoſcopo, de aſcendente, de dominis genituræ vel ſignorum, ſuccinctè quid vnumquodque illorum, diffiniemus ex Iulio Firmico.

NATVRALIS ASTROLOGIAE COMPENDIOſa deſcriptio, per Ioannem Indagine ſacerdotem, nuſquam antea ſimili tractata compendio.

IN primis autem hoc refellere oportebit de Planetis, ſi quis fortè homo Mathematicus calumniari velit, quòd præter Solem & Lunam reliquis Planetis non tantum tribuimus, atque ſummam rei in ijs collocamus tantum duobus. Sciat tantum ineſſe ijs virium quantum reliquis omnibus, deberique interdiu Soli regnum, noctu verò Lunæ, neque opus eſt quenquam reſpicere cæterorum, atque ea differentia eſt, qua ab ſe inuicem diſtant Naturalis & Artificialis Aſtrologia.


Quod

Quod enim ſpeciatim atque ſeorſum de ſingulis Planetis, de obſeruatione horoſcoporum decernit artificialis, id naturalis efficit vna tantum obſeruantia motus Solis & Lunæ. Alioqui tamen adeò affines inuicem ſibi, vt neutra ſine altera addiſci ritè poſſit.

Non malè locabit operam, qui vtramque coniunxerit, non tam propter ſcientiam, quàm etiam voluptatem: habet enim neſcio quid amplius lepôris naturalis, quàm artificialis, tametſi præſtantior videatur altera. Porrò Domus quid ſit audiamus.

QVID SIT DOMVS.

Domus, eſt firmamenti ſpacium quoddam, gradibus emenſum certis, per quod Planetæ mouentur, ſic per metaphoram dicta. Vt enim in domo manſio eſt, ita Planetæ ſua in cœlo, ſcilicet firmamento, loca habent, per quæ mouentur, et in quibus reſident. Ea vocant deſcriptionem ſignorum per gradus 30. nam quælibet domus vel ſignum triginta gradus habet.



DE NVMERO DOMORVM.

Sunt autem Domus duodecim, quas vulgatis rythmis memorarunt Aſtrologi hactenus. Neque nos admodum erubeſcimus adſcribere, quòd videntur memoriam iuuare nonnihil, & ſunt hi, Natus, vincit, fratrem, pater, filium, infirmus, vxorem, Mors ambulat, regnat, fortuna, incarcerat.

Horum interpretatio hæc eſt.

Prima domus, eſt domus vitæ, Hebraicè dicta Betchai, Græcè τοῦ βίου.

Secunda ſuccedens, facultatum, vel ſubſtantiæ, Græcè ἀνάφορα, *ab alijs dicta ob loci importunitatem porta inferni.*

Tertia cadens, θεά, *manſio fratrum.*

Quarta profundum cœli, angulus terræ, domus parentum.

Quinta ſuccedens, gaudium Veneris, Græcè ἀγαθὰ, *domus filiorum.*

Sexta cadens, aduerſæ fortunæ, ſeruorum, infirmitatis, gaudium Martis.

Septima reſpondens ex diametro primo, χλίσις, *nuptiarum, inimicorum apertorum. Octaua ſuccedens mortis.*

Nona cadens, θεὸς, *religionis, vel itinerum magnorum, gaudium Solis.*

Decima medium cœli, regnorum ſiue Magiſterij.

Vndecima ſuccedens, fortunæ maioris Gaudium Iouis.


Duodecima carceris, Gaudium Saturni. Græcè χακοδαίμων.

Sequitur de Cardinibus cœli.

Ex his duodecim quidam cardines cæli vocantur, Prima, Decima, Septima, & Quarta. Primus angulus orientis, eſt ea domus Arietis, natalitij horoſcopus. Secundus medium cœli occupat, domus Capricorni. Tertius occubitus, vel angulus accidentis per diametrum ♎. Quartus, ab Firmico Imum cœli vocatur. In ijs ferè totum iudicium pendet, ſuntque principales anguli, et planetæ maiorem in ijs, quàm in alijs efficaciam habent.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

De exordio natiuitatis ſumendo.

Superſtitioſum exiſtimo, de exordio natiuitatis multa inutiliter cauillari, cùm magis ad artificialem hoc ſpectet Aſtrologiam, videlicet de caſu ſpermatis in matricem, de horoſcopo natiuitatis, &c. alterius, vt prætactum, ſpeculationis eſt. Nos quidem ad Solem, & ad ſignum in quo eſt Sol die natiuitatis, intentionem dirigimus. Nam tot inſunt Soli virtutes, quot omnium ſtellarum Pto. teſte. Et quæ iam ipſa natura & longæua experientia cõperta nobis ſunt, ea faciamus in palàm, ad ſuperſtitioſa quæque conniuentes.

De effectibus Planetarum.

Id tractare conuenit inprimis, de Planetarum naturis & effectibus, quid in vnaquaq; domo efficiant. Quod tametſi in Octocedrõte noſtro fecerimus, non pudet tamen & ſecundo hîc adſcribere obiter.

Si quis

Si quis naſcitur à decima, vel vndecima die Martis, vbi communiter Sol intrat Arietem, duratque per tres decanos vel facies in iam dicto ſigno. Sic vſque ad decimum vel vndecimum diem Aprilis, Mars repertus in die natiuitatis, cum naturâ igneus ſit, Aries ſimiliter, augmentat calorem, & iracundiam, cæterasq; omninò prauas affectiones, magis quam ſi in aquatico vel terreo ſigno fuerit.

Saturnus vbi, & præcipuè in ſexta, octaua, vel duodecima, ærumnarum, miſeriarum, laborum & ægritudinum autor eſt.

Venus temperata, amantem facit mulierum, ludorum, cantorum, conuiuiorum & alia ad lætitiam pertinentia.

Mercurius ſapientiæ & eloquentiæ dator, legum, Rhetoricæ, operum ſubtilium, mercantiarum & huiuſmodi.

Luna amentiam gignit, inſtabilitatem, humiditatem & ignauiam.

Iupiter in angulis pulchritudinis, diuitiarum, honorum & adminiſtrationum autor eſt.

Sol in aſcendente, vel angulis, magnum, honoratum, & inter principes nominatum reddit.

Signa quoque pulchritudinis ſunt Gemini, Libra, Virgo, & prima pars Sagittarij.

Mediocris pulchritudinis Scorpius, Capricornus & piſces.

Sterilia Gemini, Leo, Virgo. Facientia defectionem & inopiam librorum, Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus, Aquarius.

Media & ſine voce, Cancer, Scorpio, Piſces. Rationabilia, Virgo, Libra, Aquarius & Gemini.

Qualitates ſignorum exiſtimo notas eſſe. Calida, ſicca, ignea, Aries, Leo, Sagittarius.

Frigida, ſicca, terrea, melancholica, Taurus Virgo, Capricornus.

Frigida, humida & aquoſa, Cancer, Scorpius, piſces.

Calida, humida, aërea, Gemini, libra, et Aquarius. Et ſic tria ſemper ſigna in vna natura conueniunt, & triplicitatem faciunt.

Habent quoque Planetæ poteſtates quaſdam in proprijs domicilijs.

Aries & Scorpius, domus Martis ſunt. Taurus & Libra, Veneris. Gemini & Virgo, Mercurij. Sagittarius, Piſces, Iouis. Capricornus et Aquarius, Saturni ſunt. Sol vnum domicilium occupat, Leonem ſcilicet.

Luna Cancrum poßidet Habent etiam ſigna ſuas proprias ſignificationes in humanis corporibus ex creatione membrorum.

Aries habet ex corpore hominis, caput & faciem Taurus collum, & gutturis nodum. Gemini, humeros, brachia ac manus. Cancer, pectus, cor, ſtomachum, coſtas, ſplenem, pulmonẽ. Leo inferiorẽ partẽ ſtomachi, dorſum, latera.

Virgo ventrem, diaphragma & inteſtina, Libra, lumbos, & inferiora ventris, vmbilicum, & cæt. Scorpius verenda, teſticulos, veſicam & femora. Sagittarius, nates, & ſuccedentia. Capricornus, genua. Aquarius crura. Piſces verò, pedes & talos, quos cauillas dicimus.

DE SOLE ET LVNA QVAEDAM notatu digna.

Id verò ne cuiquam imponat, prætereundum conſilij non eſt de Sole & Luna, qui licet Planetarum principes ſint, nullius tamen natiuitatis dominia ſortiuntur. Verbi cauſa: Si Luna in Geminis ſit tẽpore quo puer naſcitur, vel etiam in Cancro, quæ eſt domus ſua, non illic dominium ſortitur, ſed Planeta domus ſequẽtis in dominum computatur. Sic Sole in Leone aliquis natus ſit, tãetſi Leonis dominus eſt Sol, hîc tamen dominium amittit, deriuaturq; ad Mercurium patronum ſequentis manſionis, id eſt, Virginis: Virgo enim ſequens poſt Leonem ſignum eſt, & Mercurius dominus Virginis. Item, ſi Luna repeٍriatur in Virgine, tunc Venus eſt domina genituræ, propter Libram ſequentem, cuius ſigni Venus domina eſt.

Non erat inutile & hoc monere (de quo ambigi paſſim video) dominos vel Planetas malos, veluti Saturnum & Martem, non adeò pernitioſos eſſe in proprijs domibus, ceu iam aliorum occupantes caſtra. Exemplum vnum proferam de primo ſigno, quò ſimul et præcedentia fiant clariora. Ponamus Solem tempore natiuitatis alicuius eſſe in Ariete. Iam anteà noſti cuiuſmodi ſit Aries, præterea quid in ijs agat, quorũ horoſcopum tenet. Iunge deinde etiã dominum ſigni, hic eſt Mars. Loca igitur in erectione figuræ Martem cum Ariete, ferasque ſubinde iudicium, longiſſimè ſuperuicturum ſic natum, non obſtante Marte, qui tametſi malus eſt, non vſq; adeo tamẽ malitiam diffundit ſuam, velut in alia domo, niſi quod prò gladio repentinas etiam ægritudines minatur, propter Scorpionem, & Martem in octaua. Non enim nocebit ſic ad mortem ægritudo. Hæc ad ſuperficiem dicta ſint. Et idem de Saturno in Capricorno vel Aquario intelligendũ eſſe cenſemus, ne videamur omninò poſthabere artificialem, quã non inficiamur neceſſariam etiã ad naturalem. Vnde quia ſignorum explicanda nobis vis eſt, id imprimis faciemus de artificiali. Vt ſi cui deſit fortaſſe Firmicus, & tabulæ, habeat autem Aſtrolabium planum, in quo proſpecto ad horam natiuitatis aſcendẽte, poſſit ex minutis illis proferre iudicium: poſt hæc ordine quodam, atque alijs verbis idem agemus negotium Aſtrologiæ naturalis, ſed quæ viciſſim adminiculabuntur etiam artificiali.


DE PRIMA DOMO ET HOroſcopo in Ariete.

Quæris autem, quatenus in nobis operetur in Ariete horoſcopus? Primum omnium moneo, quod & anteà, nihil vrgere in nos aſtra: ſed iam procliues trahere, qui ſic tamen liberi ſunt, vt ſi ducem ſequantur rationem, nihil efficiant, ſin verò naturam, id agere quod in brutis ferè.

Sic editum in lucem facit iuuenta floridum, orbum fratribus, vſq; ad vnum fortaſſe, ſi tamen benè cadat fortuna. Hæreditatem mutabilem, quæ parta, mox diſpergetur, mox diſperſa reparabitur, propenſum ad capitis dolores, magis quam ad alias ægritudines (reſpicit enim caput inprimis Aries) locantem vt plurimum operam ſuam ingratis hominibus, atque hoc ſi Aries in horoſo-

Medium cæli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

roſcopo ſit. Poſt horoſcopum perſpiciẽdi anguli ſunt, de quibus diximus, quod ſignorum habeat quiſque, id ratiocinari ſtatim in procliui eſt ex digitulis, vel erecta figura. Exempli gratia: Primam habente Ariete fit aliquando vt Cancer poſſideat ima cœli, Capricornus medium cœli, Occaſum verò Libra. Nunc quid ſinguli cardines promittant dicendum eſt.

Capricornus in medio cœli, honores decernit, facultatesq́; & ſumptus maximos, eminentiam, arcana religionis, verſutiam ingenij.

Libra in occaſu, vitam & aulicos mores, quæ vita vt à paucis probatur, eſtque inconſtans, ita & hunc deijciet de gradu, iamq́; paulò ante reſidentem in capite, mox pôſt conſtituet in cauda, iam aſflante hunc fortuna, & hilariter acclamante, ſtatim varijs calamitatibus affliget, adeò nullam commoditatem feret ſolam, ſine incommodis, atque appendice iacturarum, eò hunc promouebit conſodalium inuidia peſſimum malum, verùm totum illud damni quicquid eſt, Cancer reſarcit in imo cœli. Figuram, qua velut in tabula perſpicias ad vnguem omnia, hîc adneximus.


De Secunda domo & Horoſcopo in Tauro.

Poſt Arietem ſequitur Taurus in ordine ſignorum regulariter, & locatur in figura ad ſecundam domum, quæ, vt diximus, facultatum, ſubſtantiæ eſt. Si quis igitur noſſe velit num in prima, ſecunda, vel tertia ætate locupletabitur, iuxta triplices dominos, & eorundem collocationem iudicabit, verum idipſũ in poſterioribus, nunc generalia tantummodo dicemus:

Horoſcopus ſi fuerit in Tauro, ratiocinandum erit in hunc modum, videlicet fore eum hominem laborioſum, anxium, atque varijs diſpunctum curis in opibus acquirendis, facilem ad diuitias, & item procliuem ad eaſdem amittendas, triumphatorem de ſuis hoſtibus.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Hunc acceptum Principibus facit in medio cœli Aquarius, atque actibus præſtituet & publicis officijs, fortaſſe etiam negotijs quæ ex aquis sũt, quòd aquæ naturæ videtur eſſe deditior.

Scorpius in occidente cordatum, officioſum, qui vxorem amittet, ſi maſculus ſit, ſin autem mulier, quæ marito & filio priuabitur.

Leo in imo cœli ſi fuerit, patrimonium vendicabit, quod, non obſtantibus omnibus inſidijs, et agnatorum conatibus, conſequetur.

De Horoſcopo Geminorum.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

In his ſi horoſcopum aliquis habeat, hunc pronunciant proſperatum iri à parentibus, fratribus, amicis, cognatis, magnatibus, habere fortunam.

Iuxta

Iuxta Firmicum, ſi medium cæli in Piſcibus habeat, natum victurũ ex humidis & aquoſis, quanquam ad tempus aliunde, non è ſuo alimenta illi miniſtrabuntur, vnde & ſtipendium adſequetur vel principis cuiuſdam, vel ciuitatis.

Sagittarius in occidente, è conuerſo exitium minatur illius germanis et propinquis, quò fiet vt varijs ſolicitudinibus diſtractus animo, tempore multo cruciabitur. Hinc turmatim irruentibus atque frementibus in eum hoſtibus ſuis, inde pelago malorum ingruente, quo linquere etiam paternum ſolum cogatur, vnde exulabit, agetur'que profugus vt Cain, donec tandem Dei præſidio in priſtinum reſtituatur ſtatum.

Idem comminatur & Virgo in imo cœli. Sed temporum varietate & incremento, iuxta conditionem incommodorum ſic & abundantiam augebit et fortunam. Figuram qui noſſe velit, hîc antecedentem reſpiciat.

De horoſcopo in Cancro.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Quantum ad naturalia & omnem fortunam, ſic in Horoſcopo Cancer diſponit. Hominem efficit acri, ſubtilique ingenio, quãquam tardiuſculum paulò, ſuauem, placidum, quietum, iracundum, & cum ſtomacho inſectantem malos quoſque, ſed cuius ira tamen citiſsimè placatur, fortem, moderatum, grauem, quibus donis eò promouebit, vt publicis quibuſdam officijs prælatus, ex illis & victum habeat. Deijcient illi ſe, atque coacti adblandientur quidam, verùm ſimulatè, & non ex animo. Saturnum habet infeſtum ſibi, ſi vel cum Horoſcopo coëat, aut limis reſpectauerit ſaltem. Prædicit autem mortem nõ ſolùm violentam, ſed grauem etiam valetudinem, et necem fratrum ſuorum.


Quanquam pro virili obſiſtat illi (ſi adeſt) in medio cœli Aries, qui gratum Principibus & magnatibus viris facit, & bonarum rerum ſtudioſum, ſimul & diſsipantem & recuperantem patrimonium.

Eadem clementia Capricornus in occidente notam inuret infamiæ, quam paulò poſt diluet, multa diſfortunia, facietque reſtitui hunc in priſtinum gradum. Addet & impetum & calcar ad perueſtiganda abſconſa & arcana ſecretorum, non tamen ſine anxietate multa & labore.

Libra ſi in imo cœli, doloribus dolorem addens, diſsipat patrimonium, idque ſtatim poſt inſtaurat, proſtratum quoque iam publicis functionibus popularibus vel ciuilibus præficiens eundem, adeò vt concredantur ſecreta illi, & negocia maxima, quæ non niſi optimis viris dari conſueuerunt.

Et quod ſuperius Saturnus in Horoſcopo de mala morte interminabatur, id leuius rurſum Libra honeſta morte & ſepultura hunc decorabit. Et ſi Iupiter in ſequēti ſigno fuerit repertus, primùm facit inter omnes maſculos filiū.

De horoſcopo in Leone.



Quibus in Leone Horoſcopus eſt, id euenit frequenter, vt multis negocijs implicentur, & plærumque ad ſe non pertinentibus. Quamobrem, nomina etiam ſibi pariunt immortalia, deferuntque etiam alijs nationibus ſe, libertatem aſſerunt, neque facilè iugum ſuſtinent, omnem autem operam inſumētes, quò alijs præſcribant leges. Marſpiter ſi in artificiali cœli figura è regione atque ex diametro reſpexerit Leonem, in omnē euētum filios negat, niſi hūc demulceat Iupiter, qui fortaſſe vnam dabit filiam.

Taurus ſi in medio cœlo, ſuſpectum viris Principibus facit, ducem officiorum publicorum & anteſignanum, vel dignitate quapiam alia inſignitum à potentibus, omnia ſcientem, in rebus omnibus felicem, præterquàm in vxoribus ducendis, ex quibus reiectis formoſioribus atque honeſtis, anum tamen infamem, aut certè viduam copulabit ſibi.

Occaſus in Aquario, & incremēta pariter & damna largitur. Scorpius in imo cœli, principem ordinabit negotiatorum quorundam, & ij Taurum etiā in medio cœli habent. Quem ex aduerſo proſpiciens Mars, carcerem minatur illi & mortem in peregrinis locis.

De

De horoſcopo in Virgine.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

In Virgine ſi ſit horoſcopus, vehementiſsimè accendit ad luxuriam neruos, facitque natum deperire mulierculas in tantum, vt omnibus velit abuti. Cum petulantia etiam diuitias ſubminiſtrat & Religionē: præficiet enim à reſponſis, à fortibus, ab oraculis magiſtrum, vt è numero videatur delapſus diuorū, callentem omnia, nihil nō explorantem, omnia percallentem, omnium habentem ſcientiam, omnium artificem, abundè etiam diuitem, ſiue ex Religione, ſiue ex literis, ſiue ex negotiatione.

Idem pollicentur fermè in medio cæli Gemini, ſi adſint, niſi quòd non tam præmaturè decernunt eadem, cæterùm in ſcrutandis rebus arcanis, in præſtituendis præceptis viuendi alijs, ingenium impellunt.

Quod ipſum & Piſces faciunt, vergentes ad occiduum; atque non eadem præſagiunt ſolùm, verùm etiam lætiora, nempe venuſtatem, largitatem, ingenuitatem, teneritudinem, fauorem & clementiam apud omnes homines.

Addit ijs etiam diuorum gratiam Sagittarius, præterea & felicitatem, & rerum omnium copiam, filios, regnum ſacrorum, agilitatem quoque ad gerenda hæc omnia. Hoc fatum eius, qui in Virgine habuerit Horoſcopum, in eum modum collatis etiam alijs tribus ſignis, vt diximus.


De horoſcopo in Libra.

Porrò ſi in Libra Horoſcopus ſit, cauſat ægritudines, pericula, hoſtes, lites, attamen ſemper poſt pericula triumphum decernit. Ad hæc etiam dignitates, Religionem, & iudicij ſinceritatem, integritatemque. In nulla prorſus re infelicem facit, quam in liberis procreandis: horum cum aliquot iam procrearit ſibi, atque in ijs omnem fiduciam ſuam locare cœperit, ſtatim numerus ille deficiet, decedentque in quibus proram videbatur collocaſſe & puppim.

Si quis autem ſcire cupiat, quibus dignitatibus præfulgere debeat, & quo

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

in loco, pulchrè id deprehenditur ex aſcenſu Cancri in medio cœli, hîc in Religione vel ſacrato loco, Eccleſiaſticum mihi videtur ſtipendium polliceri. Id eſt enim ferè, ex publicis habere victum.

Eodem referenda exiſtimo pecuniam, gnatos, nobilitatem quæ in ſenecta contingent affluentiſſimè, quanquam in ſucceſſu filiorum nō adeò erit felix, niſi iucunda aliqua, atque fatali irradiatione hunc aſpexerit Iupiter.

Et hæc omnia Aries in occidente tribuet in aquoſis locis vel circa, aut ex aqua. Adducet præterea in diſcrimina maxima, in profectiones longas in deſerta loca, in pericula cum vxore, quandoque in maniacam deſtituet paſſionem, vel phreneſim, idq́ue vſque ad ſenectam, vbi tandem finis erit horum omnium.

Capricornus hac illac conquaſſabit in turbationes plurimas, ſinetq́ue rariſſimè tranquillum agere. Neque patrimonium patietur in tuto eſſe, nunc labefactabit, nunc rurſum reſtituet. Quoniam autem petulantes multum ſunt, quibus Capricornus in imo cœli eſt, ita & hic ex ignobili & illegitima, aut aliunde ſanè filium tribuet.

De horoſcopo in Scorpione.


Si in Scorpione ſit Horoſcopus, naturam arbitror manifeſtam eſſe, iuxta animantis ductum naturalem. Qui hunc in Horoſcopo habuerit, facit iracundum, diffundentem clanculariè aconita, mordentem clam lingua ſua peſtilentica, diuitem vt neminem hominum, fluctuantem in periculis varÿs, vt deſperare etiam poſſit, verùm ÿs aliquantiſper in tranquillum redactis, pacatiſſimum fructum percipientem gloriæ, dignitatum, obſequiorum, lōganimitatis, Religionis. Indit & viuacem ſpiritum, vigorem animi, politiemq́ue ſermonis.

Proinde non obſtante priori damno, filios multiplicabit, qui omnem anteactam amaritudinem ſua felicitate compenſabunt.

Quo

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Quoniam autem perrarò fit, vt quod aſcendens ipſe præſtat, id etiam cæteri cardines cœli non ſpondeant, ita ex Leone medium tenente cœlũ, eadẽ illi ſperanda ſunt, Sed & fortitudinem addit et robur, quibus perfici hæc poßint. Poſtremò omnium et dignitatẽ tribuens, et virtutũ omniũ præmium immortale.


Taurus in occidente tam clam, & in palam illius graſſantes opprimet hoſtes, quod contingere quidem illi poſſunt, modica tantùm infamia conſperget, ob Veneream rem, & tamen & ipſa expirabit paulatim, & patrimonium nunc locupletat, nunc rurſum diſpergit.

Aquarius in imo cœli, diſcrimen ex aquis minatur, & ingratitudinem illorum de quibus ipſe benè meritus eſt.

De horoſcopo in Sagittario.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Horoſcopus in Sagittario ex iis eſt qui multis ac variis periculis implicant, vbi aſcendens fuerit. Allicit atque trahit ſub eo natum ad peregrinandum, tentandáque maria, & fluuios maximos. Ingenium quoque largitur natura ipſa idoneum ad omnes, & ad eas quidem optimas diſciplinas, modò hāc ſecutus ductricem naturam fuerit.

Quod ſi fecerit, Virgo in medio cœli augmentabit fortunā, compenſabitq́ habitos ingenij labores inſigni aliqua poteſtate, qua cæteris anteſtet, qua & liberaliſsimê fungetur, neceſſaria præſtaturus aliis hominibus, tametſi ingratis.

Liberos & nepotes Gemini dabunt in occidente, idq́ue vbi in decliue abierit iuuenilis ætatula, faciente à libellis vel arcanis rebus eum hominem.

Piſces in imo cœli, ex humidis locis dabunt ſubſidia, faciunt & fidum, cui arcana concredi poſsint, ſanguine vel ingenuitate nobilem. Quod ſi modica radiatione hos reſpexerit Iupiter, vxorem obtrudet, verùm conſtupratam priùs vel adulteram.

De horoſcopo in Capricorno.

Medium cœli.



Oriens.

Occidens.

Imum cœli.

Capricornus non omninò malum ſignum, ſi in ſe Horoſcopum habeat, natum facit amabilem, lætum, fidum, ſubdolum, abundantem, ſed puſillanimem, & in offerendis Deo preculis ſuperſtitioſum nimis, inſuper etiam libidinoſū, ſed ſtatim peracta voluptate, mox peſsimè tractantem mulieres, alienæ vitæ, ſecretum cenſorem, maximè verò Religionis aut ſimilis alicuius rei.

Libra in medio cœli, aliena damna, & mortes alienorum illi lucrum ſuū facit, proinde etiam honeſtum, pium, acceptum, eloquentem, eruditum, vouētem in neceſsitate vota Deo, quo fiet, vt tandem mala omnia felix & proſpera ſenecta comitetur.

Cancer in occaſu, infenſos illi faciet amicos, periculis etiam innumeris implicans.

Quod ipſum & Aries comminatur in imo cœli. Fluctuabunt illius omnia, ſubſtantia, dignitates, officia, ferenturque nunc ſurſum, nunc deorſum. Tandem, vt diximus, moderabitur omnia Libra, filium tamen in tantum præſeruare non poterit, quin non in grauem incidat valetudinem.

De horoſcopo in Aquario.

Medium cœli.



Imum cœli.

In hoc ſigno vis Horoſcopi talis eſt. Moderatè diuitem facit, effert etiam, atque apud potentes promouet, conijcit in pericula, è quibus veluti deſperatus iam, eximetur rurſum diuorum præſidio. Facit etiam hoſpitalem, munificum, prodigum, patronum eorum qui è bonis atque melioribus artibus præ cæteris videntur attigiſſe aliquid, tractantem atque diſſipantem ſacra, & in tali conſtellatione.

Si medium cœli occupauerit Scorpius, vires largitur & vitam tetricam ac duram, ad itinera impellet frequenter, vt ſtare vno loco diu non poſſit. In vxoribus fortunam experietur aduerſantem ſibi. Poſtremò omnium bonorum virorum ſuffragijs ex malis omnibus extricabitur.


Leo in occaſu vxorem illi dabit, vel concubinam qua cum varijs ſimultatibus diſſentiet.

Dabit & anum, quæ ore quidem adblandietur ſibi, ingentia illi promittens, verùm in animo alios amabit. Inimici illius erunt domeſtici eius, & illorum adiutorio freti hoſtes alij, conabuntur collidere hominem, De alieno toro copulabit in matrimonium aliquam, aut certè viduam.

Gloriam & pompam, quibus videtur deditus eſſe, illi adauget in imo cœli Taurus, cui & id acceptum ferre debet, quod aliorum ſibi bona adduntur, & vitam viuet diuturnam.

De

De horoſcopo in Piſcibus.



Egregiè ingenioſum faciunt Piſces, animatum, cordatum, fidum, amicabilem, paulatim ſublimatum, donec tandem ad faſtigium hunc prouehant.

Sagittarius in medio cœli, deijciet in pericula multa, in multos errores, alioqui habilem facit & qui potentibus etiam audeat lites mouere, de alio quodam in diſcrimen adducet, facietque poßidere non ſua.

Virgo in Occidente facit cordatum, hoſpitalem, tenentem ſecreta, œconomum, amantem vxorem immodicè, ſed quem vicißim illa non amat, & cæteri quoque, in quos ille officia collocat, illi ingrati ſunt. Vnde fiet, vt crebris laboribus & mœſtitijs angetur, propter vxorem & liberos.

Inſuper cõficietur valetudine quadam aduerſa, procurantibus id Geminis, in imo cæli. Vitio quopiam laborabit ſibi tantùm noto, & ſubſtantiam quam amittet fortaſſe, rurſum recuperabit, atque reſarcient amici, vt ne ſic quidem deſtitutus videri poßit. Spiritum ſuo reddet autori in alienis locis à patria, morte inauſpicata & repentina.


DE IVDICIIS NATVRALIBVS, IVXTA reuolutionem Solis per duodecim ſigna Zodiaci.

HVC vſque triuialia diximus de horoſcoporum iudicio, dicta etiam ab alijs, ſed cuius furti nos non adeò pudet ac piget. Sed enim anteà præfati ſumus, per compendium tantummodò acturos nos ea, quæ ab alijs prolixis commentarijs ſunt præcepta. Cum enim vbique repræhenſibile furtum ſit, in ſolis tamen literis non vitio tribuitur, ſed laudi, maximè ſi quid ab alijs dictum obſcurius eſt, quiſpiam cupiat elucidare. Earum inquam cauillationum nos non piget. Id dictum volumus ad eos, qui omnia faſtidiunt, bar-

bari

bari ex triuio, cum ipſi ad nullam artem idonei ſint, & tamen omnia cenſere lingua ſua ſpurciſſima volunt. Tu quiſquis es, qui hæc legis, magis animũ noſtrum expende quàm verba, qui parati fuimus ad docẽdum, nihilq́; omninò celare te. Si quid aliter ceſſit, præter noſtram ſentẽtiam factum eſt. Ad iudicia nunc properamus naturalia, vbi ſummatim de Ariete ſic habet.

De Sole exiſtente in Ariete.




Occupante Arietem ſole, natum neque diuitem facit, neq; admodum extenuat, vel exhaurit. Item iracundnm, ſed citò placabilem, ſtudioſum, facundũ, varium, elatum, mendacem, luxurioſum, pollicentem (vt ille inquit) aureos montes, ſed promiſſa non reddentem, malè audientem ab affinibus, ab hoſtibus, quos habebit non contemnendos infeſtos ſibi, adducetur in diſcrimen. A quadrupedibus veluti ab equis futurum eſt, vt deiectus, cicatrices accipiat, cum periculo etiam mortis, adeò non cedent illi proſperè aucupia, piſcationes, venationes, ſtatus equeſtris, & quæ eius generis ſunt, in alienis tamen ſeper felicior erit, etiam longæuus. Item ſi puella ſit quæ ſic naſcitur, erit mendax, iracunda, venuſta, curioſa, cupida nouarum rerum, inuida, fœcũda in liberis procreandis, ſed primogenitus illi extinguetur, obnoxia periculis, vnde notã accipiet, vel cauterium in capite, alioqui ex natura etiam ſignata in capite, vel in pedibus. Illud etiam in authoribus deprehẽdimus, Arietis filios diurnales, vt ſic dicam, id eſt, in die genitos, fortunatos eſſe, & magni nominis apud primores vel Principes, è contra nocturnales, diſſortunatos & ignobiles.

De Sole in Tauro.

Ita audacem facit Taurus, & fauſtum in aggrediendis vel pertentandis negotijs vel facinoribus arduis, victorem hoſtium ſuorum, peregrinum, & à paterno ſolo exulem, ſeruilem, familiarem, iracundum, feruentiùs tamen in iuuẽta quàm in ſenecta. Tollit nempe incommoda ſenectus, addetq́; diuitias,

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.


Imum cœli.

& vxorem, atque hoc medio exhilarabit tãdem. Nam in prima ætate ſi quæ illi nupſerit, vix hanc ducet. Solas ægritudines non adimit, apponitq́ue triſtitiam, melancholiam, morſum canis, atram bilem, idq́; circa annum ætatis ſuæ vigeſimumoctauum vel triceſimumquintum. Iis ſedatis, iam rurſum florebit, proficietq́ue in longiſsimam ſenectam, aut Neſtoreos, vel Heſiodos annos. Non paulò aliter fœminas facit petulantes, laborioſas, obſequentes, dicaces, ob amiſsum pudorem infames, quæ infamia labeſcet paulatim, atque euaneſcet, vbi ad annum peruenerit viceſimumprimum. Maritis nubet pluribus, procreabitq́ue liberos. Erit quæ conſulere alijs poteſt prudens, circumſpecta & diues.

De Sole in Geminis.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.


Imum cœli.

Gemini

Gemini natura formoſi, formoſum faciunt, & miſericordem, ſapientem, ingenuũ, liberum, iactabundum, curſorem, peregrinum, ſuarum rerum parum curioſum, quo fiet, vt neque diues euadet, neq; penuria premetur, verum medio modo incedet, eius tamen fidei, vt ærario publico præficiatur. Animo hylaris, intelligens, aſtutus, ingenioſus affabilis, natura quadam hominibus gratus, veluti ij qui Venerem habent in radice natiuitatis. Pulchra quoque facie, pulchris & idoneis artibus imbutus, nempe Mathematica, legibus, Arithmetica. Id præ cæteris habet inſigne, vt cum iraſcitur, celare tamen iram atque diſſimulare poteſt. Imminebit illi periculum vbi ad annum pertigerit 32. aut ex morſu canis, aut ex igne, vel ferro.

De Sole in Cancro.

Medium cœli.



Imum cœli.

Cancer frigidus & humidus, carnem inſpiſſat, allicit ad amorem mulierum, extimulat ad coitum, alioqui ſemper ingenium præſtat, humilitatem & ſapientiam, implicans litibus & bellis varijs, vt multum tamen victorem hoſtium decernens, qui multa tentabit, præcipuè maria. In multis periclitabitur, varijs quatietur incommodis, in multa paupertate & miſeria, & ſi etiam lucri cauſa ſit, nihil tamen inde habitior fiet, theſaurum effodiet, aut reperiet minimè ſperatum. Verùm ſi puella ſit huiuſmodi, pinguicula fiet, formoſa, agilis, iracunda, placabilis, officioſa, prudens, ciuilis, verecunda, ſagax, fallax, aſtuta, ingrata, aliud dicens, aliud faciens & habens in pectore, anxia, laborioſa, expoſita pluribus periculis, periculis in aqua, periculis in caſu, periculis in partu, in cholica paſſione, primum fœtum edens imbecillem, alterum validiorem. Porrò infamiæ ſi quid contraxerit, id quicquid eſt poſt annum diluetur 26. Vtrobique inimicorum victoria eſt, ſiue in fœminis, ſiue in maribus, atque proſperabuntur in annis ſequentibus, benè comati, modeſti, fideles, laborioſi, auidi cibi & potus, noti magnatibus, benè fortunati in agricultura.

De Sole in Leone.

Medium cœli.



Oriens. Occidens.


Imum cœli.

In Leone Sol facit magnanimum, audacem, arrogantem, eloquentem, ſuperbum, deriſorem, immitem, immiſericordem, durum, inexorabilem, tetricum, vndequaq; anguſtijs & periculis maximis ſeptum. E periculis rurſum eximit, & officijs præſtituit publicis, centurionem facit vel pentacontarchũ, è tribus magnatibus beneficia expectantem, infelicem in prolibus, & pro ijs uſtinentem labores & afflictiones multas, ad iram pronum, periculis exponentem ſe plurimis. Succendit choleram, interim etiam ad dignitates prouehit & honores, vocat ad pericula incendij, ferri, impetitionem beſtiarum, vnde in loco ſuccumbet non ſuo. E periculis tamen elabetur Dei præſidio. Simili pacto puella ſi fuerit, animabitur, facietque hanc magno & amplo pectore, gracilibus cruribus, quæ animoſitatis & audaciæ ſunt indicia, atque item iracundiæ, contumeliarum, loquacitatis, ſed tamen cum moderamine, remittit enim in omnibus ijs muliebris clementia nonnihil. Pericula quæ illi imminent, ſunt aqua feruens, vel ignis, ab ijs cuſtodire ſe oportebit. Ex infirmitatibus, ſtomachi torſiones. Cæterum ab anno, 20. vel 21. fortunam ſentiet in diuitijs, quas conquiret potentum opera, in vſufructu rerum alienarum, in familiæ, pulchritudine, amore, filios tamen habebit paucos.

De Sole in Virgine.


Sic Virgo facit rebus domeſticis benè præfectum, ingenioſum, veracem, magnanimum, affectantẽ honores. Auferet & vxorem illi ductã antequam cognoſcat, tollentur illius quædam, atque deripientur, vlciſcetur in aduerſarios, & adeò arcanorum malè retentiuus eſt, vt ne ſecretiſſima, etiam ſua celare poſſit, fortè quia iactantiæ deditior eſt, nitida facie, comptis moribus, amatorem mulierum, in aulam ſe recipientem Regum & Principum. Præterea etiam iuſtum, ſapientem, bonum, honorabilem, conſultorem, patronum

amico-



amicorum,pium,miſericordem,venuſtum,candido et mundo corpore,ſtipatum amicorum maxima cohorte.Puella eius natiuitatis erit ingenioſa, verecunda,pudica,beneuola,officioſa,prouida,iracunda,viro nubet circa annum 16.primogenitum parturiet eleganti forma, periculis implicabuntur plurimis,ſiue viri,ſiue mulieres fuerint.

De Sole in Libra.



Sol in Libra natum facit libidinoſum,negotioſum, bene fortunatum, præcipuè in aquis, aut in ijs quæ ex aquis ſunt, præterea quæ ex aromatibus ſunt,pretioſis lapidibus vel huiuſmodi,in obeundis itineribus prolixis & remotis. Corpore verò facit pulchro,agili,ſermone comptum,optimæ famæ,

rimātem arcana multa, ſed in promiſſis rariſſimè ſtabilem, tametſi aliud præ ſe ferat verbis ipſis. Exponet ſe inſidijs & machinamentis plurimis malitioſis. Vxore prima nō diu fungetur. Accedet & hæreditas illi ex rebus mortuorum, & partim ex ingenio & proprio ſudore, alioqui tamen non facilè credit. In quadrupedibus animantibus non omninò erit diſſortunatus. Propter mulieres verò plura & ingentia ſuſtinebit, impinget in turpitudine coitus illiciti, & ſomniorum interpres futurus eſt longè optimus ſiue diurna fuerit generatio, ſiue nocturna. Puellam facit amicabilem, hylarem, iucundam, quæ varia oblectamenta ex pratis & herbulis capiet, quibus potiſſimum gaudet. Ad loca perpellit ignota, viro nubet circa annū vigeſimumtertium, cuius & matrimonium ſecundabitur. Efferet hanc forma corporis egregia, eloquium dulce, geſtus vrbani. Neque omnino etiam inhabiles ſunt, quicunque ſub Libra ſunt ad literatum ſtudia & artes meliores. Cauebunt autem ſibi aut ab incendio, aut aqua feruenti, ex ijs lædentur, niſi cautiſſimè ſibi proſpiciant.

De Sole in Scorpione.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

In Scorpione Sol augmentat hæreditatem, nato addit audaciam & frontem, & blandiloquentiam, qua fretus pluribus imponet, vna manu panem oſtentans (quod aiunt) altera lapidem celans, ſemper melle permiſcens venenum, ferè nihil eorum faciens, quæ dicit, alias tamen facetoſus, ioculator, credulus, triumphator de inimicis. Sic ſi puella fuerit, facit amicabilem, ſolertem, fallacem, quæ primo ſuo ſpōſo fraudabitur, altero fruetur hylariter, quæ vincet aduerſarios ſuos. Laborabit ex dolore ſplenis, atque cauterium accipiet in capite, aut ſcapulis, vel lacertis, Alioquī vtriuſq; ſexus audaces facit & temerarios, ad prædandum, ad perueſtiganda quæ prohibita ſunt, ad ineundum pacta, ad contrahenda mercimonia, præterea etiam petulantes, fornicatores, inſtabiles, malè cogitabundos, loquaces, iracundos, interdum iuxtà ac

vehe-

vehementer mœſtos atque afflictos. Cæterùm non deerunt, qui hos magnifaciant, qui hos ad ſe vocent principes homines, ex plebeis etiam qui ijs aſſententur, quo fiet vt multò fiant ſpectatiſſimi.

De Sole in Sagittario.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Sagittarius non omnino malum ſignum eſt, manente in eo Sole, fortunam largitur, ſubminiſtratq́; animum ad quiduis tentandum, quod inſtitueris, animabit in primis ad permeandas alienas terras, ad trananda æquora, inde non ſine quæſtu reuertetur qui huiuſmodi fuerit. Conciliabit quoq; amicos ſibi, vt ad principum adſciſcatur domicilia & aulas, nō quadras quidem colligens, & lingens paropſides, vt viles illi ſolent aulici, ſed ſubrogatus ad maiora officia, alienam pecuniam diſpenſabit. Ad quod mganoperè hunc promouebit, atque potiſſimùm conſeruabit in aula, quod natura agilis & fortis eſt. Inſuper equitatui, aucupijs, venationibus, ſaltationibus, pugnis, iocis, luſibus, conflictibus planè deditiſſimus eſt. Quamobrem etiam aduerſarios habebit, qui hæc atque alia inuideant, atque acerrimè hunc impugnabunt, ſed quos collidet tamen, atque peruincet. Et paternam hæreditatem adſequetur, quod non cuiuis contingit. Frequenter etiam iuſtos facit, ſciolos, tacitos, cordatos, ingenioſos, fidos, mites, ſtabiles, firmos, laborioſos, iactabūdos. Quod ſi puella fuerit, nō multum etiam differet, facit eam anxiam, laborioſam, miſericordem, obnoxiam multis æmulationibus & inſidijs ab malis hominibus, ſed victricem, fœcundam, quæ viro nubet circa annum decimumſeptimum, vel ſi non ſucceſſerit, circa annum vigeſimumquartum.


De Sole in Capricorno.

Capricornus facit iracundum, leuem, atque vilibus ſeſe aſſociantem perſonis, ſuſpicioſum, laborioſum, diſtractum varijs litigijs, quæ illi aliunde prouenie̅t, ſed audacter ſuſtinente̅ aduerſaria, eritq́; cordatus. Deperibit puellas,

& eas

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.


Imum cœli.

& eas pauperculas et ſimplices, quæ tandem deducent hunc in ægritudinem. Facit etiam mediocriter diuitem, beneuolum, alacrem, facetum, veruntamen inſtabilem, ſi nocturna fuerit natiuitas, idq́; ferè in omnibus reb. In ſenecta vbi viderit accedere ſibi diuitias, incipiet amare pecunias, declinabitq́; à prima largitate in auaritiam: nam in iuuenta tractari quidem vtcunque poterit. Proſperabitur in nauigationibus, maximè ſi ad orientem fuerit. Ab oriente etiam fortuna illi imminebit à magnis viris. Phyſiognomia ſic natorum talis eſt. Caput cõmuniter habẽt paruũ, compreſſos oculos, moderatã loquelã. Proderunt illis balnea vbi ægrotauerint. Porrò puellæ timoroſæ erunt, citoq; erubeſcent. Dominabuntur inimicis ſuis, et ad aliena loca peregrè proficiſcẽtur.

De Sole in Aquario.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.


Aquarius

Aquarius natum facit amicabilem, cupidum, procliuem ad febres diuturnas, diſſortunatum etiam circa aquas, quas & natura abhorrebit. Creſcet autem illi fortuna circa annum 35. & 36 ex quo tempore incipiet peregrinari, peruagarique loca varia, & paulatim etiam ditari. Sed quæ diuitiæ nunquã ad extremum peruenient, neque cumulabuntur in immenſum, ſed partæ rurſum diſpergentur, niſi vbi anni aduenerint poſtremi, ij reſarcient quicquid largius expenſum eſt in primis. Neque profectiones illæ ad longinquas regiones magnoperè illi ad cumulandas opes cedent, aliunde ab alienis fermè maiora ſperabit, atque conſequetur. Interim varijs incommodis, iacturis, periculis diſtringetur, atque omnium maximè cum vxore & mulieribus. Ducta illi vxor in paralyſim ſoluetur, ſed neque cum alijs etiam proſperabitur mulieribus. Vxore prima non diu fungetur, verum hac reſoluta in tabem, mox felicius ſuccedent omnia. Puella etiã ſic in Aquario nata, ſimiliter delitioſa erit, verax, conſtans, ijs tribus maſculum fere excedens, ſubinde ditabitur alienis bonis. Conſuletur illi de liberis, varijs quatietur aduerſitatibus, tentabit aliena loca. Vſq; ad 22. annũ humiliata incedet, & ſic inde incipiet paulatim illi arridere fortuna. Mediocres diuitias obtinebit Frequẽter omnes, ſiue mares ſiue fœminæ, taciti ſunt, ſapientes, ingenioſi, fideles, faceti, infeſti inimicis.

De Sole in Piſcibus.

Medium cœli.

Oriens.



Occidens.

Imum cœli.

Piſces in primis quidem annis multa ſuis obturbant mala, idq; præter meritum interdum, faciunt etiam auaros, iocoſos, officioſos, luſores, negligentes fortunæ, probæ indolis, amantes bonorum conſortia, procacis linguæ, audaces, ſibi placentes, fortunatos in perueſtigandis theſauris: nam omninò illud eis euenit, vt & ipſi præter ſpem inueniant aliquid. Partim etiã ab alienis ditabuntur. Non diu viuent niſi exceſſerint 3[illegible] tunc ſpes eſt longæuitatis, non nimium tamen ditabuntur, ſed moderatè, alioqui animo & opinione Crœſi diuitias poſſidentes, ob tumultuantes & nullibi non importunas

cogitationes ob mulierem in captiuitatem venient, & pauca illorum proſperè cedent in pueritia & iuuentute. Signum habent in cubito, vel in pede, & fortuna illorum ad meridiem. Puella ſic nata erit feruida, audax, inſolentis linguæ, contumelioſa, litigioſa, multis etiam vndiq; circundata periculis, pudorem abyciet, & relicto marito ſuo, adultero ſe (niſi cohibeatur) compulabit, moleſtabitur torminibus ventris & ſtomachi. Et hoc iam ſecundo de ſignorum influentia dixiſſe ſatis eſt.

De naturis Domorum.

Supereſt vt de naturis quoque agamus domorum & ſignorum, in quibus rebus noſtris faueant cœptis, quid in vnoquoq; ſigno agendum, qui temperare actus noſtros poßimus, vt cuncta nobis eueniant ſecunda & proſpera. Nam hic fermè ſcopus eſt Aſtrologiæ naturalis, ad quem niſi pertigerimus, neſcio ad quid tandem illa poßit nobis (Alchabitio inquiente) prodeſſe.

Prima domus Arietis eſt. Et primum etiam in ordine ſignorum, vocatur ab Aſtrologis domus vitæ, & ferè ſemper initia illis ſignificat operum, id eſt quæ in ipſo vitæ exordio vel delectant, vel malè afficiunt natum, item & robur & debilitatem. Denique omnia quæ ad vitam ſpectant naturalem.

Secunda eſt Tauri. Domus facultatum, victus, miniſtrorum, ſeruorum, ſignificans finem iuuentæ. In eam ſi fortè fortuna inciderint Iupiter, vel Venus, Planetæ cæteris nobiliores, promouebunt ea in primis quæ ex bonis mobilia ab Iureperitis vocantur, vel etiam immobilia, vt hortos, agros, vineas, redditus annuos & quicquid eſt, quod durare poteſt diu. Mancipia ſi quis conduxerit in hoc ſigno, rem domeſticam fideliter diſpenſabunt.

Tertia domus. Succeſſum cum fratribus, ſororibus, propinquis, & minoris itineris, in tertia locant domo, id eſt Geminis. Si quis igitur ♃ horoſcopū habeat, hunc pronunciant proſperatum iri ab fratribus, ab cognatis, ab magnatibus & propinquis. Conducit et in hoc ſigno ſcribere ac mittere epiſtolas, ambulare iter breue, contrahere amicitiam, inire fraternitatem, & huiuſmodi.

Quarta, manſionis inſcriptio eſt patrum, hæreditatum, theſaurorum & arcanorum. In ea bonum eſt contrahere, emere, vendere, cambire vineas, agros, poſſeßiones, erigere ſtructuras & machinas, iacere fundamenta, effodere terram, quærere theſauros, teſtari, deligere ſepulturam, proſperatur hæc omnia Cancer.

Quinta eſt domus filiorum & dilectionis, legationum, donationum, & eorum quæ poſt defunctionem vitæ ad laudem vel vituperium pertinent. Expedit Sole hanc occupante tractare omnia, quæ in mentem veniunt, indulgere genio, pergræcari, heluari, peregrinari, inire pacta & amicitiā, propter gaudium Veneris illic diffundente lætitiam. Conuenit & veſtibus nouis veſtire ſe, ſcribere epiſtolas, periocari, ludere, conquirere ſibi amicos, qui fidi ſunt quiq; poßint in neceßitate propugnare, vel defendere.

Sexta domus Virginis. Si quid autem ad triſtitiā ſpectat, ad ægritudinem, id ſextæ deputatur domui, & vocatur infirmitatis, ægritudinis, triſtitiæ, ſeruorū, gaudiū Martis. Nulla hîc emptio probatur vel vēditio, propter perfidiā, labo-

laborem & dolorem, præſertim ab Mercurialibus & Virginibus, quos vitare oportebit. Exaggerat hæc in nos falſos teſtes, latrunculatores, & qui vitæ noſtræ inſidiantur, homicidas, ſanguinarios. Præterea & tumultus bellicos, ſeditionem, factiones, omnia hæc ab Virginiſtis in ſexta, & Mercurialibus, propterea quòd Mars (vt dictum eſt) in hac gaudet.

Septima domus in Libra Sunt deinde poſt ægritudines, nuptiæ, coniugia, & ea quæ circa mediam vitam velut in directa iam Libra trutinantur. In ea valet inſtaurare amiſſa, reparare deſperata, & quia habitatio conſummatæ inimicitiæ eſt, committere quoque cum hoſtibus, vndiq; immittere ſe guerris & litibus, ijs præcipuè qui Arietem habent aſcendentem.

Octaua ab oriente manſio Scorpionis eſt domus vel pars mortis, timoris, pauoris, hæreditatis, mortuorũ & eorũ quæ poſt mortẽ fiunt. Commorante in ea Sole, vide ne quid auſpiceris, neq; iter arripias, non aquis credas te, facilè hic impingitur, quamobrẽ vitãda ſunt omnia bella, cõtentiones, iniuſtæ cauſæ, inimicitiæ, mulieres malæ, maximè ſi ex parte hæreditatis hæc oriantur.

Nona domus in Sagittario. Habent & fides, Religio, prolixa itinera, ſapientia, Philoſopia, Matheſis, libri, epiſtolæ, narrationes, legationes, ſomnia, rumores, ſuas in cœlo ſtellas. Quo fit, vt peragrante hanc domum Sole vel Luna, ea tractari debent, quæ ad prædicta iam ſpectant. nam citius ſortiuntur effectum, quàm alio tempore: eſt enim hoc tempus conſummatæ amicitiæ complementum.

Decima domus in Capricorno Non omninò etiam fruſtrà eſt, quòd hic in regem adſciſcitur, ille verò præficitur potius. E cœlo eſt hoc, atque decima domo, vocaturque domus regni, dictaturæ, magiſtratus, tribunitij, præfecturæ, imperij, & quidquid poteſtatis eſt. Si quid igitur præcipiendum eſt, ſi qua in ditionem redigenda prouincia vel vrbs, ſi quod adipiſcẽdum magnificum regnum, ſi quis adoriendus iudex, ſi patrocinandum egenis, ſi conferendum cũ magnatibus vel præpotentibus, fauſtè atque feciliter fieri poteſt, manente in ea domo Sole vel Luna. Vulgato nomine vocatur domus Capricorni ordine regulari, ſi Aries fuerit prima.

Vndecima domus Sole in Aquario. Hæc eſt domus laudis, fortunæ maioris, gaudium Iouis, miniſtrorum auxiliatorum. Licebit in ea adoriri aduerſarios, conquirere amicos ſibi, laudare alios, à quibus præmij quippiam ſperatur, deniq; tractari poſſunt omnia quæ optamus vt fortunatè eueniant.

Omnium peſtilentiſsima fermè eſt duodecima. Nempe habitaculum inimicorum, carceris, laboris, ærumnarum, inuidiæ, ſuſurrationum, beſtiarum, termini vitæ, nil in ea frugi auſpicabitur. Cauendaque imprimis vincula & carceres, quos ſi quis inciderit in hoc ſigno, maximo cum negocio liberabitur, et mortem operatur, & omne malum, reſidente nimirum illic Saturno domino illius ſigni, vel Marte. Et ſic de reliquis ſucceſsiuè ſignis, & domibus ſuccedentibus.

Atq; huc vſque de natura & effectibus ſignorum, quid promoueant in ijs qui hæc habuerint aſcendentia, id eſt qui nati ſunt in talibus. De planetis res

ipſa poſtulat, vt vel obiter in memoriam reducamus, quæ de ijs in præcedentibus dicta ſunt. Cæterum nolui quò fucum hîc quærat aliquis in re omninò leui, vbi ſi iactare nos etiam velimus, res ipſa prohibet, ne circa hanc magnoperè luxuriemus, atque ex muſca (quod aiunt) faciamus elephantem.

De Saturno domino genituræ.



Saturnus vbi dominus genituræ fuerit, habet id quod trahit natorum animos, vbi illi conceſſerint habenas, nempe delationem ad tumorem, peruicaciam, malitiam, ad calamitates & ærumnas multas. Largitur alioqui fidem, & in perſuadendo conſilium, et decernẽdum quod iuſtum eſt, niſi in proprijs rebus, in quibus non adeò ſapit, vbique ſui ingenij, atq; ſibi vacantem facit, cibi parci, verùm potus largioris, ad vxorem & liberos nõ multum affectos. Præterea quantum ad corpus, emacerat, exſiccat, infrigidat, noxios indit humores, miniſtrat pallorem, maturè accerſit ægritudines, morbos omnes in vnum exaggerat, videlicet, peripneumoniam, hydropiſim, podagram, morbum regium, ſiue caducum, vlcera, alopeciam, cæcitatem & quæ ex vitioſis humoribus ſunt malorum omnium mare. Præſcindit etiam vitam aut in loco humectiore, aut certè extra paternum ſolum ignoto, aut derelicto, atque eodem ſucculento. Malum eſt, ſi illius in manſionem inciderit Mercurius: facit enim incantatorem, magum, ariolum, fœdifragum, hoſtem parentum & fratrum (ne dicam) omnium etiam hominum.

De Ioue domino genituræ.



Iupiter nuſquam atrum calculum meretur, nullum eſt conſilij, prudentiæ, ſcientiæ & eloquentiæ pulchritudinis donum, quod ille non magnificè præſtet,

ſtet, vt ſi vir quiſpiam bonus delineandus nobis fuerit, hunc oporteat fingere Iouianum. Nihil eſt quod multis agam, frugi & virtutes omnes optimas illi vendicato, non errabis. Summatim, habent omnia Iouiales, tantum abeſt, vt in illis virtutis aliquid deſideres. Quorſum enim opus eſt, commendare in iis magnanimitatem, honores longè ampliſſimos atque cæteras mundi dotes: cũ dixerim, nihil eſſe in illis quod deſideretur.

De Marte domino genituræ.



Contrà Mars vt natura peſſimus, ita ingenia ſuggerit omnium peſſima, & quemadmodum de Iouialibus diximus, nihil eſſe de quo in controuerſiam quidem vocari poſſint, ita de Martialibus pronũciamus nihil eſſe ſcelerum, quod audacter illi non audeant, nullum eſſe tam fœdum crimen, quo illi contaminati non ſint. Apud hos virtuti ſtudere piaculare eſt. Virtus maxima, latrunculari, graſſari, cædere, ſuccendere ignes, mentiri, imponere, deludere. Et quid dicam, genuinũ eſt illis, omnia patrare nefanda, & ſi quid ſceleribus ſceleratius, aut ſceleſtius eſt, illud impune & citra frontẽ illis facere ſumma licẽtia eſt.

De Venere domino genituræ.



Veneris proprietates notiores etiã ſunt, quàm vt multis ambagibus has conueniat retractari. Neq; video, quomodò non cũ Ioue coincidat, niſi quod operibus ac factis omnibus, virtutibus omnibus, ſcientiis omnibus, deniq; quicquid boni præſtat Iupiter. Splendorem addit Venus et luxuriã, non eã tamẽ dico, quæ in inguine eſt, maximè ſi Iupiter illi acceſſerit, aut hãc reſpectauerit benignius, vel certè cum Mercurio coëat. Cum Saturno & Marte nota eſt ſignificatio.

De Mercurio domino genituræ.



Quibuſdam Mercurius ambiguus videtur, cum bonis bonus, cũ malis malus. Hoc interim docemus, alioqui ſeorſum optimus eſt, tum maximè in dotibus ingenij miniſtrandis, quibus Iouem & Venerem præcellit. Porrò artiũ & diſciplinarũ genera, quæ illi largitur, notiora ſunt, quâm vt repeti hîc debeãt:

De Sole cum genituræ domino.



Totum illud quod de bonis diximus Planetis, & de Sole dictum volumus. Non malum Planetam habet qui hunc habet. Non dico, ſi dominus genituræ fuerit, nunquam enim hoc ſortitur. Perinde etiam vt Luna ſi cum domino genituræ inciderit, mihi medio quodam modo inter Martem & Venerem incedere videtur. Et quemadmodum in ordine medius eſt, ita & in natura mediocritatem ſeruat. Quod ſi cum tribus illis Ioue, Venere vel Mercurio ſcilicet etiam conuenerit, nemo non videt hominem hunc eſſe feliciſſimum.

De Luna cum domino genituræ.



Lunâ

Luna ob hoc ſolùm malè audit, quòd inſtabilitatem gignit, verùm in homine inſtabilitas, quid tandem non malorum etiam trahit ſecum?

Canon ſuper erectione figuræ cœli.

EAdem ſeries eſt ſignorum, quæ in artificiali. Quodcunq; principatum obtinuerit, ſemper iuxta ordinē per ſingulas domos ſinguli ſunt infarciendi Planetæ. Vt ſi Aries ſit ſignū in quo natus es, loca Arietē in prima domo, deinde Taurū in ſecunda, Geminos in tertia, Cancrum in quarta. Si autem Sol fuerit in Cancro, tunc locabis Cancrum in prima, Leonem in ſecunda, Virginem in tertia, Libram in quarta, Scorpionem in quinta, Sagittarium in Sexta, Capricornum in ſeptima, quod eſt oppoſitum Cancri &c. ordine ſuo quem noſti.

Porrò dominium ipſum ſignorum longè diuerſum eſt, atque ferè præpoſterum quàm traditum eſt à Firmico. Hic tantùm aſcendentis dominus ſpectatur, poſt hunc locantur in qualibet domo iuxta eorum ordinem naturalem cæteri Planetæ. Et in tantum cum artificiali conuenit, quòd aſcendentis dominus iuxta aſcendentem collocatur. Cæterorum nullus eſt ordo, niſi naturalis. Verbi cauſa ponamus, Sole exiſtente in Ariete natum eſſe aliquem, cupio erigere figuram. Ea ſic ſtatuenda eſt:

Scio nunc ſeriem domorum, ponam in prima domo Arietem, in ſecunda Taurum, in octaua Scorpionem, in noua Sagittarium, in decima Capricornum, in vndecima Aquarium, in duodecima Piſces, ſic inſcripta ſigna ſunt, qui mos eſt etiam eorum fermè qui ex horoſcopis iudicant.

Reliquum eſt, quo ſubſcribantur & Planetæ domini ſignorum. Subſigno ad dominū Arietis Martem: quia Mars eſt dominus Arietis & Scorpionis. Deinde ad ſecundam domum adſcribo Solem, ad tertiam Venerem, ad quartam Mercurium, ad quintam Lunam, ad ſextam Saturnum, ad ſeptimam Iouem, ad octauam Martem, ad nonam Solem, ad decimam Venerem, ad vndecimam Mercurium, ad duodecimam Lunam. Vides igitur, excepto domino aſcendentis, reliquos iuxta ordinem ſuum locari naturalem. Quādo autem de aſcendente hic loquor, nolo quis intelligat de aſcendente tempore horoſcopi, ſed de ſigno in quo fuerit Sol.

Item in ſecunda reuolutione pones Saturnum ad primam, & erit dominus vitæ 13. anni nati. Deinde ad ſecundam Iouem, & iudica de ſubſtantia nati iuxta naturam eius. Exinde ad tertiam domum locabis Martem, ex illo iudicabis de fratribus & propinquis, breuibus itineribus, & cæt. Ad quartam pones Solem, & iuxta illum parentes, hæreditatem in decimoſexto anno iudicabis.

Ex typo illo licebit cuilibet fingere ſimilem reuolutionē, et perſpicere, quid ſingulis annis futurum ſit cuiq;. Significat enim hîc domus, nō momentaneam illam reuolutionē, qua duabus horis in vnaquaque domo verſatur Sol, ſed anniuerſariam. Vnde reuolutionem vnā ſubdidimus vergentē ad annos fermè 84. iuxta aſcendentē Arietem. Si aūt cæterorū aliquod in aſcendēte fuerit locatū, alia formatur, ſed tamen ad eum typū. Si vis de prolib. reſpice quintā,

ſi de

ſi de ægritudine, de pecudibus paruis, vel de ſeruis, vide ſextam. De connubilibus, de inimicis manifeſtis, ſeptimam. De morte, & hæreditate mortuorum & de generibus eorum, aſpice octauam, atque ſic de reliquis domibus.

Neq; video quid vltra poßit vel debeat addi. Summa huius artis eſt, ſcire naturam ſignorum & Planetarum, deinde erigere figuram, et exercere quod lectum eſt. Experiatur qui velit, videbit hanc cum artificiali non ſolùm conuenire, ſed etiam longißimè excedere, non tam propter facilitatem, quàm certitudinem. Cernis enim, vt nihil inibi ſpeculandum eſt niſi pauca quædã, quæ ex artificialis penuario proferuntur, & quod in præfatione ſumus teſtati, id iam ſecundò repetimus citra pudorem, Liechtenbergium ſuæ ætatis doctißimũ in naturali Mathematica, hac arte ſola Aſtrologos omnes dementaſſe, ex hac egiſſe ſtupenda. Itaque iniquum videbatur nobis, ſi tanti magiſtri artem tam dignam ſineremus obſcurari. Nam ex eo hanc hauſimus, non noſtropte ingenio finximus, propter quod eò minus in ius vocari debemus, aut criminari à quoquam, ſi non omninum palato fecerimus ſatis. Niſi hoc fortaſſe vitio debeat verti, quod aliorum benefacta poſteris exponimus, & aliena præferimus noſtris. Quod ſi nefas eſt, quis hìc tandem immunis à vitio erit, etiam ij qui hac tempeſtate iudicantur doctißimi? Figuram hìc vnam pio Lectori ob oculos poſuimus. Cæteras reuolutiones, qui noſſe velit, tabulam è regione poſitam legat.

FIGVRA REVOLVTIONIS SIGNORUM & Planetarum, iuxta Aſtrologiam naturalem, cuius Horoſcopus eſt ♈, & dominus illius ♂.



CON-

CONTINVATIO FIGVRAE PRAECEDENtis, ab Horoſcopo primi anni Arietis, vſque ad annum octogeſimum quartum.

1	♈	♂	13	♄	25	☿	37	☉	49	♃	61	☽	73
2	♉	☉	14	♃	26	☽	38	♀	50	♂	62	♄	73
3	♊	♀	15	♂	27	♄	39	☿	51	☉	63	♃	75
4	♋	☿	16	☉	28	♃	40	☽	52	♀	64	♂	76
5	♌	☽	17	♀	29	♂	41	♄	53	☿	65	☉	77
6	♍	♄	18	☿	30	☉	42	♃	54	☽	66	♀	78
7	♎	♃	19	☽	31	♀	43	♂	55	♄	67	☿	79
8	♏	♂	20	♄	32	☿	44	☉	56	♃	68	☽	80
9	♐	☉	21	♃	33	☽	45	♀	57	♂	69	♄	81
10	♑	♀	22	♂	34	♄	46	☿	58	☉	70	♃	82
11	♒	☿	23	☉	35	♃	47	☽	59	♀	71	♂	83
12	♓	☽	24	♀	36	♂	48	♄	60	☿	72	☉	84

Supputationem Lector, ſi velis, in infinitum exaggera.

EXPERTISSIMO PHYSICO HENRICO Stromero Vrbacenſi, amico, Ioannes Indagine S. D.

INTER ea quæ doctè & frugi ſolent à medicis tractari (Strome doctiſsime, ea præcipua ſunt quæ de Complexionibus adducuntur, quas quidem ſic optarim ab ſuis authoribus ſcriptas fuiſſe, ne aliunde noſtrum addidiſſe fucum fuiſſet opus. Ferè enim hic nobis eſt mos, vt è ſingulis authoribus præcerpamus aliquid. Deinde ÿs quæ obſcuriora ſunt ſuperinduamus ſplendorem: Sic ex Aſtrorum ſcientia illuſtrare volebamus medicinam. Verùm cum nihil huiuſmodi videremus, atque non tam conniuere quam cõtemnere medicos hæc, ſtudium hoc nobis fuit, non quidem quò derogari Medicorum authoritati voluerimus, ſed quò vna cum illorum canonibus, cuilibet etiam è ſtellis & Planetis obuiam faceremus, atque procliue cognoſcere, cui quiſque qualitati ſit obnoxius. Sunt enim diuerſa hominum ingenia quæ ex Planetis cognoſcere in promptu eſt, ex qualitatibus verò elementorum non adeò. Veluti quod efferi ſunt Thraces, Itali regales ac ſplendidi, ſtolidi ac leues Galli, Syri auari, acuti Siculi, luxu defluentes Aſiani & Aſſotÿ, iactabundi Hiſpani. Sunt prætereà Propathiæ, Metriopathiæ, Diſpathiæ et Idiopathiæ, quæ nuſquam rectiùs quã ex Planetis ipſis dinoſcuntur, & climatum obſeruatione. Facit aũt Propathias Mercurius, Metriopathias Iupiter, Diſpathias Mars & Saturnus. Idiopathiæ ſingulis ſingulæ communes ſunt. Et ſi Proclo credimus Platonico, etiam ætates ex Planetis pendent. Nam primum menſem deberi volunt Saturno, ſecundum Ioui, tertium Marti, quartum Soli, quintum Veneri, ſextum Mercurio, ſeptimum Lunæ. Rurſum octauum Saturno, nonum Ioui, atque ſic deinceps, inde quoq; inproſperos fieri partus menſe octauo, nouo autem optimos. Huiuſcemodi coniecturam curæ nobis fuit adſcribere, & ex Aſtrologia adſerere medicam artẽ nunquam laudatam ſatis. Tu qui primùm efflagitaſti opus à me inuentum

 primo,

primò, benignis & obuijs ſuſcipe manibus, atque inuidiam (ſi potes) malignantium Zoilorum, ſplendore tuo propelle, ſi non potes, ride. Commune enim hoc habet noſtra Aſtrologia cum bonis regibus ferè, vt benè faciat & malè audiat. Vale Datũ Steinheym ex parochia noſtra 14. Auguſti, Anno M.D.L.II.

IN LIBRVM DE PERNOSCENDIS PLANETIS Horoſcoporum & ſignorum aſcendentium ex quatuor Complexionibus, Ioannis Indagine.

PRAEFATIO.

SCIO quid hîc dicturi Medici ſint, ſi viderint in ſuam meſſem falcem miſiſſe me, atque illud mihi opprobrabunt fortaſsè: Ne ſutor vltra crepidam. Quibus nos obgãnimus viciſſim. Plærunque & holitor oportuna loquitur. Neque etiam protinus doctum facit profeſſio, ſed labor atque induſtria. Quæ quoniam moderatè nobis contigerunt, nec modicũ etiam illud celare volumus ſtudioſos. Illud in primis obteſtantes, ne ante damnent quàm legerint noſtra. Subinde ſi alia dixerimus ab Galeno & Auicenna, quàm ipſi ſcripſerint hactenus, condonent licentiam hanc nobis, quanquam pro viribus conati hîc ſumus, vt & illis diceremus conſentanea, niſi quantum aſtrorum ſcientia ab illis cogit diſſentire.

Non enim hîc noſtrum negotium agere volebamus, ſed iuuare Medicos, qui alioqui ex complexionibus omnia dijudicant, vt non tam protritis illis freti manuductionibus, vt puta vrina, Phyſiognomia & pulſu, ac huiuſmodi, quæ imponunt nonnunquam parum ſollicitis, quàm etiam ex Aſtrologia ſaluare ægrotos poſſent, atque cognoſcere qualitates hominum. Operam noſtram boni conſulite, quicunque Lectores eſtis, non ſtudium ipſum noſtrum metientes, ſed conatum, ad rem ipſam properamus.

Quid ſit complexio.

Eſt autem Complexio, authore Auicenna, qualitas, quæ ex actione ad inuicem & paſſione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum reſultat. Quam diffinitionem qui velit exantlare ad vnguem, actiones illæ & paſſiones quomodo in ſe agant mutuò, legat eum authorem li. 1. ſent. 1. doctrina. 3. cap. 1. Nos præmittere oportebat, ne quid non diceremus, quod ad rem pertineret. Sicut & illud de quaternario numero elementorum, de qualitatibus primis, de illorum actionibus mutuis, quæ petenda ex philoſophia ſunt naturali. Neque enim id intendebamus, ſed quantum ad ſtellas & genituras pertinet adſignare rationem, cum complexionem alicuius nouerimus, quibus ſtellis vel Planetis fiat, vt ad hoc vel aliud ille inclinatior eſt. Exempli cauſa: Sanguineus aliquis eſt, ſed verbero, raptor, ſanguinarius, quæ in ſangineis rarò ſunt, conijcio hunc Saturnum vel Martem habere in horoſcopo natiuitatis. Naturam ſingulorum Planetarum ſubiecimus. Adhæc quia magnopere cõducit & Phyſiognomia & Chyromantia, vtraſq; præmiſimus, & hîc etiam inſperſimus, quantum rei præſenti conuenire nobis videbatur.

De ijs quæ bonam faciunt vel malam complexionem.

Naturam bonæ complexionis vel malæ, Albertus vir naturalium rerum non imperitus, in tribus ait conſiſtere, in debita corporis mole, in eleganti mẽbrorum diſpoſitione, & in venuſtate coloris. Ex ijs licebit conijcere ingenuitatem complexionis, ſiue ad ſanguinem, ſiue ad phlegma. Rurſum habitudinẽ malam in nimia craſſitie, nimia macilentia, in immodica tenuitate, corrugatione & ſqualore, quæ quem poſſederint, faciũt melancholicum, cholericum, vel phlegmaticum. Craſſitudo enim ex immodico frigore & humore eſt, macilentia ex caliditate & ſiccitate, ſquallor ex frigore & humore, quanquam hîc ſecus quibuſdam placeat. Porrò gelu & humor phlegma faciunt, caliditas & ſiccitas choleram, frigiditas & ſiccitas melancholiam.

De obſeruantia complexionis ex colore.

Habitudini corporali ſuffragatur & color. Eam trifariam partiuntur, Nam quendam ineſſe capillis, alium cuticulæ, tertium oculis. De ijs admodum plura etiam Ariſtoteles. Omnes ſi in vnum computentur, aut ex æqualitate conſiſtunt, vt albus rubeo permixtus, & cauſatur ex abundantia humorum. Aut ex inæqualitate, ſiue ex obliquo conueniunt, verùm nobilior qui ex æqualitate conſiſtit humorum. Differentiam ſi ſcire voles, ex ſenario dependet. Primus, ex albedine & rubedine eſt, Secundus niger, Tertius citrinus, Quartus glaucus, Quintus albus, Sextus rubeus. Extremi ſunt albus, & niger. Cæteri medij, partim ex albore, partim ex nigrore cõmixtionem habentes in æqualitate. Optimus tamen, qui ex albedine & nigredine eſt. Author Galenus: Notiones hæ ſunt, albus conſperſus rubore, tumentibus buccis, ſanguinẽ notat, albus phlegma, pallidus melancholiam, fuſcus, ſubniger, niger choleram.

De complexione pernoſcenda ex tinctu capillorum.

Neque obſtat, quod de capillorum natura authores referunt quidam, datam videlicet ad decorem, quod ſic ornatu ſplendoris nonnihil adfert naturæ. Non ideo tamen abrogatur coniectura, cum multis argumentis teſtari poſſimus, etiam de complexione. Verbi cauſa: Viros depiles & imberbes, aut eunuchos, aut phlegmaticos, nigros & nigrantibus capillis, cholericos vt plurimum. Sunt autem quatuor, qui vulgati quidem ſunt, niger, rubeus, glaucus, & canus. Glaucus ex humore melancholico eſt, Canicies defectione caloris naturalis, & phlegmatis putreſcentis. Rubedo videtur adſerere ſanguinem, nigredo choleram, glaucedo melancholiam, albus phlegma. Quæ cauſa eſt, quòd rubor nigredini præfertur, quòd nobilior complexio ſanguinis eſt, quàm choleræ. Et illud corpus optimum eſt (teſte Galeno) quod molliculum rubeis capillis ornatum eſt. Tametſi hîc plurimum refragetur Conſtantinus, nigrum ipſum præferens, tum quòd fortior atque ſtabilior eſt, tum etiam propter iuuamentum. Quæcunque enim ſuperfluitas magis eſt nociua, eius expulſio præſentiùs iuuat, vt cholera ſuccenſa & ſanguis aduſtus magis conficiunt quàm ſanguis non aduſtus, verùm ad iſtius expulſionem ſequitur generatio capillorum nigrorum, & non rubeorum, præſtat igitur rubedine nigredo. Alijs aureus magis placet, cum nigrore in oculis. Quod vtrunque etiam ſinamus

Alberti placitum eſt, optimum colorem optimam deſignare complexionem cerebri, videlicet calidam & humidam. Tametſi in operationibus naturalibus magis conueniat caliditas & ſiccitas, maximè ad apprehendendum aliquid. A calore eſt enim quod velociter rem aliquam deprehendimus, à ſiccitate memoria & firmitas retinendi. Ab calore motus eſt & agitatio, ab frigore quies & tranquillitas, è quibus ratiocinatur, magis cerebri complexioni conuenire ſiccitatem, quàm humiditatem. Videmus enim quibus cerebrum eſt humidum, hebetis ingenij eſſe, ſomniculoſos & tardos, ſiccum vero, acres, vigilantes, ſobrios. Quamplura igitur ex capillis depræhendi poſſunt, quæ ad complexionē ſpectant, Sed in præſentiarum ſatis.

De Complexione Cholerici.

Cholericam complexionem facit caliditas & ſiccitas. Vnde qui calidi ſunt & ſicci, Cholerici vocantur. Agnoſcuntur autem ex Phyſiognomia, & vrina, & ex horoſcopo natiuitatis. Quoad Phyſiognomiam, oblonga habent membra & ea gracilia, nimirum ſuffocato atque extincto humore per caliditatem & ſiccitatem. Capillos habent interdum criſpos & retortos, interdum planos & nigros, nonnunquam etiam rubeos & duros, totum ex abundantia caloris, oculos profundos, naſum acutum, faciem citrinam. Eloquium velox, pectora ampla & hirſuta, egeſtiones aduſtas, & vmbilicotenus hirſuti ſunt. Vocem argutam, pulſum durum & præuelocem, greſſus celeres, procliues ad ebrietatem, ob ſtomachum & calidum cerebrum inſomnes, proni ad coitum, oculos habentes citrinos, os amarum, linguam aſperam, torſiones in ſtomacho, ſiticuloſi, citò caligantes in oculis. In ſomnis & viſionibus nocturnis videntes rogos ſuccenſos, flammas, morticina, ſanguinem, lites, homicidi. Atque eo vſq; de Phyſiognomia corporali. Cæterum iuxta animum audaces ſunt, iracundi, & qui reconciliari ſtatim poſſunt, dociles, ingenioſi, fidi, prodigi in dandis rebus, ſinceri, zeloſi, amatores iuſtitiæ, impingētes in lingua vbi iraſcuntur: neq; enim feruor ille ſanguinis ſuſtinet vt ſeriatim verba promāt. Tametſi quidam ſint, quos eò vſque perduxit labor & aſſiduus conatus, vt multa huiuſmodi poſſint diſſimulare Sed non poteſt tamen lana tincta mutare colorem, atque id admodum perſpicuè deprehendi poteſt. Quicquid enim præter naturam acceſſitum eſt, vel conquiſitum, diſſimulari diu non poteſt.


Rationes de proprietatibus Cholericorum.

Rationem ſi quis popoſcerit dictorum, talem damus, Imprimis de iraſcentia, quæ quoniam humorem ſupprimit, flagrat velut flamma abſconſa aliquandiu, quæ vbi rimulam adepta fuerit, erumpit in incendium. Idem prodigalitatem cauſat, hac illacque diffundens ſe per latera, non ſurſum. Similiter & audaciam, propter elationem ſpirituum & caloris, vnde interdum difficillima conantur, & promittunt (ne dicam) impoſſibilia, geſtiente atque ſaliente corde præ nimio æſtu. Eodem pertinet exile caput, cum amplo pectore, quod ex eodem corde prouenit calido. Quod etiam agiles ſunt & dociles, nemo etiam non videt perpolire atque habilitare omnia. Sic gracilitas ob defectionem humoris eſt, proceritas ex calore, qui in altum tendit.

DE PLANETIS CONVENIENTIBVS ad complexionem.

Proximi nunc Planetæ ſunt, qui quando dominia ſuſcipiant operæprecium eſt cognoſcere. Iſ quando aſcendentes, vel in radice natiuitatis ſunt, licet ex Aſtrologia artificiali diſcatur, tamen hîc citra erectionem figuræ auſcultatur, attenta ſola Phyſiognomia & complexione.


DE SATVRNO IN RADICE NAtiuitatis Cholerici.



Ab Saturno ſumamus exordium. Hic in radice natiuitatis collocatus eſt, ſi videris hominem ſuppallidum, defixis oculis, lento greſſu & tardiuſculo. Reprimit enim nonnihil innatum calorem Saturni frigus, verùm macilentiam non adimit. Oculos ſubminiſtrat minutos, neruos & ingenium ad peſſima quæque meditanda, ſub prætextu honeſtatis, quod eſſet alioqui bonum, ſi non tam maligno ſydere obſcuraretur: in dandis etiam conſiliis plus quàm dici poteſt, ad omnia nefaria perpetranda conſultiſſimum, videlicet ad expugnanda caſtra, ciuitates, oppida, ad inſtituendas proditiones, & bellorum acies. Hæc omnia ſolitarius agit, lugẽs ac mœrens, adeò nihil eſt ſceleſtum, & facinoroſum quod ille non audeat. Interim tamen omnibus iis, plurimum ſibi placens. Alioqui parcus in cibo & potu, ſemper irrequietus, ſemper ſollicitus, ſemper in laboribus, quaſi omnia ad ſe corradere poſſit. Hæc autem obiter de Saturno.


DE IOVE IN RADICE NATIVItatis Cholerici.

Iupiter benignior eſt. Facit candida cute, prolixa barba, recaluaſtrum in fronte, coma ſubruffa vel tincta, facilem ad iram, & item facilem ad redeun-



dum in gratia. Diſponit ad conſilia & ad prudenter diſpenſanda publica negotia, ratione temperamenti & caloris. Signum eſt in radice locatum eſſe, quibus conditiones huiuſmodi.


DE MARTE IN HOROSCOPO NATIuitatis Cholerici.



Mars ſi dominium in genitura aliqua obtinuerit, facit colore rubeum, veluti combuſtum ab Sole, rotunda facie, felinis oculis, atroci aſpectu, inſolentem, indomitum, inconſtantem, nugacem, impoſtorem. Alioqui in rebus agendis celerem, depilem in vertice, mediocri ſtatura, craſſo ſyncipite, naribus prominentibus, qui cum graditur, diſtantes paſſus locat, atque hos veloces, victorioſum, audacem, friuolum, ſeditioſum, gulonem, hoſtem humani fœderis, & cui ne cum amicis etiam conuenit benè, futurum ductorem exercituum, aut tribunum plebis, ſanguinarium, rixoſum, nugatorem inſignem, malitioſum.

Nil admodum ab Saturno diſtans, niſi quod ille conſilijs molitur, id ille factis exequitur, ſine Deo, ſine fronte, ſine pudore perſequens eos, qui probitatis & virtutis ſtudioſi ſunt, tam ſine mente, vt ſolus ſibi ſapere videatur, tam cæcus, vt nulli vnquam precari benè poßit, niſi Veneris accedat delinimentū, quæ quia frigida eſt & humida, ob inſitum natura frigus, remittit nonnihil alterius feruorem. Carnem multiplicat, & blandiorem facit hominibus, pro ferocitate iucunditates participat, & ciuilitatem, oſcula, commeſſationes, otium, voluptates, pulchritudinem, dulcedinem, circumuentiones mulierum. Efficit & peieratorem, fœdifragum, violatorē iuriſiurandi, in ſuipſius factis parum ſollicitum, quæ Veneris proprietates ſunt. Quanquam enim adeò malæ ſint, tamen illius bonitatem alterius contaminat malitia. Omnium peßimè ſeducit vbi domicilium Saturni permigrauit, id eſt, Capricornum & Aquarium. Aut ſi Mercurius in domo Martis retrogradus fuerit, hoc eſt in Ariete vel Scorpione: tunc enim facit impudentem, deſperatum, incorrigibilem, maximè vbi benè potus inebriari cœpit, tunc obmuteſcens, homo eſſe deſinit. In rebus mechanicis præclaros atque ſpectatos opifices facit, æris aut ferramentorum fuſores, lanios, carnifices, cheirurgicos. Et ſi acceſſerit illi Venus, barbitonſores. Si verò Mercurius, qui malagmatis & emplaſtris ſe occupat, cheirurgicum vel vnctorem.

De Mercurio in radice natiuitatis Cholericorum.




Sin autem in radice fuerit, locatus autem perperam, id eſt in domo Saturni, vel Martis, & nullum habuerit aſpectum benignum, aut commixtionem Veneris, Iouis, vel Lunæ, ferè peior frequenter Marte eſt. Id verò ex illis factis ſic deprehendes, facit ſacrilegum, prædonem, violatorem ſacrorum, incendiarium, interfectorem, exulem à patria, oppreſſorem pauperum, pupillorumq; & viduarum. Neq; id quidem ſatis, quin & hæſitare in fide facit, & ære implicans nunquam ſoluendo, ſemper inuolutum periculis, ſemper proficientem in peius, è charybdi in ſcyllam iuxta prouerbium. Hæc ſi fortaßè primo

obtu-

obtutu non omnibus patent, ex raritate capillorum pernoſci poſſunt. Secùs ſi Venerem propitiam habeat, aut Iouem, vel Lunam. Cum Venere argentare os facit, egregios ſculptores, in omni opere æris aut ferri, vaſorum muſicorũ opifices, & quantò propiùs ac vicinius reſpexerint, hoc diminuitur Mercurij malitia. Fit autem perquàm rariſsimè, vt ſtatura excedat huiuſmodi.

De Sole in radice natiuitatis Cholericorum.



Cum Sole perraró fit, vt ſuam commixtionem cholericis impertiat, nempè ſanguini additior quàm choleræ. Facit autem alioqui in colore fuſcum, modico cum rubore, carnoſum, & prægrandibus oculis, barbatũ, bene capillatum, capite obeſo & rotundo, mediocri ſtatura. Inſuper etiam iracundum, ſapientem, hypocritam, largum, cupidum laudis, ſonora voce. Interdum etiam audacem, vbi probè fuerit adpotus.

De complexione Phlegmaticorum.

Phlegmaticorum complexio frigida & humida eſt. Nam Græcè φλέγμα humorem ſignificat. Atq; hîc multa diſtinguunt de humorum diuerſitate Medici, quæ quoniam nota ſunt, libenter conniuebimus. Cæterum Phlegmaticum vbi ex Phyſiognomia velis denoſcere, vnam faciem contuêre qua præditus eſt præpingui & alba. Eſt carnoſum corpus, pectus depile, venæ ſtrictæ. Eius rei hãc deſignant rationem, quia frigus craſsitiei ſemper cauſa eſt & ſomnolentiæ, propter fluorem permixtum frigido, atque inde etiam eſſe quod coitus appetentes non ſunt, niſi vino admodum madidi, aut aliunde calefacti.

De Saturno in radice natiuitatis Phlegmaticorum.

Non raró Phlegmaticis dominatur Saturnus, & ratione frigiditatis participat cum phlegmate. Id autem operatur quod aliâs ex natura ſolet, niſi quantum obſiſterit illi complexionis bonitas: perſpicuum eſt enim, quod in natiuitate conſtitutus hominis ſanguinei, nõ tantum virium habet, quantum in melancholico vel phlegmatico, reluctante nimirum natura complexionis. Sic iam in natiuitate phlegmatici hominem ſuapte natura obeſum, ac circa oculos liui-

dum



dum facit & tardum, ſubmiſſo capite & humeris, triſtem, obdibilem, inuidū, detractantem optimis quibuſque, patronum malorum, & ad machinanda peruerſa doctiſſimū. Et licet interdum videatur agere aliud, & conuiuijs lætantiū ſe immiſcere, familiaritatē tamē diu non ſuſtinet, aut certè deiectus mœret. Facit & inciuilem & agreſtem, atq; nō tam non ſtudentem vrbanitati, quàm aliorum etiam moribus & ritibus bonis aduerſantem. Ingenio plumbeo & retuſo, capientem vix multa cum induſtria aliquid, in malis verò tum excogitādis, tum diſcendis ſuapte natura induſtrium. Etiam pauciloquum facit. Porrò immodica taciturnitas illa miſantropiam gignit, imprimis verò mulierum, contra ordinem, contra ſexum, contra naturam. Cui ſeueritati proprior accedit appetitus vindictæ, ira, inuidia, curioſitas rerum alienarum. Cum Marte verò quid faciat, tædet fermè adſcribere. Facit hunc audacem, temeratorem, ſceleroſum, præcipitem, improuidum, inobedientem, atq; in ijs agentem conſtantiſſimè. Et ſi Mercurius quoq; comes vel ſocius ſit, inſidiatorem, infidelem, malè ſentientem de Deo, de ſuperis, de Religione, deceptorē amicorum, homicidam, rixoſum, ſacrilegum, & prædonem ſacrarum rerum. Iam vbi talem aliquem videris phlegmaticum, conijce hunc Saturnum malè vel Martem habere in natiuitate, ſi aliunde hoc ex erecta figura non licet.

De Ioue in radice natiuitatis Phlegmatici.



Iupiter deinceps in aſcendente calore ſuo frigiditatem phlegmatici temperat leniter, temperatum corpus, mediocre & molle reddit, non graue aut carnoſum nimis. Ornat etiam perquam venuſto capillitio, optimis moribus, opti-

mis geſtibus, dulci eloquio, pace, religione, ſanctimonia, iuſtitia, veritate, conſilio, miſericordia, clementia. In veſtibus & corporis decore paulò plus facit cu rioſiorem, atque in huiuſmodi etiam felicem & proſperum.

De Marte in radice natiuitatis Phlegmatici.



Mars ſi malè in natiuitate Phlegmatici inuentus fuerit, facit in colore ſubruffum, coactæ atque coagitatæ naturæ, fortem, audacem, loquacem, mendacem. Nec tam clemens aliquis aſpectus aliorum Planetarum eſt, quin ſi dominium nati fuerit conſecutus, malitiam ſuam non exerat in eum. Adurit in vertice capillos, amplificat faciem, & inſpiſſat caput, facit crudelem, & toruum aſpectu, audacem, præferocem, alacrem, præpetem, importunum, iracundum, verboſum, iactabundum, proditorem, proteruum, ſpiculatorem, autorem diſcordiarum, raptorem, verberonem, parricidam, flagronem, matricidam, amicorum clancularium æmulum. Tametſi mitius agat hæc omnia in Phlegmatico, quàm in Melancholico, vel Cholerico, deſpumante nimirum ac deferueſcente calorem Phlegmatico humore, vitam alioqui incidit, dirumpitq́ fatalem illam chordam, aut præcipitio, aut inopinata morte.

De Venere in radice natiuitatis Phlegmatici.



Venus laſciuientem facit, lubricum & lætum, elegantem & gratum, amabilem, comem, ſuauem, pium, benignum, iuſtũ, ſincerum, corpore candido, eloquio dulcem, coma denſa, reflexa molliter, vel criſpata, potatorẽ, muſicum, cytharœdum, cantorem. Et artibus quæ manu fiunt, pictorem & earum artium ſtudioſum, quæ abſque ſordibus ſunt. Cum Mercurio poëtam facit, mathematicum,

ticum, oratorem, gymnoſophiſtam, laniſtam, chyronomum, & in ijs omnibus acceptum hominibus, boni rumoris & celebrem. Mars vbi irrepſerit, commutat pro ijs fraudulentiam, vaniloquium, & ea quæ ſuarum virium ſunt.

De Luna in radice natiuitatis Phlegmatici.




Luna facit album, aſperſo rubore modico, capite denſo, coniunctis ſupercilijs, oculis pulchris, & fortaſsè inæqualibus, laborioſos, maximè in tentandis atque peruagandis itineribus varijs, & ſi in ſigno fuerit aquatico, id eſt in Piſcibus vel Cancro, ſupra modum pingues facit.

De Melancholica complexione.

Melancholica complexio frigida & ſicca. Naſcitur autem ex humoribus ſuperfluis & aduſtis. Et, vt paucis dicam, fex illa ſanguinis eſt colata à ſplene. Sapor eius inter dulce & ponticum medius eſt, deriuaturque ab hepate, cuius vna portio mittitur ad ſplen, altera relegatur ad ſingula membra. Qui ad ſplen dimanat, riſum diminuit, quò fit, vt qui eo humore immodicè abundant, parũ rideant. Illorũ caluariæ tametſi duriſsimæ ſunt, per quàm facillime tamẽ offenduntur à gelu. Quin & hoc illis familiare eſt, quod in iuuenta plus ſapiunt quàm in poſterioribus annis, ſeneſcunt autem quàm citiſsimè, præmatura adhuc ætate erumpunt illis cani, deflacceſcunt capilli, tardiuſculè iraſcuntur, verùm ſemel prouocati acriter, non deſinunt citra conuitia & verbera. Fere nihil probant earum rerum quæ ab vulgo laudata ſunt non ſinit enim hoc ſanguinis malitia calore priuatus, præterea venæillæ reſtrictæ, & ſanguine vacuæ. Sed neque coitum permittunt, niſi ab mulieribus admodum impetantur, & ſollicitentur. Oſſa habent dura, corpus aridum, cutem aſperam, quæ omnia corrupti ingenij indicium ſunt. Nam præterquàm quod iudicium illis eſt ad modum pingue & obtuſum, etiam immodicè perciti inuidia ſunt, raucore, triſtitia, ſuſpicionibus, impudentia, ſtoliditate, & ſi quid ijs excogitari poteſt malignius. Oderunt in hominum cætu verſari, amant ſeceſſus & vmbras, ſubducunt ob omnibus conuentibus ſe, pauitant vbi timendum minimè eſt. Obſeruãt ſomnia, quæ & contingunt illis ſemper veriſsima, auaritia illis cõnata eſt. Inebriati, ac conſtituti inter muſicen & vinum lachrymantur. Neque ſtatim con credunt etiam amiciſsimis ſe, verum ſemper latens ſecum venenum alunt in aliorum pernitiem. Hæc autem generatim dicta ſint.

DE SATVRNO IN NATIVITATE MELANCHOlici malè fortunato.




Iam ſi peſſimæ complexioni peſſimus Planeta acceſſerit Saturnus, omnia hæc mala conduplicat & exaggerat. Facit facie diſtortum & ineptum, diſcoloratum, triſtem, timidum, deſperatum, ſordidum, obſoletum, varium, toruis & trucibus oculis, fœtulento anhelitu, profundarum & earundem malignarum cogitationum, ſui ſenſus, ſine fœdere, ſine iugo, grauiter incedentem, ignauum, labijs ſpiſſis, ſcapulis carnoſis, ſignatum in pedibus vel calcaneo. Ex artificijs cerdonicam callentem, & ſi quæ ſunt ex ijs viliora.

Hoc de Saturno tantum. Fit autem non rarò, vt illi adſocietur & Mars idem ipſe malignus. Addit igitur ille malum malo, ægritudines, timores, impoſturas, rixas, ſanguinem, calamitates, pericula, inceſtum, ſtupra, impietatē, idolatriam, prophanationem deorum, ſanctorum, & Religionis. Neque eſt quòd leniri iſta poſſint ab aliquo Planeta. Si verò contigerit, vt excluſo Marte coëat cum Ioue, vel Venere Saturnus (id quod fit rariſſimè) excellenter ingenium auget, & quarundam artium inuentorem facit, cum Luna peritos molitores, & molendinorum conſtructores, item pontum, nauium, fontium aquæductum, colonum quoque & agricolam, architectum, è quibus & ditabitur.


DE MARTE PARTICIPANTE in Melancholico.

Mars autem ſi ſolus perhibeat teſtimonium complexioni abſque Saturno, ſemper facit calumniatorem, minaci vultu, mediocriter audacem, ſignatum in facie, lentum, incuruum, fallacem, timidum, procliuem ad furta, ad latrocinia, & quæcunque damna inferenda proximo, etiam non nocenti ſibi. In cuius autem domicilio ſi retrogradus fuerit, Mercurius impedi




tus melancholicum facit, mente captum, vitia ſectantem paterna, & paternis infectum moribus peſſimis, vt ſi fatuos ille habeat parentes, aut aliunde malè morigeratos, nullis neque terroribus ab illorum poterit diuelli peruicacia & ſemel imbibita conſuetudine.

DE MERCVRIO IN RADICE NAtiuitatis Melancholici.



Mercurius in hac complexione ſi euerſus fuerit facit incredulum, malè ſibi conſcium, literatum tamen & vaniloquum ardelionem, & iactabundum, maximè ſi quid proferendum ex literis eſt, aliud tamen ſemper in ore, aliud in corde habentem, alijs perſuadere volentem quod ipſe non credit, acutum perſuaſorem, ſcrutatorem multarum rerum, felicem quoque in factis ſuis, malè volentem tamen amicis & de ſe benè meritis. Saturnum ſi ſecum habuerit, facit peritum menſurandi agros, vineas, campeſtua, doctum architectum.

De Luna in radice natiuitatis Melancholici.



Luna ſi dominium in Melancholico aſſumpſerit, facit corpulentos, tenaces, ſibiypſis placentes, crapuloſos, auaros, anima mala, monachos, ſed qui rariſſimè ſeruant inſtitutum. Saturnum ſecũ habens, oſorem facit hominum. Martẽ verò, ſuſurratorem, & diſſeminatorem malorum. Mercurium, congerronem, obſtreperum, nugacem, inſtabilem, & aliorum interpellantem verba.

De Sanguinea complexione.

Supereſt vt de ſanguinea diſſeramus complexione, quæ omnium cenſetur eſſe optima, atque paucioribus contingit. Eius proprietates obiter hæ ſunt: Vocem habent acutam Sanguinei, iuxta hilares ſunt & læti. Cuius cauſa eſt commotio ſpirituum & ſanguinis calidi, ſubtilis, promanantis à corde ad os & cætera membra exteriora. Vnde carnem habent mollem, vngues tenues, delectãturq; cantionibus, & ijs quæ extra ſe rapiunt ac ponunt animum, faciuntq; geſtire: Salit enim in illis ſanguis, neq; ſinit aliud agere quàm ſanguis mouet, vnde neq; diu, neq; multum iraſci poſſunt, propter innatam temperiem. Neq; nocet illis coitus, propter abundantiam humoris ſpermatici.

De Saturno in natiuitate Sanguinei malo.



Saturnus aut rarò aut nunquam ſanguini participat, cùm frigidus ſit atque

ſiccus

ſiccus Saturnus, ſanguis verò calidus & humidus. Plurimum illi in ſuis effe-ctibus ſanguis aduerſatur, ratio etiam propter nimiam caliditatem & ſiccita-tem, Iupiter, Venus & Mercurius illi familiares ſunt.

De Ioue participante cum Sanguineo.



Inprimis Iupiter cum dominium ſuſcipit, candidum reddit in corpore, & rubedine quadam faciem reſplendeſcere facit, oculos nō omnino nigros, den-tes candentes facit, & liberalem, mitem, pium, dilectum hominibus, cogitabū-dum, prælatum, nobilem, ſplendidum, ſpectatum, tacitum, tranquillum, venu-ſtum. Eſt tamen videndum quo in loco poſitus ſit. Nam ſi in natiuitate orien-talis fuerit, vincit in eo humiditas. Sin verò occiduus, formoſiorem reddit & decorum nimis. Mars tametſi perraro illi iungitur, iunctus tamen addit auda-ciam, non eam qua temerè abutuntur Martiales, ſed circumſpectā & pruden-tem, qua cum maximè tractabit atq; proſtituet poſteris ſuum nomen factis ſuis egregijs & celeberrimis, maximè in perſecutione malignantiū & impiorum hominum. Ita ſi Venerem habeat ſecum, decorem decori, virtutem virtuti, ve-nuſtatem venuſtati, prudentiam addit prudentiæ, quin & totum quod boni ab Ioue præſtitum eſt, polit, ornat, venum exponit, vt magis ac magis placeat, de-nique vt nihil ſit rerum omnium quod illi non donatum videatur.

De Mercurio in radice natiuitatis ſanguineorum.



Non minus Mercurius alioqui indifferens, cum Ioue tamen doctum facit, facundum, diſertum, præconem, conſultorem, acri iudicio, ſtudioſum, diſcipli-narum amatorem.

CON-

CONCLVSIO.

Hæc atque alia tametſi dicta fortaſſè prius ſint in Aſtrologia naturali, non tamen eo modo, neque in eum finem. Eſt autem finis (vt diximus) huiuſmodi, vt præſcita alicuius complexione, ex hominis etiam geſtibus ac moribus diſcamus, quem in Horoſcopo vel bono, vel malo loco Planetam habeat, & ex agnitione Planetæ, deinde omnes illius conditiones alias diuinari poſſimus. Nō igitur Medicorum hic ſcripta damnamus, quæ circa complexiones ſcripſerunt: ſed hæc velut iam formata præſupponimus, iacto fundamento ſuperſtruentes ædificium. Legant, qui velint ſecùs deſpiciant: id etenim antea ſciebamus, vt qui ædificium vellet conſtruere publicum, ab omnibus opus illius inceſſeretur.

HACTENVS DE HOROSCOPO SIGNIS ET Sole in eo exiſtente, & de ſignificatis eorum; nunc quæ ad medicinæ fundamenta ſpectant, & de hominis partium corporis dominatoribus Planetis, & de Lunæ effectibus in ſingulis ſignis maleficis commixtæ, & quo remedio afflictis opitulandum ſit, ex Hermetis Triſmegiſti dictis excerpta, diſſerendum eſt.

Radij ex ſeptem Planetis emiſſi multiplicantur, & commiſcentur in ſingula hominis membra, dum in vtero matris conceptus coaleſcere incipit. Nec ſecus quidem dum in hanc lucem prodit, euenire ſolet iuxta poſitum duodecim ſignorum, ita vt Arieti caput dicatum ſit, ſenſoriæ partes hoc modo ſeptem Planetis tributæ ſunt. Soli oculus dexter, Lunæ ſiniſter, Saturno auditus & aures, Ioui cerebrum, Cruor, ſanguiſq; Marti, Veneri olfactus guſtuſque, Mercurio lingua & gurgulio. Mutilatur itaque aut vitiatur membrum illud cui in conceptu aut genitura afflictus Planeta dominabitur. Sunt etiam in homine partes præcipuæ & generaliores quatuor, caput, pectus, manus, pedes. Si verò ſtella, quæ ſingulis partibus præſedit, aut conceptus, aut genituræ tempore malè affecta fuerit, eadem affliget etiam ſibi attributas partes, aut ſingularum partium particulas, nimirum aut oculum alterum, aut vtrunque, Sole aut Luna malè diſpoſitis. Auditum, aut aures, aut dentes, Saturno afflicto, linguæ, aut ſermonis vſum Mercurius oppreſſus adimit, vt quæ radio ex malefico Planeta alicunde emiſſo, aut ſugillatæ, vitiatæ, aut mutilatæ ſint. Nec aliter in pectore, aut pulmonem vitiatum, iecur, aut ſplenem, aut cor, aut aliquid ex inteſtinis corruptum deprehendimus.

In manuum pedumque conſideratione obſeruabimus, an digiti, an vngues, an harum particularum aliqua, iuxta cognationem, aut affinitatem dominantis Planetæ malè affecti ſint.

Ad iſta ergo detrimenta, quæ curatione corrigi poſſunt, conuenientia auxilia adhibere oportebit, & reſiſtere morbo per Planetas contrarias vires et naturam habentes.

Saturno quidem aſsignata ſunt refrigerantia, & ariditate ſiccitateque extenuantia.

Mercurio congelantia & flatuoſa naturaliter tribuuntur.

Marti calefacientia & implentia, vtpote acerrimè incandeſcenti & ſanguinis generatori.

Ioui & Veneri conglutinantia, & hulcera omnia cohibentia & ſanantia.

Luna verò ſtellæ (ſiue benefica ſiue malefica fuerit) vtri ſe applicuerit, illi ſuffragabitur.

Cœli igitur diſpoſitio medicaturo diligenter exploranda eſt, horaq́ decubitus, aut ingruentis morbi exquiſitè diſcenda. Stellarum, mutuaque inter eas irradiatio conſideranda. Nil enim ſine harum congreſſu, ſiue influxu in rebus humanis aut valetudinarium eſt aut ſanum. Recurrentesq́ aut acuti non oriuntur morbi, nemo Medici ſedulitate leuatur, ſed quantacunq́ adhibita diligentia & artis peritia, aut perit æger, aut harum conſpiratione ſeruatur.

Quod ſi hora decubitus ſatis exquiſitè ſcrutari non poteſt, obſeruanda erit ea, in qua morbus nunciatus eſt, erectáque figura cœli poſitus diligentiſsimè contemplanda eſt.

Etiam ad quem poſt defluxum Luna applicat, aut à quo ſeparata, ad quem defluat, deſiuncta quidem, c ius oppoſitione aut quadrato aſpectu affligatur, coniuncta quidem, cuius congreſſui conſociata ſuffragetur. Maleficis configurata, ad vitæ deſperationem morbum intendit: beneficis aſpectu aut congreſſu copulata, tunc præſentiùs & efficatiùs opitulatur. Oportet etiam conſiderare an Luna curſum intendens, lumine decreſcat, an contrarium accidat: nimirum an curſu tardata, lumine creſcat, an vtrũque ſimul vſu veniat, an neutrum. Siquidem ſi Luna poſt Solis coniunctionem, quando luminis incremento turgeſcere incipit, motuque velociore prouecta, ſimul etiam quadrangulo Martis affligetur, aut antequàm ad diametrum perueniat, in Martem impingat, non occurrente benefico, lethales & pernicioſos ciebit morbos. Sin autem beneficarum aut applicuerit aut commixta fuerit, & ſi profligata & deſperata valetudine morbidus fuerit proſtratus, tamen ex morbo reuiuiſcet.

Luna verò decreſcente & motu & lumine, potiſsimum quidem Saturni diametro aut quadrangulo infecta, niſi (poſtquam Luna diametrum eius aſſecuta fuerit) ſeſe remiſerit, morbus inſuperabilis erit & lethalis: ſin Luna beneficis obuiauerit, breui à morbo liberabitur. Propterea meminiſſe oportebit, quod tandiu morbus intendetur, quandiu Luna citatiore curſu progreditur. Etiam morbum in melius mutari, quum curſu tardatur ſimul etiam nodo ſuperato. Sit hæc quidem conſideratio inſtituta in primo cuiuſcunque morbi inſultu. Quicunque à Saturno aut Mercurio oppreſſi, morbo afflicti iacebunt, tardi torpidique ſunt, & membra vix ægra trahentes, ex frigore nimirùm defluxione torpentia & obſtructa, paulatim ſeſe prodente morbo, ægrè etiam vellicati expergiſcuntur, taciturni, pauidiq́ veſtimentis etiam caloris fomenta quærunt, tenebris gaudent, ſuſpirant continuo, lentè ſpiritum reſorbent, breuis eſt pulſus & anxius, ex calidis magnum aſsequuntur leuamentum.

Pulſus etiam languidi ſunt & remiſsi: tum corporis ſuperficies arida tota frigidaq́, ſignificat in his curandis opus eſſe calidis, tum emollientibus & constringentibus. Turbidi verò, inquieti & mente moti erunt, qui Martis aut Solis inſultu decumbent, tota etiã corporis ſuperficie igneo calore accenſa, ſuntq́ proni in iram, clamore obſtreperi, toruè intuentur, ſitibundi, linguæ arentis ſcabritie, vini frigidiq́ potus tum importuni, balneorum vſus deſiderio detenti. Nullus cibus horum appetentiam acuit, in quoslibet linguæ petulantiã continuò vibrantes. Sunt & hi breui pulſu depreſsoq́ noti, ſed inordinato, facie rubicunda, corporis plenitudine grauãtur. Hic conducibilis eſt vſq; in quintum diem ſanguinis detractio, et ea quæ corporis plenitudinem aut euacuare, aut purgare poſſunt, & quæcunque auxilia naturæ neceſsitas his morbis remedia reperit & inuenit. Marti quidem conuenientia, Saturno repugnant: vtpote calefacientia, emollientia, obſtructionesq́ ſoluentia. Saturno congruentia à Martis natura recedunt, hoc eſt, quæcunque refrigerant, aſtringunt & repercutiunt: quæcunque etiam cordis paſsiones & in ore ventriculi obortæ, tum arteriales & arthreticæ, ſimilesq́ à Sole & Marte cientur. Continuæ verò febres, pleuritides, & pulmonis exulcerationes, ſiue inflammationes, ſimilésque à Saturno & Mercurio originem trahunt. Atque his morbis refrigerantia aduerſantur, vtpote Solatrum, Coriandrum, Papaueris ſuccus, radicis Halicacabi cortex, Polygonum, ſemper viuum, Pſyllium, Lens paluſtris, Vitis folia, Ceruſſa, Argenti ſpuma, lapis Hæmatites, Portulaca, Albumen oui, Lini ſemen, Arundo, Maluæ folia, Malum punicum, Hypociſtis, Cypariſſus, Rubus, Acacia, Mala cotonia, Pyra pyraſtra, Alumen, Flos vitis ſylueſtris, Palmæ maris fœminæque fructus, Myrtus, Rhus & roſa, viridis Iuncus, Ladanum, Crocus, Potamogicum.


Calefacientibus quidem cum Sol cum Marte dominatur, nimirum eſt inter alia multa Cyprinum oleum, & omnia odore fragrantia, tum Irinum vnguentum, Cynamomum, Amàracũ, Narciſſus, Fœnum græcum, Nardus, Myrrha, Bdelliũ, Styrax, Cera, Ocymum, Cuminũ, Pix liquida & ſolida, Adeps, Medulla, Galbanum, Iris, Caſia odorata, Spica nardi, Thus, Amoniacum, Ruta, Myrobalanum, Carycæ, Granum gnidium, Aphronitrum, Staphiſagria, Lapis aſius, Ciperus, Halcionium, Helleborus, Pyrethrum, Chriſocolla, Cepa, Allium, Porrum, Raphanus, Cicer. His itaque medicamentis, & quæ his in calefaciendo & emolliendo ſimilia ſunt, dum morbos à Saturno aut Mercurio prouocatos (quod & ex Luna, vt docebimus, diſcere licebit) profligare conabimur. Vtemur autem refrigerantibus & repercutientibus in ea valetudine depellenda, quæ Solis aut Martis ipſa hora decubitus, aut ab initio ingruentis morbi ſignificationem referet.

NVNC AFFECTVS QVOS LVNA SINGVlis in ſignis commixta maleficis, proritet, ordinè agemus, & quo remedio afflictis opitulandum ſit, demonſtrabimus.

Cuicunq;


QVicunque verò decumbenti Luna per Arietem (potiſsimùm tarda motu & lumine decreſcente) progrediente cum Saturni quadrãgulo, diametro aut cõgreſſu vitietur, huic origo morbi ex refrigeratione erit, nimirum capite grauedine, et oculis laſsitudine grauatis, tum guttur & arteria catharro occupantur: & humorum in pectus diſtillatione pulſus debiles ſunt & inordinati. Noctu vehementia morbi intenditur, interiora omnia exæſtuant, ſuperficies corporis refrigerata & partiũ extremitates frigore torpeſcũt, adeſt animi deliquiũ, ventriculi faſtidiũ et ſudores intẽpeſtiui. His conueniunt calefacientia, emollientia, ventrẽq; ſoluentia. ſanguinis detractio inutilis eſt. Quod ſi Luna benefica nõ applicuerit, neq; quadrangulo, neq; diametro aſpexerit, æger non ſuperuiuet, ſed morietur: Sin ad beneficũ ea qua diximus ratione iuerit, commodè conualeſcet æger, aut certè ex vno morbo in alium recidet, deuolutus ad auerſiones nocturnas: Sin autem & Mars ea qua diximus configuratione Lunam veniẽtem expectat, tum morbus nõ erit recidiuus, ſed quando Luna ad diametrũ peruenerit, morietur.

Luna in Ariete à Marte afflicta.




Cuicunque decumbenti in eadem configuratione, aut ad Martem aut Solẽ feretur, huic ex capite oritur morbus, ſcilicet ex cerebro, mẽbranis afflictis, erũt & febres continuæ, vigiliæ, inſomniaq́;, os feruidum, ſitis intolerabilis, et lingua turbulenta, aridaque pectoris æſtus, iecoris inflammatio, pulſus alti, ſublati, inordinati. His ſanitatis ſtudium erit à venæ ſectione auſpicandum: adhibenda ſunt & refrigerantia & mitigantia: aderit & mentis alienatio & phreneſis. Quod ſi Lunæ (potiſsimùm concitatius eunte) nullus beneficus adfuerit, ſed Saturno aut coniunctione, aut hoſtili aſpectu applicuerit, quando ad illum perueniet Luna, tunc morietur. Quod ſi benefico Luna obuiauerit, etiam ægro deplorato, valetudinem dabit integram.

Luna in Tauro à Saturno afflicta.



Si tempore ingruentis morbi Luna per Taurum progrediatur, & diametro quadrato, aut coniunctione Saturni afflicta fuerit (maximè tardius prorepente & eadem lumine minuta) morbum ex crapula & plenitudine prouocabit, febres ex obſtructione naſcentur, præcordiorum & articulorum labores moleſtabunt ſublati & alti pulſus: tum inodinati totius corporis inflammatio, pulmonis exulceratio. His ſanguinis minutio conducet, & omnia talem effectum reprimentia. Quod ſi ad beneficum non ibit Luna, æger morbo ante diametrum intercipietur. Sed ſi beneficis adiuta, aut illorum aſpectu recreata, etiam ex valetudine deſperata reuiuiſcere videbitur.

Luna à Marte in Tauro oppreſsa.




Marti verò ſi Luna congreſſu, oppoſito, aut quadrangulo in Tauro configurata fuerit, morbum decumbenti ex plenitudine producet, aderunt febres continuæ, totius corporis obſtructio, ceruicis colliq́ue inflammatio, oſſium cruciatus, vigiliæ immodicæ & inſomnia, vini & frigidæ cupiditas. Hi venæ

ſectione


ſectione multum leuabuntur: & his omnia extenuantia, tum mitigantia conducent. Si itaque hoc pacto, ſæuiente Marte, nullus benefici radius Lunam iuuerit, languidum nono die extinguet: ſed eius vi per benefici cum Luna configurationem repreſſa poſt ſextum diem releuabitur.

Luna in Geminis à Saturno oppreſſa.




Luna in Geminis à Saturni radijs afflicta, aut cum illo copulata, maximè lumine decreſcente, ex vigilijs, inſomnijs, aut itineris laſſitudine decubitus cauſam dabit. Articuli velut ſoluti, vix cohærere videbuntur: breui morbus ſeſe aperit, aut certe poſt tertium diem increſcere incipiet vſq; ad triceſimum, ingruent febriculæ, & totius corporis cõſumptio. Noctu ægritudinis volentia grauius vrgebit, rari ſunt pulſus & parui, ſudor moleſtus eſt & dolor ſplenis. Si Mars alicũde infauſtis radijs Lunam affecerit, valetudinarius quidem poſt decimam diem vita ſoluetur, adſiſtentibus ſimul & beneficis & Lunam ſuffragio ſuo iuuantibus, ſanitatem poſt diuturnam ægritudinem recuperabit.

Luna à Marte in Geminis oppreſſa.




Quicunque morbo corripietur Luna per Geminos rapidiore curſu & luminis incremento prouoluta, Martisq; infauſto aut congreſſu, aut aſpectu violata, ille lethali & exitiali valetudine affligetur, febribus continuis pernitioſè ardentibus, obſtructionibusq; pulſus alti erunt & inordinati, ſanguinis minutione, morbi leuamentum aſſequetur: ſin autem à nullius benefici aſpectu exhilarata fuerit Luna, ipſoq; adeo Saturno configurationem impediente, tũ mors differetur vſque ad oppoſitum Martis. Quod ſi à beneficis Luna aſpicietur, periculoſo morbo defungetur æger & liberabitur.

Luna in Cancro à Saturno oppreſſa.




Aduerſa valetudine ex balneis, aut frigore orta conflictantur illi, qui morbi aſſultum ſentiunt, Luna in Cancro à Saturno afflicta: aderunt ſimul etiam in pectus deſtillationes, tuſſes, obſtructiones, anguſtiæ, febres exiguæ. Quod ſi Lunæ nihil auxilij ex beneficis adeſt, ſed conſpiratione maleficorum opprimitur, afflictus morte intercipietur.

Luna in Cancro à Marte oppreſſa.




Similiter Luna à Marte in Cancro oppreſſa, ægritudinis initium dabit ex ſanguine, cholera, vētriculi euerſione, & morbus erit arcendus refrigerantibus. Quod ſi fauſti Planetæ auxiliares Lunæ radios non ſubmiſerint, circa proximum quadrangulum vita exuetur deploratus. Sin maleficorum impetus beneficorum auxilio retundatur, poſt proximum quadratum liberabitur.

Luna à Saturno in Leone oppreſſa.



Luna in Leone à Saturno oppreſſa, morbi originem ex ſanguinis plenitudine & redundantia ciebit: excitabit circa totū pectus feruorem, præcordiorum tenſiones, febres intenſas, pulſus tūrbidos, internos & externos ardores. His calefacientia & mitigantia conueniunt. Et niſi Lunam opitulentur benefici, moritur in oppoſito Saturni & Lunæ: ſin ſecus accidat, & ſalutares occurrant Planetæ, deſperatus ſuperſtes erit.


Luna à Marte in Leone afflicta.



Luna in Leone à Marte afflicta, morbos ex plenitudine ſanguinis prouocabit.


cabit. Aderunt febres fluxæ, vagæ, pulſus languidi, deliquium animi, nullus appetitus, corporis grauitas & ſoporis impetus inexpugnabilis, & totius corporis extenuatio debilitasque, & cordis affectus varij. Hiſce refrigerantibus & adſtringentibus erit ſuccurrendum. De morbi exitu dira minantur radij maleficorum. In Lunam impacti, & poſt nonum diem occident, ſed ſuccurrentes benefici morbum poſt oppoſitum Martis propellent.

Luna in Virgine à Saturno oppreſſa.



Luna hoſtilibus radijs aut iniquo congreſſu Saturni in Virgine afflicta, cauſam mali affectus ex concoctione & ventriculi cruditate dabit. Inteſtina & viſcera præcordiaq; torminibus corripientur: Febres ſtrictæ & inordinatæ aderunt. Hi calefaciẽtibus, emollientibus diſſoluentibusq; curandi ſunt. Sin Luna ad beneficorum vel corpora vel radios non fertur, circa 14. diem morietur: Sin fracta erit Saturni vehementia, aut à beneficis ſanitati reſtitutus, longæuus eſſe poterit, ſed valetudinarius erit.


Luna in Virgine à Marte afflicta.



Luna

Luna hoſtiliter à Marte in Virgine circumfoſſa, ex fluxu ventris, inteſti norum exhulceratione, febribus exiguis et fluxis decumbet æger: pulſus erunt remiſſi, denſi, ventriculi euerſio ſequetur, & cibi faſtidium. Horum valetudo obſtruentibus eſt reprimenda. Quod ſi Martis ſæuitia à beneficis non reprima tur, ægrotum poſt triginta dies conſumet, ſed oppreſſus à beneficis, perniciem non dabit.


Luna à Saturno in Libra oppreſſa.



Luna à Saturni aſpectu, aut congreſſu in Libra afflicta, ex vini ingurgi tatione & crapula ægrum affectum ſuſcitabit, præcipuè & motu & lumine decreſcens: fiet & morbi nocturnus inſultus, circum caput & pectus ægritudi nes proritabit, deſtillationes, tuſſes, raucedines, pectus laceſſitudine graua bitur, cibi faſtidio ventriculus, acceſſiones febriles noctè duplicabuntur, con tinui dolores infeſtant, pulſus ſunt remiſſi. Hi ſunt reficiendi calefacientibus. Quod ſi Luna nullius aſpectui obuiauerit, præcipuè verò cùm ad diametrum peruenerit, morbum ſoluit. Sin per maſcula ſigna moueatur, quouſque ad cir culi diametrum pertingens, veſperi oriatur, æger inæqualiter & frequentiùs morbo impeditus, reualeſcet: ſin tardè mota nullum in incremento aut decre mento motus luminis q̃ aut quocunque modo interea aſpexerit, ſanguinis flux um prouocabit, in circuitu ſuo morbum depellet: longo tamen tempore etiam reſtituti palleſcent & liueſcent. Quod ſi Mars configurationem quadrangulo impediat, extinguetur antequam in aliud morbi genus recidet.


Luna à Marte in Libra oppreſſa.

Luna à Marte in Libra oppreſſa, ex ſanguinis plenitudine morbum prouo cabit: dehinc febres intenſas, pulſus ſublatos, vigilias, inſomnia, & totius cor-



poris inflammationem. In his à ſanguinis minutione medela eſt exordienda, atque ab eis, quæ talem morbum depellunt. Sin benefica Lunam afflictam non iuuerit, in ſummum diſcrimen cõijcietur, quouſque ad diametrum Martis Luna perueniet. Quod ſi beneficus radijs Lunæ ſuffragetur, reuiuiſcet ægrotus.

Luna in Scorpione à Satutno vexata.



Luna in Scorpione à Saturno vexata, exhulcerationibus aut bubone ſecreta loca affliget, aluum ſcilicet aut pudenda, ſi numero & lumine creſcat, tollet ab ægro affectum.


Luna in Scorpione à Marte afflicta.

Quod




Quod ſi à Marte Luna curſu & lumine minuta in Scorpione impetatur, ſuccurrente benefica, morbidus conualeſcet. Eadem & de hoc ſigno intelligantur, quæ de reliquis dicta ſunt, ſiquidem eandem Lunæ configurationem habeant.

Luna in Sagittario à Saturno oppreſſa.




Luna à Saturno in Sagittario oppreſſa, potiſſimum lumine & motu decreſcente ex fluxu & tenuium acerborumq́ humorum decurſu, morbum prouocabit, tum articulorum dolores, febris horrorem, extremitatum refrigerationes, corripiet febricitantes duplici acceſſu. His mitigantibus & calefacientibus eſt ſuccurrendum. Occurſus etiam Lunæ & aſpectus cum beneficis ægrum liberat.

Luna à Marte in Sagittario oppreſſa.



Luna à Marte in Sagittario oppreſſa, lumine & motu accreſcente, ex crapula & plenitudine lætales generat morbos, febres fluxas, bilioſos affectus, ventris ſolutionem, pulſus remiſſos, languidos. Iſti ſunt refrigerantibus & obſtruentibus curandi. Quod ſi Lunam beneficus nõ aſpexerit, ſeptima die morbidus intercipitur. Si à benefico aſpiciatur vſque ad diametrum Lunæ cum Marte, ægrotus affligetur, deinde reſtituetur.


Luna à Saturno in Capricorno afflicta.



Si Saturnus Lunam in Capricorno opprimat, eaq́ tum lumine tum motu minuatur, ex balneo frigido diſtillationibus tenuibus morbum prouocat, adeſt in pectore grauitas & in pulmone difficultas reſpirandi, tuſſes noctu ingraueſcunt, febres intenſæ ſunt. Horum morbus mitigantibus & calefacientibus eſt propulſandus. Quod ſi Luna benefico congrediatur aut aſpectu aut coniũctione producet ægritudinem, et diuturnam faciet, non tamen lætalem.


Luna

Luna in Capricorno à Marte afflicta.



Luna à Marte in Capricorno afflicta, morbum ex vomitu & bile prouocat, aut ægra concoctione. Affectus iſte eſt periculo plenus: deeſt ventriculo appetitus, moleſta eſt neruorũ intentio, ventris fluxus infeſtat, digitos acuta cholera exaſperat, & exulceratio, continuæ et vagæ febres, tum pectoris inflammatio affligunt, pulſus ſunt remiſsi. Huic obſtruentibus et conſtringentibus erit opitulandũ. Quod ſi Luna beneficis non applicabit, quando ad Martis oppoſitum pertinget, morietur: Si Martis violentiam beneficus compeſcuerit, poſt ſeptimum diem ſanitati reſtituetur.


Luna à Saturno in Aquario turbata.



Quando Saturnus Lunam et tardam et motu velocem, lumine velcreſcente vel decreſcente in Aquario opprimet, ex labore, laſsitudine, aut vigilijs


morbũm excitaturus eſt, & illum in remiſsione & intentione inæqualem, quouſque ad oppoſitionem venerit, reualeſcet, & maximè beneficis Lunam aſpicientibus.

Luna à Marte in Aquario afflicta.



Si Lunam Mars in Aquario & motu tardam & lumine decreſcentem affligat, morbi cauſa ex acerrimis acutiſsimisq́; affectibus erit, ſed æger vno de viceſimo die vires recuperabit, teſtificante præcipuè benefica.


Luna à Saturno in piſcibus afflicta.



Luna à Saturno in Piſcibus afflicta, & motu & lumine minuta, ægros ex refrigeratione balneorum & diſtillationum dabit, moleſtæ erunt febres, continui rigores, acceſsionesq́; frequentes, ſuſpirationes, mãmillarum puncturæ, præcordiorum tenſiones. His calefaciẽtibus & mitigantibus erit ſuccur-

rendum. Quod ſi Luna beneficis non occurret in oppoſito Saturni, morietur. Sin applicabit beneficis diametro ſuperata, ſanabitur, ſed longum & diuturnum neruorum cruciatum relinquet.

Luna à Marte in Piſcibus moleſtata.



Luna à Marte in Piſcibus oppreſſa, veloceque motu & accreſcente lumine, ex plenitudine & vini ingurgitatione morbi cauſas mouebit. Quare & affectus nocturnis intenſionibus augebitur. Aderunt deliramenta, phreneſis, capitis dolores, febres ardentes, ſitis vehemens & vini cupiditas. His à venæ ſectione ſanitatis initium exordiendum eſt. Adhibenda ſunt & ea, quæ malũ hunc habitum abigere poſſunt. Si Lunam benefici non iuuerint, in proximo quadrato Martis morietur. Si vero Luna cum Ioue aut Venere in aliquo aſpectu fuerit, hoc eſt, aut quadrangulo, diametro, aut coniunctione, in quocunque etiam ſigno tempore decubitus progreditur, afflictus poſt proximam quadraturam, aut oppoſitionem reſtituetur.

Multum etiam refert, in qua hora primus morbi inſultus deprehendatur obſeruare, an eo tempore benefici in ortu ſint, aut medium cœli occupent. Plus namque ſic conſtituti, collapſis alioqui viribus, opis ſubminiſtrabunt, quàm præſtãtiſſimus poſſet Medicus. Scrutari igitur & diẽ & horã decubitus exactè oportebit, & mundi poſitum examinare. Nihil enim homini ſuperuenit, quod ex cœleſti conſenſu & ſympathia non oriatur & originem ducat.

ASTRO-

ASTROLOGIAE IVDICIARIAE YSAGOGIca, & totius artis diuinatricis Encomia, Authore Ioanne Taiſnier Hannonio.

PRæmiſsis Matheſeos quantitatum laudibus & vtilitate, maturè ad iudiciorum neceſſaria & Yſagogica procedendum foret. Et primò de ſex in quouis iudicio obſeruandis.

Sex præcipuè in iudiciis obſeruanda.

Sex præcipuè in omni & quouis cœli themate obſeruanda ſunt, quibus neglectis nulla poteſt fieri debita conſideratio, nec iudicium, & ſunt: Annus, menſis, dies, hora; locus, Planeta horæ dominans. In diuerſis climatibus cauſatur varij Planetarum aſpectus & domus propter ſphæræ minorem aut maiorem rectitudinem aut obliquitatem.

De conſtituendis & ordinandis cœleſtium domorum thematibus.

Fabricaturus ad quoduis tempus cœli aliquod thema, noſſe debet ſignorum Zodiaci Planetarumque, capitis & caudæ Draconis, aſpectuum characteres, quibus priſci Aſtrologi vſi ſunt: vt

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
Aries	*Taurus*	*Gemini*	*Cancer*	*Leo*	*Virgo*	*Libra*	*Scorpio*
♐	♑	♒	♓				
Sagittarius	*Capricornus*	*Aquarius*	*Piſces.*				

Oppoſitio horum ſignorum vnico intuitu conſpiciuntur: vt

♈ ♎ ♉ ♏ ♊ ♐ ♋ ♑ ♌ ♒ ♍ ♓

Planetarum Characteres.

♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Saturnus	*Iupiter*	*Mars*	*Sol*	*Venus*	*Mercurius*	*Luna.*

Hic obſeruatur Characterum Planetarum ordo, prout illorum ſitus & diſpoſitio in cælo conſiperatur, vt ſuderiorem locum ♄ Saturnus occupet, Luna verò infimum.

Caput & cauda Draconis.

His Characteribus pinguntur, vt caput hoc ☊ cauda ☋, quorum differētia in characteris inuerſione tantùm conſiſtit, magnamque efficaciam augent aut minuunt in thematibus.

Characteres aſpectus Planetarum.

⚹ Sextilis aſpectus hoc charactere deſignatur, cùm Planeta ab altero, pro ſexta parte circuli, ſcilicet 60. gradibus diſtat, & duorum ſignorum comprehendit intercapedinem: vt ſi ♄ in primo gradu ♈ fuerit, & ♀ in primo ♓, dicuntur eſſe in aſpectu ⚹: obſeruetur quantitas orbium Planetarum.

Notandum.

Quòd in cœlo & cœli circulis nulli reales ſunt gradus neque circuli, ſed fictitij: tamen priſci Methematici & primi, omnem cœli peripheriam, in 360. gradus partiti ſunt, ad locorum diſtantias, regionum differentias, poli multipli-

ces e-

ces eleuationes diſtinguendas, nec fuit alius ab vnitate ad infinitum, numerus conuenientior huic negotio attribuendus, qui in tantas partes æquales diuidi poſsit, ſine aliqua minutione Phyſica, quod ſupputatione Arithmetica facilè demonſtrari poteſt: primo etenim in duas partes æquales diuidi poteſt, vtpote in bis 180. gradus: ſecundo in tres æquales, & cuilibet portioni reſpondebunt 120 tertiò in 4. ſcilicet in quatuor quadrantibus 90. graduū: quartò in ſex, & quælibet pars obtinebit gradus 60. portionem inquam duorum ſignorum: quinto in 8. & cuilibet portioni reſpondebunt 45. gradus: ſextò in 12. & cuilibet parti cōueniēt gradus 30. Plura huius numerationis & diuiſionis exempla adieciſſem, quæ calculo Arithmeticæ, dicto citiùs explorantur.

Aſpectus □ Quadrigonus.

Eſt qui quartam partem circuli complectitur, & ſunt gradus 90.

Aſpectus △ Trigonus.

Qui tertiam circuli peripheriam intercipit, quatuor ſignorum portiones, gradus 120. quibus ter multiplicatis exceſcit numerus 360.

Aſpectus ☍ oppoſitus.

Qui circuli medietatem comprehendit, ſex ſignorum portiones gradus 180.

☌ Coniunctio.

Ex aſpectuum numero reijcitur: quia eundem gradum cum altero Planeta poſsidet, nec ſunt plures aſpectus.

Notandum.

Aſpectus omnes prædicti, etſi apud nondum ſatis eruditos, in prædictis gradibus & minutis recipiantur, tamen notanda eſt cuiuſuis Planetæ radiorum in ſuo orbe extenſio, & cum alterius Planetæ radijs communicatio. Non enim in eo gradu præcisè contingit, ſed quantò illi vicinior ſit gradui, eò maiorem vim retinet: & ſic de omnibus, prout ſuo loco clariùs aperietur.

Obſeruanda, & ex Ephemeridibus notanda.

Infinitus eſſet & impoſsibilis labor, velle æternitatis & ſæculorum calculos paruo compendio tractare, qua de re iudicium rerum affectanti, opus fuerit Ephemeridum calculis, ſi alio quouis modo aut inſtrumento Aſtronomico id præſtare nequeat: Planetarum enim directio, retrogradatio, Orientalitas, Occidentalitas, non mediocrem inferunt virtutem, que vnico intuitu in Ephimeridum capitibus & frontibus offeruntur, vtpote per litteram S. notatur Septentrionalis, M. meridionalis, A. aſcendens, D deſcendens, ℞. retrogradus, or. Orientalis, occ. Occidentalis: & ſic de reliquis in capite cuiuslibet Planetæ in Ephemeribus aſſcriptis.

Facilis & certus domos cæli fabricandi modus.

Etſi Abrahamus Iudæus in fabricandis cæli domicilijs inſtrumenti quadrantis ſimplicitate contentus fuerit, longè tamen certior in hac operatione fuerit noſtræ Sphæræ materialis nouiter inuentus vſus, quæ Sphæra à nullo hactenus vnquam viſa, nec tractata eſt, prout in noſtris octo libris de eiuſdem vſu lucidè demonſtrabimus: & quod multi ſermonis confuſione offuſcarunt, terminis obſcuris abutentes, vt ignorantiam ſuam affectatis verbis lenirent,

vtpote pro minutis in Pharmacopolarum pondere ſcrupulos appellarent, nos in hiſce, vſitatis & receptis apud priſcos & modernos terminis vtemur, & in eiſdem libris de ſphæra, quid vtilitatis poſteritati in fabricandis & rectificandis cæli domibus ampliabimus, facilè experientia liqueſcet, huncque fabricandi modum tantiſper differimus, donec libri typis ſubijciantur. Nunc Arithmetica ſupputationa ex Ephemeridum calculis domorum erectionem aggrediemur.

Erectio thematis & domorum cæli, ratione calculi ex Ephemeridibus.


Anno, menſe, die, hora, loco, Planeta dominante, benè obſeruatis, thema cœli meridiei præcisè tempore, citra aliquam ſupputationem & laborem facilè erigitur: ſumpto enim ex Ephemeridibus loco Solis & vero motu, ſub ſecunda columnella, in tabula domorum regioni & Poli eleuationi conueniente, idem Solis motus inquirendus eſt: in tertia columnella, ſub titulo decimæ domus, & gradus ibidem repertus, collocabitur in cuſpide decimæ domus: mox verſus dextram in eadem tabula domorum offeretur gradus cuſpidis 1 . domus, in ſequenti 10. dein 1. demùm 2. tandem . reliquæ ſex cuſpides ex oppoſitione graduum facilè colliguntur, & hæc domorum erectio facilis eſt tempore Meridiei.

Erectio domorum alio quouis tempore & momento extra Meridiem.

Si alio quouis tempore, extra meridiem erigendum fuerit aliquod thema cœli, hîc notandum fuerit ad omnem erroris ſcrupulum euitandum, quòd Mathematici diem in 24. partes æquales partitum, alio quàm reliqui omnes modo diſtinguunt, à meridie exordium diei ſumentes, in ſequentem meridiem . portionibus terminant. Itali ab occaſu principium diei calculantes, in ſequentis diei occaſum, etiam 24. partibus finiunt. Iudæi & alij nonnulli ob ortu ſolis, vſque in occaſum 12. horis inæqualibus, exceptis æquinoctialibus diebus, diem à nocte partiuntur, & reiterato numero in principio noctis ad diem ſiue ortum ſolis ſequentem, alijs etiam inæqualibus horis 2. diſſecant, quas horas Planetarias vocant, easq; videtur notaſſe Pſalmiſta dicens: Ab ortu Solis vſque ad occaſum laudabile nomen Domini. Europij verò diem in 24 æquales partes diſtinguentes, à media nocte principium inchoantes, in meridiem 12. horis mediant, & à meridiei tempore, quo horæ Aſtronomicæ exordiuntur, reiterata vnitate in reliquis 12. partibus diem finiunt. Siccine nomenclatura horæ noſtræ Europiæ ab Aſtronomicis à meridie in mediam noctem, non differunt, niſi quod noſtrarum medium, Aſtronomicarum eſt principiũ, & quòd Aſtronomi à media nocte horarum diſtinctiones numero 12. 14. 15. vſque ad complementum 24. continuant, nos reiterato numero ab vnitate continuamus: ſic Aſtronomis hora 12. nobis erit. .14. .1 . . & ſic de alijs. Hæc monuiſſe oportuit, ne quis facilè in errorem labatur, horis Europijs pro Aſtronomicis, quibus Ephemerides & domorum tabulæ calculatæ ſunt, abutatur. Neceſſe igitur fuerit, thema cœli erigere volenti horas Europias in Aſtronomicas cõ

uertere

uertere. Exempli gratia: Natus eſt aliquis Iunij 10. die, Anno 1558. hora 8. ante meridiem, conuerſis horis in Aſtronomicas, dicendum foret eum natum fuiſſe die 9. horis 20. poſt meridiem: quia poſt mediam noctem octo horis natus eſt, quibus adiectis 12. Aſtronomicis, excreſcet numerus 20. & ſic in omnibus alijs. Hoc vnicum exemplum pro ſimplicitate rei ſufficiet. Nunc maturè ad domorum quouis tempore erigendarum procedendum eſt conſtitutionem. Vero igitur motui Solis (vt prætactum eſt) in Ephemeridibus tempore meridiei notato, adijcienda eſt ſui motus pars proportionalis, quo Sol à meridie vſque ad tempus propoſitum motus eſt: quod quomodo fiat, lectoribus calculi grauitatē redimentes, tabulam facilimam adiecimus, motu cum parte proportionali iam notato & minutato, ſi fieri poteſt, in charta is ſcribatur, & in tabula domorū regionis eleuationis conuenienti, ſub titulo 10. domus inueniatur: ad cuius latus ſiniſtrum ſub titulo tempus à meridie, horæ cum minutis ibidem aſſignatæ, horis natiuitatis adijciēdæ ſunt, quæ ſimul collectæ, ſi numerum 24. excedant, reſeruato exceſſu 24. abijciendæ ſunt, mox ex Tabula æquationū meridiei etiā hîc appoſita, addenda et reijciēda ſunt M. & erit tempus natiuitatis æquatū, tandē numerus horarum ſic (vt dictum eſt) abiectis 24. (ſi opus fuerit) reſeruatus, inquirendus eſt, in tabula domorum vbicunque reperiatur, & prodibit optatum thema cœli, æquatum pro quolibet climate & hora. Exempli gratia: Natus eſt quidam in celebri oppido Hannoniæ Athenſ. 2. Septembris hora 8. poſt meridiem, quæ erit Aſtronomica, cui adiecta parte proportionali, motus Solis in octo horis, in tabula domorum numerus horarum inueniendus eſt ſub eleuatione Poli, 5 . & ilicò prodibunt cuſpides ſex domorum, decimæ 11. 12. 1. 2. & 3. Reliquæ verò domorum cuſpides ex oppoſito patebunt, quibus diſpoſitis & ordinatis, Planetarum loca & motus, prout de Sole dictū eſt, cum parte proportionali in themate diſponantur, & ſic modeſtè & temperatè ad iudicium procedendum foret. Si curioſus aliquis exactiùs omnia deſideret, Ioannis de Monte Regio tabulas conſulat, & antedictorum authorum ſi libuerit libros perlegat: nos Gaurici & Habrahami exemplo prouocati, breuitati conſulimus, & benè, qui ſignum quoduis à principio alicuius cuſpidis 5. tantùm diſtans gradibus, in eadem domo eſſe aſſerunt. Et hæc hactenus de thematibus cœli ordinandis: reuolutiones, directiones et ſignificatores ſuo loco oſtendemus.



TABVLA PROPORTIONALIS MOTVS DIurni horarum & m. ☉ reliquorumque Planetarum.

G	M	2	G	M	2	G	M	2
M	2	3	M	2	3	M	2	3
1	2	30	21	52	30	41	102	30
2	5	0	22	55	0	42	105	0
3	7	30	23	57	30	43	107	30
4	10	0	24	60	0	44	110	0
5	12	30	25	62	30	45	112	30
6	15	0	26	65	0	46	115	0
7	17	30	27	67	30	47	117	30
8	20	0	28	70	0	48	120	0
9	22	30	29	72	30	49	112	30
10	25	0	30	75	0	50	125	0
11	27	30	31	77	30	51	127	30
12	30	0	32	80	0	52	230	0
13	32	30	33	82	30	53	152	30
14	35	0	34	85	0	54	135	0
15	37	30	35	87	30	55	137	30
16	40	0	36	90	0	56	140	0
17	42	30	37	92	30	57	142	30
18	45	0	38	95	0	58	145	0
19	47	30	39	97	30	59	147	30
20	50	0	40	100	0	60	150	0

In capite huius tabulæ duplex characterum ſeries aſsignatur, vt ſuperiori loco G. gradus, M minuta, 2. ſecunda deſignentur, inferior verò ſeries M. minuta, 2. ſecunda, & 3. tertia denotaret, & quoties contingat Planetam in motu diurno gradus non habere, ſecundus characterum ordo ſeruandus erit, ſi gradus recipiat, vt ſemper ☽ ☿, ♀ aliquando. Et hæc pauca præſciuiſſe ſat eſt.

Vſus huius Tabulæ

Ex Ephemeridibus collecto motu diurno Solis, & eius motus differentia ab vno tempore meridiano in aliud concepta, quæ ſit. Verbi gratia: 60. m. in fine tabulæ reperta, pro ſerie ſecundi ordinis indicabunt in ſecũda columnella verſus dextram, 150. ſecunda, pro quantitate motus Solis vnius horæ. Si igitur à meridie .horis inquirenda ſit pars proportionalis motus Solis, tempore 4. horarum excreſcet numerus 60 .2. quæ conſtituent m. 10. pro parte proportionali motus Solis, addenda motui meridiano, iuxta ſedem ſuam in Ephemeridibus inuento. Si vlterius, & ad plures horas quis partem proportionalem vſque ad complementum 24. horarum exquirat, toties numerum 150. multiplicet, atque erunt horæ elapſæ à meridie, & prodibit quæſitum. Quod hactenus de Sole dictum eſt, eadem ratione & aliorum Planetarum pars proportionalis inueſtiganda fuerit: ſi verò (vt dictum eſt) motui alicuius lenioris Planetæ, gradus aliqui cum minu. pro motu diurno adyciantur, vti ☽ ſemper continet

☿ etiam aliquando, & ♀, duplici via id operandum fuerit: priori vt ſuperior characterum ſeries, pro totidem gradibus ſeruiat, minuta ac ſecūda in gradus reducta, & à dextro reperta, ſeruentur: dein m gradibus motus adhærentia ſub inferiori ordine inuenta, indicabunt motum ſecundorum 3. ſi fuerint vnius horæ, quæ rurſus in gradibus 2. & m. conuerſa, motuiq́ meridiano adiecta, quæſitum oſtendet.

TABVLA AEQVATIONVM MERIDIEI PER motum ☉ in qualibet parte Zodiaci, ad infrà ſcriptas locorum latitudines.

Latitud.		36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	locorū	
Borea.		adde		adde		adde		adde		adde		min.		min.		min.		ſigna	
Signa		min.		min.		min.		min.		min.		adde		adde		adde		auſtra.	
♈	30	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	♎	30
3	27	2	1	1	1	1	1	1	1	0	0	0	0	0	1	1	1	3	27
6	24	3	3	2	2	2	2	1	1	0	[illegible]	0	0	1	1	1	2	6	24
9	21	4	3	3	2	2	2	1	1	0	0	1	1	2	2	3	4	9	21
12	18	5	[illegible]	4	4	3	2	2	[illegible]	1	0	1	1	2	3	4	5	12	18
15	15	7	6	5	5	4	4	3	2	1	0	1	2	2	3	4	6	15	15
18	12	8	7	7	6	5	4	3	2	2	0	1	2	3	4	5	7	18	12
21	9	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	1	2	3	5	6	8	21	9
24	6	11	10	8	7	6	5	4	3	2	0	1	3	4	6	7	9	24	6
27	3	12	11	10	9	7	6	5	3	2	1	1	3	4	6	8	10	27	3
♉	♍	13	12	10	9	8	6	5	3	2	0	2	3	5	7	9	11	♏	♓
3	27	15	13	12	11	9	7	6	4	2	1	1	3	5	7	10	12	3	27
6	24	17	15	13	12	9	8	6	4	2	0	1	4	6	8	11	13	6	24
9	21	18	16	14	13	10	9	7	5	3	1	1	4	6	9	11	14	9	21
12	18	19	17	15	13	11	9	7	5	3	1	2	4	7	10	12	15	12	18
15	15	20	18	16	14	12	10	8	5	3	1	2	4	8	10	13	16	15	15
18	12	21	19	17	15	13	10	8	6	3	1	2	5	8	11	14	17	18	12
21	9	22	20	18	16	14	11	9	6	4	1	2	5	8	11	14	18	21	9
24	6	23	21	19	17	15	12	10	7	4	1	2	5	8	11	15	19	24	6
27	3	24	22	20	17	15	12	9	7	4		2	6	9	12	16	20	27	3
♊	♌	25	23	20	18	15	12	10	7	4	1	3	6	9	13	17	21	♐	♒
3	27	26	23	21	18	16	13	10	7	4	1	3	6	10	14	18	22	3	27
6	24	27	24	22	19	16	14	10	7	4	1	3	6	10	14	18	23	6	24
9	21	28	26	23	20	17	14	11	8	5	1	2	6	10	14	18	23	9	21
12	18	29	26	23	21	18	15	11	8	5	1	2	6	10	15	19	24	12	18
15	15	29	27	24	21	18	15	12	8	5	1	2	6	10	15	15	24	15	15
18	12	29	27	24	21	18	15	11	8	4	1	3	6	11	18	20	25	18	12
21	9	30	28	25	22	19	15	12	9	5	1	2	6	11	15	20	25	21	9
24	6	30	27	24	21	18	15	11	8	4	1	3	7	12	18	21	26	24	6
27	3	30	28	25	22	19	15	12	9	5	1	3	7	12	16	20	26	27	3
30	♋	30	27	25	22	18	15	12	8	5	1	3	7	12	16	21	26	30	30
Borea		adde		adde		adde		adde		adde		min.		min.		min.		ſigna.	
Signa		min.		min.		min.		min.		min.		adde		adde		adde		auſtra.	

Vſus præcedentis Tabulæ.

Gradibus & m. loci Solis, meridiei tempore ex Ephemeridibus acceptis,
in præcedenti tabula, gradus Solis in ſignifero inueſtigandus erit, in ſignis Bo
realibus tam aſcendentibus ac deſcendentibus, in ſiniſtra tabulæ parte, & mi-
nuta è directo gradus Solis ibidem reperta, ſub latitudine Poli propoſiti, vel
propinquioris in angulo communi, addentur horis & m. meridiei in Epheme-
ridibus collectis, vbi inquam latitudo regionis citra latitudinem 45. graduum
fuerit, ſecùs ſi excedat 42. gradus, quòd prius addendum erit, demendum pro-
ueniet: in reliquis dextræ partis tabulæ ſignis Auſtralibus, tam deſcendenti-
bus quam aſcendentibus, vbicunque latitudo 45. gradus non excedat, demen-
da ſunt m. in angulo communi reperta. Si verò latitudo 45. gradus excedat, ad-
denda erunt, ſiccine tempus meridiei cuiuſcunq; loci ad eleuationes præſcriptas
æquabitur, æquatis igitur 21. domorum cuſpidibus Planetisq; ſuis locis propor-
tionatis, ſtellisq; eiuſdem qualitatis & alicuius notabilis quantitatis conſidera-
tis, ad thematis cuiuſuis iudicium temperatè feliciterq; procedendum eſt. Ex-
aminanda igitur ſunt ſigillatim quælibet loca & locorum dominia, poſſeſſores
ab horoſcopo per 12. domorum ſucceſsionem procedendo, multum enim refert,
quibus locis ac domibus Zodiaciq; ſignis Planetæ diuerſis aſpectibus ſeſe irra-
diant, vt verum fiat iudicium. Imprimis ergo notandæ ſunt Planetarum dig-
nitates & debilitates, vt dignior & potentior in dignitatibus in gubernatio-
ne & regimine nati dinoſcatur.

Planetarum dignitates.

5 *Domus*
4 *Exaltatio*
3 *Triplicitas*
2 *Terminus*
1 *Facies*
3 *Gaudium ratione ſigni.*
5 *Exiſtentia in Gazimi*
5 *Coniunctio*
4 *Applicatio*
5 *Receptio*
3 *Gaudium ratione domus figuræ*
1 *Gradus lucidi*
1 *Gradus augentes fortunam*
1 *Gradus conformis in ſexu*
2 *Orientalitas trium ſuperiorum*
3 *Haiz*
2 *Conformitas quartæ*
5 *Securitas*
4 *Directio*
1 *Velocitas*
1 *Augmentum luminis*

1 *Augmentum numeri*
2 *Aſcenſio in circulo augis*
2 *Aſcenſio in Septentrionem*
5 *Coniunctio corporalis cum ſtella de natura ſua*
5 *Exiſtentia inter duas fortunas*

Planeta in natalitio themate plures ex his obtinens dignitates, rector eſt thematis & nati dominator, qui illius naturam non rarò ſequitur & inclinatur, Planeta verò debilitatibus turbatus, nato nil boni confert.

Planetarum debilitates.

5 *Domus* 12.
4 *Domus* 8.
3 *Domus* 6.
2 *Domus* 2.
2 *Domus* 7. à do. pla. i. detrimentum.
5 *Domus* 7. ab exaltatione i. caſus
5 *Combuſtio Planetæ à Sole*
4 *Sub radijs extra combuſtionem*
5 *Obſeßio inter duas infortunas*
3 *Applicatio cum infortuna*
5 ☌ *Corporalis cum infortuna*
4 *Applicatio cum infortuna, per* ☍
5 *Applicatio Corporalis cum ſtella naturæ infortunatæ*
5 *Peregrinatio*
2 *Euacuatio curſus*
3 *Feralitas*
3 *Gradus vacui vel fumoſi*
3 *Gradus tenebroſi putei azemene*
2 *Occidentalitas trium ſuperiorum*
2 *Orientalitas inferiorum*
2 *Contrarietas haiz*
5 *Retrogradatio*
1 *Tarditas curſus*
1 *Minutio luminis*
1 *Minutio numeri*
2 *Deſcenſio in circulo augis*
2 *Deſcenſio in Meridiem*
3 *Coniunctio cum* ☋
5 ☌ *cum* ☋
2 *Via combuſta*
5 *Eclypſis luminarium*
2 ♒ *in* ♊ *vel in fine ſignorum in terminis malorum*
4 *Luminare infra terminos Eclypſis*
4 ☍ *Vadens ad combuſtionem vel infra* 12. *gradus*

Qui

Qui Planetæ dicantur boni & fortunæ.

Boni & dicti fortunæ ♃ ♀

Mali & infortunæ ♃ ♂

Mediocres ☉ ☽ ☿

Bonæ Planetarum configurationes dicuntur, ☌ cum bonis, boniq́ luminarium aſpectus, ad inuicem cum Planetis vel Planetarum inter ſe. Malæ autem configurationes malorum ☌ & eorum aſpectus □ ☍, vt infra patebit.

- *Coniunctio*
  - *Bonorum Planetarum bona eſt, vt ☌ ♃ ♀.*
  - *Malorum, mala eſt, vt ☌ ♄ ♂. Aliqui dicunt bonã, propter qualitatum temperiem.*
  - *Mediocrium, indifferens, vt ☌ ☿ ☾. Excipitur ☌ luminariũ, quæ infauſta cenſetur.*
- *Coniunctio*
  - *Boni cum malo, mala eſt, vt ☌ ♃ ♄: hoc tamen pro natura Planetæ vincentis, & eius diſpoſitione vincentis in figura iudicãdum eſt: quia planeta vincens ſi ſit malus, bonitatem alterius offuſcat: aut ſi bonus, malitiam alterius mitigat.*
  - *Boni cum mediocri, bona eſt, vt ☌ ☽ ♄.*
  - *Mali cum mediocri, mala eſt, vt ☌ ♄ ☽.*
- *Aſpectus* — *Boni ſunt △ ⚹, qui ſi fuerint*
  - *Bonorum Planetarum, boni ſunt, vt ♃ ♀ △ vel ⚹.*
  - *Malorum Planetarum, nõ ſunt mali, vt ♄ ♂ △ vel ⚹.*
  - *Mediocrium, boni ſunt, vt ☿ ☽ △ vel ⚹.*
  - *Mediocris cum bono, boni ſunt, vt ☽ ♃ △ vel ⚹.*
  - *Mediocris cum malo, non ſunt mali, vt ☿ ♄ △ vel ⚹.*
- *Aſpectus* — *Mali ſunt □ ☍, qui ſi fuerint*
  - *Bonorum, non ſunt mali, vt ♃ ♀ □ ☍.*
  - *Malorum Planetarum, mali ſunt, vt ♄ ♂ □ ☍.*
  - *Mediocrium, non ſunt mali, vt ☿ ☽ □ ☍.*
  - *Exceptis □ ☍, luminarium, quæ ſunt malæ.*
  - *Mediocris cũ bono, non ſunt mali, vt ☿ ♃ □ ☍.*
  - *Mediocris cum malo, mali ſunt, vt ☿ ♄ □ ☍.*

Vbi dicitur malorum non ſunt mali, nec etiam bonitatem afferunt, & è contra bonorum non ſunt mali, nec etiam bonitatis quid inducunt: quia tales aſpectus ſunt ſuſpecti. Notanda ſunt hæc omnia diligenter, quibus neglectis magnus error in iudicijs committi poſſet.


Hic licuit adiecisse Tabulam aliquot ſtellarum notabilis quantitatis, antequam ad Planetarum dignitates procedendum ſit, quæ in eiſdem domibus cum Planetis eiuſdem qualitatis repertæ, virtutem augent aut minuunt, ſi bonæ aut malæ fuerint. Adiecimus præterea earum longitudines & latitudines, quæ quò ſint Zodiaco viciniores & Planetarum radijs, plus addunt, ortum & occaſum ipſarum & cum quibus Planetis cælum mediant. Nam ſtella in ea domo cum aliquo Planeta eiuſdem qualitatis reperta, plus addit aut minuit.

TABV-

TABVLA STELLARVM FIXARVM ortus & occaſus, earundemque cœli meditationes.

	Longitudo			Latitudo		P. latit.	M. agni.	Oritur			Occidit			M. cœl.			Naturæ ſtellarum
	ſig.	g.	m.	g.	m.			ſig	g.	m.	ſig	g.	m.	ſig	g.	m.	
Venter Ceti	♈	15	5	20	0	M	3	♊	5	47	♈	4	48	♈	23	26	♄
Cornua ♈	♈	26	45	7	20	S	3	♈	1	53	♉	1	6	♈	23	49	♂ & ♄
Caput Algol	♉	19	45	23	0	S	2	♑	24	2	♊	35	30	♉	11	50	♄ pa ♀
Media pleiadum.	♉	22	35	4	40	S	5	♉	9	19	♈	26	33	♉	21	19	☽ & ♃
Hyades	♊	0	25	4	35	M	3	♊	9	44	♉	26	33	♊	1	24	♄ pa ☿
Oculus ♉ Aldeba'	♊	2	45	5	10	M	1	♊	12	47	♉	28	15	♊	3	44	♂
Pes ſi. Orion. Rig.	♊	9	15	31	30	M	1	♋	19	48	♉	13	59	♊	13	35	♄
Humerus ſi. orion.	♊	10	25	17	30	M	2	♋	5	38	♉	25	16	♊	12	46	♂ & ☿
Hircus agitator	♊	15	15	22	30	S	1		Non occidit.					♊	12	6	♂ & ☿
Orionis nebuloſa	♊	17	5	18	50	M	n	♋	11	42	♉	29	27	♊	18	45	♃ & ♄
Humerus dex. ori.	♊	22	5	17	0	M	1	♋	13	22	♊	4	51	♊	23	3	♂ &
Canis maior Al.	♋	7	45	39	10	M	1	♌	13	46	♉	25	14	♋	5	42	♄ pa ☿
Caput ♊ anteced.	♋	13	25	9	40	S	2	♊	28	22	♌	8	48	♋	14	27	☿
Caput ♊ ſequen.	♋	16	45	6	15	S	2	♋	8	37	♌	1	34	♋	17	33	♂
Canis minor Al.	♋	19	15	16	10	M	1	♌	3	27	♊	25	39	♋	17	7	☿ pa ♂
Præſepe.	♌	0	25	0	40	S	n	♋	29	49	♌	2	1	♌	0	34	☽ & ♂
Dorſ. vrſæ ante Edub	♌	7	45	49	0	S	2		Non occidit.					♍	4	37	♂
Alphard hy.	♌	20	5	20	30	M	2	♍	2	22	♋	9	42	♌	13	38	♄ & ♀
Cor ♌ Rex	♌	22	35	0	10	S	1	♌	22	31	♌	22	53	♌	22	37	♂ & ♃
Dorſum Leonis.	♍	4	15	13	40	S	2	♌	25	39	♎	23	14	♍	9	57	♄ & ♀
Cauda Leonis.	♍	14	35	11	50	S	1	♍	8	7	♎	24	41	♍	19	43	♄ & ♀
Præuidemiatrix.	♎	2	15	15	10	S	3	♍	24	36	♏	17	28	♎	8	57	♄ & ☿
Spica ♍ vinde.	♎	16	45	2	0	M	1	♎	17	49	♎	10	16	♎	15	56	♀ pa ♂
Arcturus Bootis.	♎	17	5	31	30	S	1	♍	29	42	♐	27	43	♏	6	23	♂ & ♃
Luci. Coro. Alfe.	♏	4	45	44	30	S	2	♎	5	51	♑	23	51	♏	20	30	♀ & ☿
Altera lanx Libræ.	♏	8	5	0	40	S	2	♏	7	39	♏	9	55	♏	8	18	♃ & ☿
Frons Scorpionis.	♏	26	25	1	20	S	3	♏	25	19	♏	29	31	♏	26	46	♂
Si. pes Serpentarij.	♏	25	5	17	0	S	3	♏	12	55	♐	29	43	♍	29	1	♄ pa ♀
Cor Scorpionis.	♐	2	45	4	0	M	2	♐	6	46	♏	22	46	♐	1	55	♂ pa ♃
Lyra	♑	7	25	62	0	S	1	♎	18	13	♓	18	12	♑	4	5	♀ & ☿
Aquila	♑	23	55	29	10	S	2	♐	14	23	♒	16	39	♑	19	19	♂ & ♃
Cauda Capricor.	♒	16	25	2	0	M	3	♒	21	42	♒	14	47	♒	16	47	♃ & ♄
Poſtrema fuſ. Fo.	♒	20	5	23	0	M	1	♉	28	21	♑	26	10	♒	29	11	♄ pa ♃
Cygnus.	♒	29	15	60	0	S	2		Non occidit.					♒	4	13	♀ & ☿
Crus Aquarij.	♓	1	45	7	30	M	3	♓	27	15	♒	27	11	♓	4	43	☿ pa ♄
Humerus equi.	♓	16	45	19	40	S	2	♑	26	17	♓	27	3	♓	6	47	♂ & ☿


DVODECIM DOMICILIORVM COELI SIGnificationes, ordo, nomenclatura, qualitates.



DV

DVODECIM DOMICILIORVM COELI SExus, complexiones, partem mundi, fortitudines, colores & gaudia Planetarum in eis vnico intuitu notare.

Vitæinitium. Pars ſup. terram dextra dici. Aetas media.



Senilis defectiua. Pars hæc ſubterranea ſiniſtra vocatur. Senilis ætas.

Qui Planetæ amici vel inimici ſibi inuicem ſint experiri.

Amici

- ♄ *ſunt* {♃ ☉ ☽}
- ♃ *omnes præter* ♂
- ♂ *eſt vnica amica* ♀ *alij omnes ipſi ſunt inimici, multo plus* ♃ *&* ☉
- ☉ *ſunt* {♃ ♀}
- ♀ *omnes præter* ♄
- ☿ {♄ ♃ ♀}
- ☽ {♄ ♃ ♀}
- ☊ {♃ ♀}
- ☋ {♄ ♂}

Inimici

- ♄ *ſunt* {♂ ♀} *ſed magis.* ♀
- ♃ *nullos habet inimicos.*
- ♂ *ſunt omnes præter* ♀
- ☉ {♂ ☿ ☽}
- ♀ *eſt* ♄
- ☿ *ſunt* {♂ ☉ ☽}
- ☽ *ſunt* {♂ ♀}
- ☊ *ſunt* {♄ ♂}
- ☋ {♃ ☉ ♀ ☽}

Inter Planetas mutuus & reciprocus eſt amor odiumq́, per quorum copulam bonitas vnius, alterius malitia minuitur & contrà, qui amor & odium facilè ex præſenti liquet figura, in qua etiam bonitatis excellentia Iouis ſplendet, qui nullos habet inimicos. Si in themate natalitio fortis & benè diſpoſitus ſit, nato omnia proſpera pollicetur: & ſi cum infortuna maiori & quidem peßimo loco repertus fuerit, malitiam infortunæ, ſua bonitate temperat & mitigat: Nunc ad Planetarum dignitates ſigillatim ſecundum tabulæ præcedentis ſeriem & ordinem procedendum.

Planetarum dignitates domus prima.

Planeta fortis in prima domo exiſtens, 5. obtinet dignitates eſſentiales, totidéq́ in 10. in ſeptima verò & quarta quatuor, in nona duas, in vndecima & quinta tres, in tertia, id eſt, in reliquis domibus debilitatur.

Planeta in propria domo.

Planeta fortis in propria domo exiſtens, 5. gaudet dignitatibus. Et hîc notandum eſt, quòd quilibet Planeta duo habet domicilia propria in ſignifero, exceptis luminaribus, quæ vnicum habent domicilium: ☉ etenim in ♌ propriam ſedem & vnicam ſortitus eſt, ☽ in ♋. Superſunt 10. ſigna, quinq́ reliquis Planetis attribuenda, bina pro quolibet, quæ hic ex tempore facillimè comprehenduntur, ſi ordine Planetarum ab inferiori, exceptis vt dictum eſt luminarib. ad ſuperiores à domicilio ☉ & ☽ vtrinque ſigna viciniora ☿ ſibi vendicet, ♀ ſuccedentia etiam vtrinque, ♂ alia, ♃ & ♄ reliqua, vt à ♋ domicilio ☽ aſcendendo verſus ♈, ♊, à ♌ deſcendendo, ſecundum ſucceßionem ſignorum, ♍ cōceduntur ☿, à ♊ in ſuperiori loco ♉, à ♍ ♎ ♀ participantur, ♂ ♈ ♏ conceduntur, ♃ ♓ ♐ ♄ reliqua duo ſigna ſcilicet ♒ & ♉. Semper prima domus cuiuslibet Planetæ ſecundum ſucceßionem ſignorum à ♌ accipietur: ſecunda verò aſcendeudo à ſigno Lunæ ſcilicet ♋.

Notandum.

quòd ☽ in Coniunctione cum { ☉ ♄ ♀ ☿ } *dicitur impedita per* { 2. dies. / vnum diem. / illum diem. } *ante & poſt*

☽ oppoſita { ☉ ♄ ♂ } *dicitur impedita per vnum diem ante & poſt.*

☽ □ { ☉ ♄ ♂ } *dicitur impedita per duodecim horas ante & poſt.*

Exaltatio Planetæ.

♈	☉	♎	♄
♉	☽	♑	♂
♋	♃	♓	♀
♍	☿		

Exaltatio Planetarum ratione ſignorum hîc denominatorum: in alijs verò nulla eſt exaltatio.

Planeta exiſtens in ſua exaltatione obtinet dignitates 4. & habet ſigna propria, in quibus exaltari poteſt: quia in omnibus ſignis non exaltatur quilibet,

bet, ſed in loco ſibi congruenti, vtpote ☉ exaltatur in ♈, ☽ in ♉, ♄ in ♎, ♃ in ♋, ♂ in ♑, ♀ in ♓, ☿ in ♍: in reliquis ſignis nulla eſt exaltatio.

Triplicitas Planetæ.

♈	♌	♐	☉	♃	♄
♉	♍	♑	♀	☽	♂
♊	♎	♒	♄	☿	♃
♋	♏	♓	♀	♂	☽

Signorum triplicitates, quæ eiuſdem ſunt qualitatis, prima ſunt ignea, ſecūda terrea, tertia äerea, quarta aquea.

Duodecim ſunt ſigna in quatuor triplicitates diſtincta, quæ elementorum ſimplicium qualitates ſortiuntur, quoties Planeta in ſua triplicitate reperiatur, dignitates 3. ſortitur, quarum triplicitatum diſtinctiones ſubiecta hac tabella demonſtrantur.

♈	♂	☉	♀	♏
♉	☿	☽	♄	♐
♊	♃	♂	☉	♑
♋	♀	☿	☽	♒
♌	♄	♃	♂	♓
♍	☉	♀	☿	
♎	☽	♄	♃	

Decani ſiue facies.

Decani ſiue facies dicuntur, quia ſinguli quique Planetæ, ordine decem gradus ſigni poſsident.

FINES SIVE TERMINI PLANETARVM in duodecim ſignis.

♈	6	♃	14	♀	21	☿	26	♂	30	♄
♉	8	♀	15	☿	22	♃	26	♄	30	♂
♊	7	☿	14	♃	21	♀	25	♄	30	♂
♋	6	♂	13	♃	20	☿	27	♀	30	♄
♌	6	♄	13	☿	19	♀	25	♃	30	♂
♍	7	☿	13	♀	18	♃	24	♄	30	♂
♎	6	♄	11	♀	19	♃	24	☿	30	♂
♏	6	♂	14	♃	21	♀	27	☿	30	♄
♐	8	♃	14	♀	19	☿	25	♄	30	♂
♑	6	♀	12	☿	19	♃	25	♂	30	♄
♒	6	♄	12	☿	20	♀	25	♃	30	♂
☉	8	♀	14	♃	20	☿	26	♂	30	♄
☉ & ☽ *nullos habent terminos.*										

Facies.

Et Planetarum facies in eadem tabella ſe offerunt: Planeta ibidem repertus, vnam obtinet dignitatem: quodlibet ſignum tres habet facies, à primo gradu ad 10. dicitur prima facies à 10. vſque ad 20. ſecunda, à 20. ad ſupplementum 30. tertia, & ſic de triplicitatibus: à termino enim vnius triplicitatis initium eſt alterius, & ſic de alijs.

Gaudium ratione ſigni.

Gaudium ratione ſigni Planetæ appropriati, in figura domiciliorum cæli in inferiori quadratura cuilibet Planetæ proprium aſsignatur, Planeta ibi exiſtens tres obtinet dignitates.

Exiſtentia in Cazimi.

Planeta dicitur exiſtere in Cazimi aut eſſe ☉ vnitus, dum ſcilicet ſecundum longitudinem & latitudinem à ☉ non diſteterit ante & poſt, tantum 16. M. vel infra: Planeta ſic inuentus 5. gaudet dignitatibus.

Coniunctio cum fortuna.

Coniunctio alicuius Planetæ mediocris fit, cùm iungitur ♃ aut ♀, qui dicuntur fortunæ: ibidem exiſtens Planeta, quinque poſsidet dignitates.

Applicatio cum fortuna. △

Si Planeta mediocris appetat congreſſum alterius fortunæ, & ad eam acceleret, ex aſpectu △ irradietur, quatuor dignitatibus munitur.

Applicatio cum fortuna. ✶

Mediocris Planeta applicans aut ambiens coitum cum fortuna, ex aſpectu ✶ eam aſpiciens, tres lucratur dignitates.

Receptio Planetæ, quæ & pulſatio dicitur ſiue donatio virtutis.

Receptio, pulſatio, ſiue donatio virtutis triplex eſt: prima, cùm Planeta fuerit in dignitate alterius, eundem aſpiciens, tunc pulſat, id eſt, mitigat malitiam domini, ſcilicet dignitatis ad ipſummet dominum: vt ♀ in 3. ♍, ☿ 2. ♋, ☿ ibi committit naturam ſuæ domus & ſui termini ipſi ♀, quæ eandem recipit, retinet, & eò fortiùs, ſi in aliquo angulo fuerit, quam in alijs locis cœli. Et ita Venus poteſt adhuc reſignare virtutem ſuam altiori Planetæ, ſi ♀ ipſum ſuperiorem exiſtentem in dignitatibus eſſentialibus ipſius ♀ aſpiciat aliquo aſpectu,, tunc conſequenter Venus committit diſpoſitionem ſuam ipſi ſuperiori: vt puta ſi Iupiter eſſet in Tauro vel Libra & in terminis Veneris, & quantò inferior Planeta magis debilitatur, tantò quoq; virtutis receptio eſt fortior.

Secunda, vt ſit Planeta in dignitate ſua aſpiciens alium, tunc enim illi mittit naturam ſuam, vt Luna in 7. Tauri, Saturnus in 7. Virginis, ibi Luna mittit fortitudinem ſuam Saturno: cùm tamen Saturnus nullam dignitatem in loco Lunæ habeat.

Tertia, vt ſit Planeta in dignitate ſua aſpiciens alium, qui in eodem loco habet dignitatem, vt Sol in Ariete, Mars in Leone, ibi mutua eſt receptio: nam Sol in domicilio Martis, qui ibidem habet exaltationem, & Mars in domicilio Solis. Alij hanc receptionem dupliciter differunt: maiorem enim vocant, quando Planeta iungitur alteri per corpus vel aſpectum, aut per applicationem, & vnus eorum eſt in domicilio vel exaltatione alterius, tunc illo, cuius eſt domus vel exaltatio, recipit alium quaſi in ſuo hoſpitio: & hanc dicunt eſſe perfectam, & mutuam receptionem, vt in exemplo iam dicto. Minorem dicunt fieri ex triplicitate, termino & facie: tunc oportet Planetam poſsidere duas ex minoribus dignitatibus, quoniam ex vna non fit receptio: vel etiamſi aliquis Planetarum coniungitur cum domino domus ſigni, in quo fuerit; vel cum domino triplicitatis eiuſdem ſigni, vel domino poſsidente duas minores dignitates, ſcilicet cum domino termini & triplicitatis, vel cum domino termini & faciei, vel cum domino faciei & triplicitatis, ſiue per corpus, ſiue per aſpectum, tunc Planeta, qui eſt dominus domus, ſigni, vel alicuius dignitatis illius committit & dat diſpoſitionem ſuam & naturam, atque virtutem ſuam illi.

Exem-

Exempli gratia ex domicilio.

☽ in 3. Arietis { ♂ ✶ □ △ ☍ } ♂ 3. { ♈ ; ♊ ♒ ; ♋ ♑ ; ♌ ♐ ; ♎ } *Ibi Luna iungitur Marti, & Mars de domo ſua in qua ☽ eſt, recipit ☽ : & committit ei diſpoſitionem & virtutem ſuam.*

Exemplum ex exaltatione.

Exalta. ☉ ☽ 3. ♈ { ♂ ✶ □ △ ☍ } ☉ 3. { ♈ ; ♊ ♒ ; ♋ ♑ ; ♌ ♐ ; ♎ } *Ibi ☽ iungitur ☉, & ☉ de exaltatione ſua, in qua eſt ☽, recipit ☽, & committit ei ſuam diſpoſitionem & virtutem ſuam.*

Exemplum ex termino & facie.

termini fac. ♄ ☿ 23. ♉ { ♂ ✶ □ △ ☍ } ♄ 23. { ♉ ; ♋ ♓ ; ♌ ♒ ; ♍ ♑ ; ♏ } *Ibi ☿ iungitur ♄, & ♄ dominus termini & faciei loci ☿ recipit ☿ & committit diſpoſitionem ſuam & virtutem.*

Gaudia ratione ſigni.

In tabula ſexus & complexionum domorum 12. cæli dictum eſt, quòd quilibet Planeta haberet ſignum ſuo gaudio dedicatum, vtpote ♄ in ♒, ♃ in ♐, ♂ in ♏, ♀ in ♉, ☿ in ♍ gaudet: planeta in illis inuentus, tres dignitates meretur ☉ & ☽ in ſignis nulla ſunt gaudia.

Gaudia ratione domus cæli.

In eadem figura, ſexus & cõplexionum domorum gaudia planetarum in certis domibus conſignantur, vt ☿ in 1, ☽ in 3. prout in figura domorum cuilibet planetæ ſuo loco et domo ordinatũ eſt: planeta ſic diſpoſitus 3. vincit dignitates

	g.lucidi.	g.aug.for.	gra.confor.
♈	8 20 29	19	m. 8 15 30 f. 9 22
♉	7 14 27	3 15 27	m. 11 21 30 f. 5 17 24
♊	4 12 22	11	m. 11 21 30 f. 5 17 24
♋	12 28	12 34 15	m. 2 10 23 30 f. 8 12 27
♌	30	2 5 7 19	m. 5 15 30 f. 8 12 27
♍	8 16	3 14 20	m. 1 30 f. 8 20
♎	5 18 27	3 15 21	m. 5 20 30 f. 15 27
♏	8 20	7 18 20	m. 4 17 30 f. 14 24
♐	9 19 30	13 20	m. 2 12 30 f. 5 24
♑	10 19	12 13 14 20	m. 11 30 f. 19
♒	9 21 30	7 16 17 20	m. 5 21 27 30 f. 5 25
♓	12 22 28	13 20	m. 10 23 30 f. 20 28

Vnico intuitu Lector facilè notabit gradus cuiuslibet ſigni Zodiaci, lucidos, augentes fortunam, maſculinos & fœmininos, vt quoties in gradibus lucidis, & augentibus planeta inueniatur, vnam dignitatem aſciſcatur: ſi planeta maſculinus in gradibus maſculinis, & fœmininus in fœmininis inueniatur, in conformitate inquam ſexus, totidem adipiſceatur. Clarior eſt tabula, quàm quæ exemplo egeat. Meminiſſe oportet, in conformitate ſexus per literam m. maſculinum, per f fœmininum denotari. Signa maſculina ſunt, quæ ab Ariete incipiunt, et impari gaudent numero, vt 1.3.5.7.9.11. Fœminina, quæ pari gaudent numero, vt 2. 4.6.8.10.12.

Orien-

Orientalitas trium ſuperiorum Planetarum.

Planetarum orientalitas itidem occidentalitas duobus colligitur modis. Priori in Ephemeridum dextra parte, vbi ☽ ad reliquos planetas, aſpectus notatur, cuilibet 5. planetarum ſubſcribitur, Or. id eſt Orientalis, aut Occi. id eſt, Occidentalis. Poſteriori modo idipſum ex Planetarum aſpectibus ad Solē facilè diſtinguitur: tres etenim ſuperiores planetæ, Saturnus, Iupiter, Mars, ab ipſorum ☌ à Sole digredientes ad oppoſitionem vſque, Orientales dicuntur: ab oppoſitione verò in ☌, Occidentales. Venus autem & Mercurius quandiu ☉ occidentem inſequuntur, Occidentales dicuntur: ſi Solis ortum anteuertāt, Orientales dicuntur. Luna autem à Coniunctione ad plenilunium, Occidentalis, ab oppoſitione ad Coniunctionem, Orientalis dicitur: tandem Orientalis dicitur planeta, quando matutino tempore ante Solis ortum apparet ſupra terram, Occidentalis verò, quando veſperi poſt ☉ occaſum ſuper terram apparuerit & planeta ſit Orientalis inuentus, duas ſibi vendicat dignitates.

Orientalitas inferiorum.

Quotieſcunq; & inferior planeta orientalis, vt prætactum eſt, fuerit, totidē dignitates exigit.

Haiz.

Haiz ſiue ſimilitudo planetæ dicitur, quando planeta diurnus in die ſuper terram, nocte ſub terra, & planeta nocturnus die ſub terra, nocte ſupra terram eſt.

Diurni.

Sic { ♄ ♃ ☉ ☿ } *in* { *diurna* / *nocturna* } *figura* { *ſuper terram.* / *ſub terra.* }

Nocturni.

Sic { ♂ ♀ ☽ } *in* { *diurna* / *nocturna* } *figura* { *ſub terra.* / *ſuper terram.* }

Vel etiā planeta maſculinus in ſigno & quarta maſculinis orientalis. Planeta verò fœmininus in ſigno, & quarta fœmininis & occidentalis compertus fuerit.

Maſcul. Maſcul. Maſcul.

Sic { ♄ ♃ ♂ ☉ } *vel in* { ♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ } *vel in* { *vndecima* / *duodecima* / *quarta* / *quinta* / *ſexta.* } *M. cæli & Orientalis.*

Fœmi. Fœmi. Fœmi.

Sic { ♀ ☽ } *vel in* { ♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓ } *vel in* { *prima* / *ſecunda* / *tertia* / *ſeptima* / *octaua & 9.* } *& Occidentalis.*

Ex prædictis liquet, Planetam aliquando tribus diuerſis modis eſſe in ſuo haiz. Primo iuxta moram ſupra vel infra terram. Secūdò iuxta maſculinitatem aut fœmininitatem ſigni. Tertiò iuxta quartas maſculinas vel fœmininas: & hoc modo dicitur conformitas quartæ.

Notandum, quòd ☿ aliquando diurnus, aliquando nocturnus, nunc maſculinus, deinde fœmininus iuxta configurationem eius cum Planetis vel pro natura ſigni, in quo reperitur, ſi alteri non fuerit coniunctus vel configuratus. Tandem cum bonis bonus eſt, cum malis malus.

Conformitas quartæ.

Superfluum videretur hîc repetere quid eſſet conformitas quartæ, cum iā in tertio modo ſatis oſtenſum eſt, vbi Planeta tertio modo eſt in ſuo haiz: Planeta ſic inuentus, duas vincit dignitates.

Securitas.

Securitas dicitur, cum Planeta in ſuo haiz angulum occupat, & luminare temporis in angulo ab eo præter oppoſitionem, id eſt, in quadraturis, ita vt in die Planeta ſit Orientalis à ☉, noctu Occidentalis à ☽. Siccine oportet, vt in die ſit in decimo ſigno à ☉, noctu in quarto ſigno à ☽, ſecundum ordinem ſignorum. Planeta ſic inuentus, quinq; dignitates poßidet.

Directio.

Directus Planeta dicitur, aut eſſe in ſua directione, cùm fuerit in ſummo puncto ſui Epicicli, ab vtraq; ſtatione æquè diſtans, in quo dum Planeta fuerit, velocius moueri dicitur, & ibidem quatuor obtinet dignitates.

Velocitas curſus.

Velox motu dicitur Planeta, dum ſecundum ſignorum ſucceßionem motus verus, velocior eſt medio eius motu: è contrà tardus dicitur, dum retrogradè mouetur aut tardiùs, quàm medio eius motu progreditur. Id facilè deprehenditur, ſi ex Ephemeridibus motus cuiuſuis Planetæ diurnus eliciatur, & medius motus eius in tabula mediorum motuum diurnorum Planetarum inquiratur, & ſic dignit. 1. petit.

TABVLA MEDIORVM MOTVVM Planetarum diurnorum.

Augmentum luminis.

	gr.	m.	2
♄	0	2	1
♃	0	4	59
♂	0	31	27
☉	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☽	13	10	36

Auctus lumine dicitur Planeta, dum ☉ ab eo, vel, ipſemet à ☉ recedit: minutus verò contrà, dum ad ☉ aut ☉ ad illum acceſſerit: vt ſi ☉ ſit in primo gradu ♈, ♄ in 5. ♉, tunc per ſucceßionem ſignorum & graduum ☉ accedit ad ♄, & ♄ dicitur auctus lumine. Sic Planeta dignitatem vnam vincit.

Augmentum numeri.


Argumentũ Planetæ æquatum ſi fuerit. { *minus* / *plus* } *6. ſignis hoc eſt, quando æquatio argumenti* { *additur medio motui.* / *Subtrahitur à medio motu.* } *dicitur* { *auctus* / *diminutus* } *numero*

Si autem argumentum æquatum Planetæ fuerit præciſè 6. vel 12. ſignorũ, tunc neq; auctus neq; diminutus, ſed æqualis numero dicitur.

Aſcenſio in circulo augis.

Cùm centrum verum Planetæ fuerit, à { 0 / 6 } *in* { 6 / 12 } *eſt* { *deſcendens* / *aſcendens.* } *in Eccentrico.*

Cùm argumentum Planetæ fuerit, à { 0 / 6 } *in* { 6 / 12 } *eſt* { *deſcendens* / *aſcendens.* } *in Epicyclo.*



Aſcenſio in Septentrionem.

A præcedenti paruum differre videtur, niſi quod eam in partem ſiue mundi plagam vergat: Planeta ibidem tendens duabus fulget dignitatibus.

☌ Corporalis cum ſtella de natura fortunæ.

Quo plures ſunt in natalitio themate boni & in dignitate conſtituti, Planetæ eiuſdem qualitatis, nato fortunam augent, & validiùs erit iudicium, ſi fortiores Planetæ in locis, ſignis, domibusq́ue benè conſtituti ſtellis eiuſdem qualitatis extra Zodiacum coniungantur, aut mutuo aſpectu ſeſe irradient, præſertim ſi fuerint primi 2. honoris ſtellæ, multum addunt aut minuunt in

themate

themate natalitio ſi malorum radijs miſceantur Planetarum, etſi dicat Ariſtoteles ſub circulo obliquo ſiue Zodiaco omnem vitam in rebus inferioribus conſiſtere, tamen & aliarum ſtellarum ☌ & aſpectus, quò Zodiaco viciniores, eò fortius influunt, augent & minuunt fortunam pro qualitate commixtionis radiorum & aſpectus ſtellarum cum Planetis: quod vnico exemplo clarificatur, dum caniculiarium dierum ratio perpenditur: quo tempore intenſior eſt calor quàm Sole in ♋ exiſtente: tunc enim naturaliter calor intenſior eſſe deberet, quàm ☉ finem ♌, primamque faciem ♍ peragrante, propter radiorum maiorem obliquitatem: calor enim ex ☉ radiorum perpendicularitate cauſatur, quæ perpendicularior multò eſt ☉ cancriſante, & ideo intenſior calor vrgere deberet: tamen contrarium in Auguſto in ☉ obliquitate radiorum accidit, ſed ratio Phyſica id facilè admittit, propter triū ſiderum eiuſdem qualitatis radiorum commixtionem, ☉ inquam ♌ & caniculæ ſiderum calidorū & ſiccorum: conſimili ratione & aliarum ſtellarum radij cum aliquo Planeta eiuſdem qualitatis per ☌ aut alium aſpectum commixti, virtutem aut malitiā augent aut minuunt: & hæc obliuioni tradidiſſe incongruum eſſet, propterea in præcedentibus tabulam adiunximus, in qua ſtellarum qualitates vnico viſu diſcerni poſſunt.

Exiſtentia inter duas fortunas.

Mediocris Planeta inter ♃, & ♀, qui fortunæ dicuntur, locum habens, dicitur exiſtens inter duas fortunas, & ibidem 5. ſortitur dignitates. Et hæc hactenus de Planetarum dignitatibus, quæ diligenter & ſigillatim examinandæ ſunt: Planetæ enim dignitatibus ſuperioris & vincentis, naturam & influentiam natus quicunque, induit & amplectitur. Nunc de Planetarum debilitatibus.

Planetarum debilitates.

Quotieſcunque Planeta quiuis in aliquo cœli domicilio ſuſpecto inuenitur, debilitatur plus ac minus, vt ſi in duodecima domo (quæ carceris & anguſtiæ dicitur) inuentus fuerit, quinque debilitatibus turbatur. In octaua, quæ mortis eſt, 4.6.3.2. duabus afficitur debilitatibus. In 7. à domo Planetæ, id eſt, in detrimento totidem in 7. ab exaltatione, id eſt, in caſu 5.

Combuſtio Planetæ.

Planetæ combuſtio per ſui orbis medietatem facilè deprehenditur: cùm enim ſui orbis minus medietate abeſt antè & pòſt, combuſtus & debilis virtutis dicitur, & eſt maxima Planetæ debilitas, etſi retrogradatio Planetas debilitat, combuſtio peior eſt. Quid orbis Planetæ medietas denotet, in tabula domorum oſtenſum eſt. Oppreſſus Planeta dicitur, cùm à M.16. ad grad. 12. à ☉ elongatur, ſex debilitatibus turbatur.

Sub radiis extra combuſtionem Planetæ exiſtentia.

Planeta ſub radijs eſſe dicitur, ſi vltra ſui orbis medietatem à ☉ 16. grad. diſtiterit: Planeta ſic repertus 4. debilitatur.

Obſeſsio.

Obſeſſus Planeta eſt, cùm fuerit inter duas infortunas, ſiue inter illorum radios: & ſic quinque debilitatibus infirmatur, vt.

♄ ♄ ♂	*in grad.*	6 8 10	♉ ♉ ♉	*ibi* ♃ *obſeſſus dicitur* à ♄ & ♂	♃ ☽ ♂	6 8 10	♈ ♎ ♈	*obſeſſa eſt*	☽ *ex* □ ♃ & ♂.

Applicatio cum infortuna.

Applicatio cum infortuna, hoc ab applicatione cum fortuna differt, cum Planeta mediocris applicat, tum, Saturnus aut Mars, & tribus tunc moleſtatur debilitatibus.

Coniunctio corporalis cum infortuna.

Fit dum Iupiter aut Venus cum Saturno aut Marte applicat, aut alius quiuis mediocris: qui ita deprehenſus, quinque grauatur debilitatibus.

Applicatio corporalis cum ſtella naturæ infortunæ.

Propterea notabilium ſtellarum aliquot naturas in quadam tabula, quaternione C notauimus, quod profectò negligendum non eſt: Planeta etenim corporaliter applicans cum tali ſtella naturæ infortunæ, quinque debilitatibus afficitur.

Peregrinatio.

Peregrinus Planeta dicitur, cum non inuenitur in aliqua dignitatum ſuarum, vt Saturnus in 6. Arietis nullam obtinet dignitatem eſſẽtialem, ideo peregrinus dicitur: feralis autem dicitur Planeta, cùm fuerit Planeta in aliquo ſignorum, vbi nullus alius Planeta fuerit, neque radij ipſius: ſiccine tantiſper exiſtens Planeta, feralis dicitur, ſolus in aliquo ſigno abſque radijs aliorum, peregrinus itaque planeta quinque debilitatibus impeditur.

Euacuatio curſus.

Euacuatus curſu planeta dicitur, cum ſeparatur ab aliquo per Coniunctionẽ aut aſpectum, & non iungitur alteri per corpus aut per aſpectum, in eo ſigno tantiſper exiſtens planeta, curſu vacuus, dicitur duabus debilitatibus vexatus: hoc tamen intelligendum eſt iuxte orbes aut radios planetæ. Exempli gratia: Luna, Coniunctio, Iupiter in Sagittario, & poſt ſeparationem eius à Ioue non ſit aliquis planetarum in Sagittario, cui coniungi poſſet pro medietate ſui orbis, nec radijs alicuius illuſtretur, quem poſſet aſpicere, ſiccine Luna vacua curſu dicitur, donec ſignum Sagittarij prætereat, & iungatur alicui corpore aut aſpectu: ſed hoc ſolùm in Luna conſideratur.

Feralitas.

De feralitate planetæ in peregrinatione tractatum fuit, niſi quod planeta feralis tribus dignitatibus languet.

GRADVS VACVI, VEL FVMOSI, TEnebroſi, putei, azemene.

In hiſce gradibus planeta conſtitutus, vacuis & fumoſis tribus debilitatibus vexatur, in gradibus verò tenebroſis, putealibus & azemene duabus tantùm obruitur debilitatibus. Et omnes hi gradus vnico intuitu conſpiciuntur.

Gradus

	Gradus vacui	Gradus fumoſi	Gradus tenebr.	Gradus putei	Gradus azemene.
♈			3 16 24 30	6 11 16 23 29	
♉	11 19		3 30	5 12 24 25	6 7 8 9 10
♊	16 30		7 27	2 12 17 26 30	
♋	18 30	20	14	12 17 23 26 30	9 10 11 12 13 14 15
♌	25	20	10	6 13 15 22 23 28	18 27 28
♍	10 27	22	5 30	8 13 16 21 22	
♎	30		10 21	1 7 20 30	
♏	14 27	22	3 30	9 10 22 23 27	19 28
♐		23	12	7 12 15 24 27	1 7 8 18 19
♑	25	15	7 22 30	7 17 22 24 29	26 27 28 29
♒	25	4	13	11 12 17 22 24 29	18 19
♓	25		6 18 30	4 9 24 27 28	

Occidentalitas trium ſuperiorum.

Vbi Planeta deſinit eſſe Orientalis, de quo in dignitatibus dictum eſt, Occidentalis eſt, tum duabus debilitatibus læditur.

Orientalitas inferiorum.

Repetitione hîc non opus eſt, ab Occidentalitate mox Planeta inferior orientalis in duas corruit debilitates.

Contrarietas haiz.

Planeta in ſuo haiz tribus decoratur dignitatibus: ſed in contrarietate haiz exiſtens, duabus debilitatibus grauatur.

Retrogradatio.

Facilè cuiuſuis Planetæ retrogradatio ex Ephemeridibus colligitur per literam 2. aut ex vnius diei in ſequentem motu, ſi gradus minuātur vel minuta, & ſic Planeta quinque laborat debilitatibus.

Tardus curſu.

Velocitas aut Planetæ curſu tarditas facilè elicitur, dum ſecundum ſignorum ſucceſſum motus eius verus, eſt velocior medio eius motu: è contrà tardus Planeta dicitur, ſi retrogradationem patiatur, nec parum differt à retrogradatione, niſi quod vnica debilitate tardus Planeta obruitur.

TABVLA MEDIORVM MOTVVM
Planetarum diurnorum.

	9	M.	2
♄	o	2	1
♃	o	4	59
♂	o	31	27
☉	o	59	8
♀	o	59	8
☿	o	59	8
gr.	13	10	36

Minutio luminis.

In augmento luminis inter dignitates minutionem ſatis expoſuimus: Planeta minutus vna debilitate deijcitur.

Minutio numeri.

Neq; minùs de numeri minutione dictum eſt, niſi quod Planeta numero minutus, vires ſuas vna minuit debilitate.

Deſcenſio in circulo augis.

De eadem in aſcenſione in circulo augis clarè expoſitum eſt, niſi quod hîc Planeta minuit ſuas vires duabus dignitatibus.

Deſcenſio in meridiem.

Ibidem per aſcenſionis in Septentrionem contrarietatem: ſed hîc Planeta duabus debilitatibus vexatur.

☌ Cum ☊.

In Ephemeridibus clarificatur: Planeta ſic coniunctus offenditur tribus debilitatibus.

☌ Cum ☋.

Idipſum in Ephemeridibus ex oppoſito ☌ cum ☊ facilè liqueſcit, Planeta quinque vexatur debilitatibus.

Via combuſta.

Planeta in via combuſta eſſe dicitur, dum ſub linea Eclyptica oberrans, Solis radijs ☌, infeſtatur duabus debilitatibus.

Eclypſis luminarium.

Semper ibi Planeta exiſtens mali quippiam portendit & quinque turbatur dignitatibus.

Luna in Geminis vel in fine ſignorum in terminis malorum.

Ibidem ☽ duabus hebetatur debilitatibus.

Luminare infra terminos Eclypſis.

Eclypſes earumq; durationes, in quibus terminis accidant, Ephemerides apertè oſtendunt, Planeta tantiſper ibi hæſitãs quatuor debilitatibus confunditur.

☽ Vadens ad combuſtionem vel duodecim gradus.

Clarius hic acceſſus eſt, quam qui verbis egeat: ſed ☽ ſic progrediens, quatuor debilitatibus turbatur. Sunt & aliæ debilitates, vt antiſcia, &c. de quibus paruam habemus rationem. Et hæc hactenus de debilitatibus Planetarum ſatis abundè dictum eſt. Nunc maturè collectis Abrahami Iudæi, & Gaurici dictis, ad totius diuinatricis artis Encomia felici omine procedendum fuerit.

TOTIVS ARTIS DIVINATRICIS ENCOMIA.

DIxit Abraham Iudæus: Optimum inſtrumentum ad reperiendum gradum orientem, ſiue horoſcopãtem in natiuitatibus, eſt Aſtrolabium. Quod quãto perfectiùs et maioris quãtitatis fuerit, tantò

melius

melius, poſt aſtrolabium verò optimum inſtrumentum eſt, quod appellatur quarta circuli, ſiue quadrans: poſt hæc, vmbra recta, vel tranſuerſa, poſtmodùm menſura per aquam facta. Simplicitatem Abrahami hîc permittimus, qui nondum noſtræ Sphæræ materialis vſum viderit, in cuius vſu 14. *Canones conſtruximus, qua facilè, ne quidem Horoſcopum, ſed & omnes domorum cuſpides dicto citiùs examinantur.*

Notandum.

Dixit Hermes, quòd locus Lunæ in hora infuſionis ſpermatis in matricē, erit gradus oriens in natiuitate, gradus verò oriens in conceptione eſt Lunæ locus in natiuitate, quod verum eſſe probatione cognitum eſt, niſi natiuitas, vel ſeptimo, vel vndecimo menſe fuerit.

Menſes deputantur.		
1	♄	Saturno.
2	♃	Ioui.
3	♂	Marti.
4	☉	Soli.
5	♀	Veneri.
6	☿	Mercurio.
7	☽	Lunæ.
8	♄	Saturno.
9	♃	Ioui.
10	♂	Marti.

Magiſtri enim Aſtronomiæ, primum menſem à conceptione Saturno attribuunt, eò quòd ipſe vim retentiuam ſemini adminiſtrat.

Secundum verò Ioui, eò quòd ipſe incrementum ſemini conferat.

Tertium Marti, calorem augmentanti & motum attribuenti.

Quartum Soli, qui vitam ſpiritualem in corde ponit.

Quintum Veneri, lineamenta corporis & membra formanti & venuſtanti.

Sextum Mercurio, qui membra à ſe diuidit, hactenus coniuncta.

Septimum Lunæ, quæ formæ eſt & modus indicatiua. Naſcentem in hoc menſe contingit viuere, ſed non diu: & vix vnus in hoc menſe naſcitur, qui aliquam non habeat in corpore azemenam.

Octauus iterum vt priùs, Saturno dedicatur, egreſſum conceptui prohibenti. Quod ſi vel ex motu animæ, vel accidente corporis in hoc menſe prægnans pepererit, & pariens, & partus ſimul vita priuabuntur.

Item nonus Ioui aſſcribitur, quo plurimi naſcuntur.

Contigit etiam quoſdam in menſe decimo naſci, eò quòd Mars motum præbeat, cui eſt menſis ille deputatus.

Sunt quoq́, qui menſe vndecimo oriantur, ſed rariſſimi, vt vix vnus inter mille naſcatur illo menſe vndecimo. Nunc autem doceamus artem, qua ſcire poterimus, cognita natiuitate, quot diebus prægnans conceptui hoſpitium præbuerit, & cognito orientis cardine, vtrum ☽ in ſuperiori hemiſphærio peragrauerit, vel prope ipſum horoſcopi gradum, vel ſeptimæ: & ſi in principio ſeptimæ domus, vel prope reperies Lunam, dies moræ fuerunt. 259.

Si autem plurimum à principio ſeptimæ domus diſtiterit, vide quot gradibus æqualibus ab eo diſtet. & pro ſingulis gradibus aſſumito horam vnā æqualem cum 10. *mi. horæ. Dein horas cum earum minu. in dies naturales redigito: & quod inde prouenerit, præfatæ dierum ſummæ, vtpote diebus* 259. *adijcito.*

Verùm ſi Luna fuerit in orientis cardine, ſeu gradibus horoſcopi, dies moræ fuerunt. 273.

Quod

Quod ſi ☽ in hemiſphærio inferiori reperiatur, cape diſtantiam ipſius ☽ ab ortiuo cardine, & illam diſtantiam reducito ad gradus æquales, vt ſuprà dictũ eſt, & quod productum fuerit, adijcito diebus 273. (qui debentur: ☽ in ſuperiori hemiſphærio exiſtente) vtpote in ortiuo cardine partiliter ſupputata, vel circiter.

Conſentio Hermeti in hoc, quod locus Lunæ in conceptione erit oriens, ſiue horoſcopus in natiuitate ſemper. Contigit verò, ſi prope natiuitatem ſcilicet 7. vel 5. dies ante natiuitatem alius Planeta, quam Saturnus gradum orientem in conceptione obtinuerit, ibiq; poteſtatem, ſiue dignitatem habens, Lunã ex quadrato, vel ex oppoſito reſpexerit, exibit partus citiùs præfinito tempore.

CONCEPTI FOETVS DIEM ET HORAM extemplò faciliter ſupputare, ſecundum Lucam Gauricum.

G.	H.	M.
1	1	50
2	3	40
3	5	30
4	7	20
5	9	10
6	11	0
7	12	50
8	14	40
9	16	30
10	18	20
11	20	10
12	22	0
13	23	50

Gra.	Dies
26	2
39	3
52	4
65	5
78	6
91	7
104	8
117	9
130	10
143	11
156	12
169	13
182	14
195	15

Ex dictis Abra. Hebr. pro quibuſlibet 13. grad. ſumito vnam diem naturalem.

Diſtãtia ☽ à 7		
Grad.	Dies.	
12	259	Mora Minor
24	260	
36	261	
48	262	
60	263	
72	264	
84	265	
96	266	
108	267	
120	268	
132	269	
144	270	
156	271	
168	272	
180	273	
192	274	
204	275	
216	276	
228	277	
240	278	Media
252	279	
264	280	
276	281	
288	282	
300	283	
312	284	
324	285	Maior.
336	286	
348	287	
360		

Vbicunque Luna reperiatur in themate natalitio per Animodar rectificato, ſiue ſupra terram, ſiue ſub terrã, aſſumito ipſius diſtantiam à cardine occiduo, vtpote ſeptima domo, ſecundum ſucceſſionem ſignorum progrediendo, & eiuſdem diſtantiæ gradus ſiniſtrorſum perquirito in prima huius tabellulæ columnula, & ſtatim comperies è regione dextrorſum dies moræ, quibus infans ſiue fœtus ſtetit in vtero materno: illos poſtmodum dies moræ ſubducito ab die natalitio, dies menſium connumerando ordine præpoſtero, & vbi terminabitur numerus, erit dies concepti fœtus: in qua ſi tunc Luna reperiatur ſub ſigno Horoſcopi natalitij, cum numero tamen gradum minore proximiore, rectè negotiatus fuiſti. Alioqui per diem citra vltráue aſſumito diem illam pro cõceptu, quæ fuerit proximior gradibus Horoſcopi natalitij.

Horam verò concerti fœtus ita inueſtigabis: perquirito in Ephemeridibus gradum Solis in meridie eiuſdem diei ſupputatum, & eundem reperias in tabula

bula domorum tui finitoris, ſub decima domo, & horas cum minutis ſiniſtrorſum è regione compertas, ſcribe ſeorſum. Dein gradum ☽ in themate natalitio ſupputatum, inueſtigabis ſub Horoſcopo eiuſdem tabulæ domorum, & horas cum minutis ſiniſtrorſum annotatas, ſcribe ſupra horas & minuta, ☉ poſteà ſubducitò ſemper horas & M. ☉ ab horis & M. ☽ accommodatis 24 ſi oportuerit, & proſilient horæ cum minutis poſt meridiem illius diei ſuprà repertæ, in qua fœtus ille fuerat conceptus. Ad illud denique tempus ſupputato locum ☽, & ille erit gradus verus, qui emergebat hora natalis ſupra finitorem tuæ regionis, & gradus Aſcendens hora conceptus, erit verus locus Lunæ in genitura. Nam Hermes rerum cæleſtium ſcriptor antiquiſſimus, affirmat illum ipſum cœli gradum horoſcopare tempore genituræ, quem conceptus tempore Luna tenuiſſet, rurſumq́ gradum illum tempore conceptus horoſcopaſſe, in quo gradu genituræ tempore Luna fuiſſet inuenta.

Ptolemæus autem in centum enunciatis, Aphoriſmo 51. ait: In quo ſigno ☽ eſt genituræ tempore, illud in conceptu fac Aſcendens, in quo ſigno inuenta fuerit in conceptu, illud, aut eius oppoſitum fac aſcendens in partu. Tunc enim Luna conceptionis in oppoſito ſigno horoſcopantis in genitura loci reperietur, vtpote in ſigno occidui cardinis, quum tempore concubitus ipſa Luna in occiduo cardine fuerit inuenta.

Aduerſus Ioannem Pontanum.

Non autem tunc oppoſitus in genitura locus aſcendit, quum tempore concubitus in cardine occiduo fuerit inuenta, vti ſcripſerat noſter Pontanus, qui hunc & pleroſq́ Aphoriſmos non ita ad vnguem enucleauit, quum illos neutiquam rectè perceperit.

NVNC ABRAHAMI HEBRAEI ſcripta ſequuntur.

Dixit Ptolomæus: Omnis Planeta ante initium alicuius domus exiſtens, & minus quàm 5. gradibus ab initio diſtans, quaſi in illa domo exiſtens eſt, ſiue principium illius domus ſit initio ſigni, ſiue non. Intelligendum autem diſtantiam prædictam quinq́ gradibus æqualibus eſſe cõſiderandam. Dico autem, quòd quando Planeta eſt in principio domus, maximæ virtutis eſt: quantò autem in ipſa domo à principio magis elongatur, tantò virtutis minoris eſt. Cùm autem in proximo gradu ante principiũ domus, paruæ potentiæ eſt, quam à principio recepit: minoris autem eſt potentiæ cùm in ſecundo eſt ante principium domus. Sic paulatim potentia diminuitur creſcente diſtantia, ita vt in quinto nullius ſit virtutis.

Dixit Meſſahala: Quòd ſi Planeta eſt in 30. gradu alicuius ſigni, nullius penitus virtutis eſt in ſigno, in quo eſt, ſed in ſequenti. Hoc autem falſum eſt: ſigna enim quocunq́ modo accipiantur, ſiue ſecundum cogitationem, ſiue ſecundum viſum, nullo interuallo à ſe ab inuicem diſtincta ſunt.

Notum eſt Iouis terminum eſſe in Ariete à capite Arietis vſq́ ad finem ſexti gradus eius, terminum verò Veneris in ſex gradibus ſequentibus eſſe: tamen ſi fuerit Iupiter in principio ſexti gradus Arietis, non dicetur virtutem

habere in termino Veneris ſubſequente, ſed in ſuo, & ſicut interuallo non diſtat terminus à termino, ſic nec ſignum à ſigno: nam totus circulus gradibus diſtinguitur. Dixit Hermes, cùm aliqua ſtellarum infixarum primi honoris fuerit in gradu oriente, oſtendit natum magna, & extranea, & miranda vltra parentes habiturum, ſecundum temperiem illius ſtellæ. Dicitur autem temperies ſtellæ, quòd ipſa ſimilem in terrenis exercet virtutem, ſimilem dico virtuti, quam terrenis habet Coniunctio aliquorum Planetarum duorum. Dico autem hoc dictum Hermetis verum eſſe, ſiue ſit primi, ſiue ſecundi honoris fixa, quæ tamen paruæ latitudinis ſit, vt cor Leonis, & Aldebaran, quæ ſunt primi honoris, & cor Scorpionis, quæ eſt ſecundi.

Quæ verò magnæ latitudinis eſt, vt Aquila cadens, quæ primi honoris eſt, vel Aquila volans, quæ ſecundi eſt, paruã virtutẽ in terrenis poteſt exercere.

Dixerunt Babylonij, quòd fixa primi, vel ſecundi honoris cum gradu oriente in natiuitate aſcendens, eandem habet virtutem, quam habeat in oriente, quod falſum eſt: nam maior eſt virtus longitudinis quàm latitudinis.

Albumazar verò in Yſagogicis ſuis maioribus multas & varias figuras enumerat, cum vnaquaq; facie cuiuſq; ſigni aſcendentes ſecundum Indos, quod magis ridiculo, quàm veritati accedit.

Item Albumazar enumerat alias figuras ſecundum Ptolemæum cum faciebus ſignorum aſcendentes, quod verum eſt ſecundum quadraginta octo imagines cæleſtes, quæ ſunt in firmamento, quas Ptolemæus enumerauit ſecundum diſpoſitionem, quam habuerint in tempore ſuo. Nunc autem ſecundum ſententiam ſuam loca mutauerunt: cùm tamen ſecundum Indorum ſententiam ſint immobiles. Veritas autem ſic eſt, quòd ſiue illæ figuræ moueantur, ſiue non, duodecim tantùm earum conſiderare debemus, quæ ſunt propinquæ Zodiaco, non viginti vnam Septentrionales, nec quindecim Auſtrales.

Indi in libro natiuitatum multas partes faciunt, quas omnes negligit Ptolemæus, niſi partem fortunæ: Ego autem in hoc libro enumerabo, quas probauerint periti huius artis, ſcilicet Doroteus, Meſſahallas, Andruzagar. His prælibatis nunc de propoſito dicendum eſt.

In primis ergo ſecundum tabulas probationum ſiue directionum (reperto orientis cardine) vel modo in Yſagogicis prælibato, quinq; domos reliquas ſecundum terræ tuæ latitudinem coæquato, iuxta artem à nobis in vſu Sphæræ vel calculo Ephemeridum traditam, non ſecundum magiſtros Aſtronomiæ, quorum falſitatem reijcimus.

Abrahami Iudæi.

Et quum 12. domorum figuram erexeris, in ea ſcribe locum cuiuſlibet Planetæ in domo in qua inuenitur: Caput quoq; Draconis, Lunæ & caudam, quæ omnia in tabulis Ptolemæi, vel Alfonſi aut Blanchini, & melius per modernorum Aſtronomorum tabulas, ſecundum longitudinem tui finitoris oportet coæquata eſſe: ſcribe & Aſpectus ſiue radiationes cuiuslibet ſeptem Planetarũ in domibus, vbi accident illi aſpectus conſiderandi, ſecundũ diſtinctionẽ domorum, & ſecundũ gradus æquales: & hæc eſt figura, quã Ptolemæi appellamis.

Figura


Figura Claudii Ptolemæi.



Poſt hæc aliam fac figuram, & ab orientis gradu minue octo gradus retrò, nec cures an in eodem ſigno, an poſteriori terminetur illa ſubtractio. Graduum vero (in quocunque terminetur) ſcribe in ſecunda figura, initium ponens primæ domus, & ad hunc modum à principijs ſingularum domorum deme octo gradus, & gradus terminationis in principijs reliquarum domorum ſcribe in ſecunda figura: ſimiliter à locis ſingulorum Planetarum, & capitis, & caudæ, & à locis aſpectuum octo gradus retrò deme, & terminos ſubtractionis ſingulorum in ſecunda figura aſſcribe: & hæc appellabitur Figura Indorum, qui influentiam in rebus inferioribus à noua Sphæra accipiunt.

Sunt itaq; hæ duæ figuræ in præſentia admodum neceſſariæ in hoc negotio.

Figura Indorum



LVCAS GAVRICVS.

Ego autem arbitror à themate 9. orbis ſecundum Ptolemæi, & omnium


fermè aliorum Aſtrologorum obſeruationes ſupputato, Indos à ſingulis cœli domicilijs atque longitudinibus ſiue locis Planetarum fuiſſe ſolitos diducere octo gradus: totidem enim peragrauerat octaua Sphæra contra motum primi mobilis, ad ætatem vſque Claudij Ptolemæi, & hoc quatenus erigerent figuram octaui orbis, quippe qui per illā futuros euentus vaticinabantur, ſed non ita correctè.

Noſtra autem tempeſtate anno ſcilicet Chriſtianæ Liturgiæ 1545. præſuppoſito, quod decima Sphæra ſit primum mobile, ſi volueris ſupputare figuram cœli ſub zodiaco 9. Sphæræ ab illis 12. domicilijs, ſingulíſque Planetarum locis ſigillatim diducito gradus 11. M. 15. ferê.

Sin libuerit tibi erigere ſchema cœlicum, per octauam Sphæram diducito gradus 20. & ita ad amuſſim ſupputaſti ſchema 9. & 8. orbis. Hæc neglexiſſe dedecet, ne quis in errorem facile labatur: Nunc ad rem ipſam ex Abrahami Iudæi verbis procedendum eſt.

Abrahami verba.

His prædicto modo figuratis, primò conſiderandum occurrit, an natus habiturus ſit nutritionem, quæ eſt quatuor annorum ſecundum Aſtronomos. Qui anni attenduntur iuxta quatuor ſigna cardinalia, quatuor elementis ſimilia. Primum enim annum iudicat Oriens, ſecundum verò annum dijudicat ſecundum ab oriente ſignum, tertium verò tertium, quartum quartum, vt in ſequenti figura patebit exemplo.



Si Horoſcopus thematis natalitij in genitura cuiuſpiam fuerit maleficarum ſtellarum, vtpote Saturni, Martis,, & Solis præſentia, aut hoſtilibus radijs commaculatus, infans ſiue puer ſic genitus, aduerſa valetudine conflictabitur: ſin autem 2. domus & eius hoſpitator fuerint afflicti, Anno 2. affligetur, ſi 3. in 3. & ſic deinceps ad calcem 12. annorum. Hoc ſæpius in multis genituris experimento comprobauimus fuiſſe veriſſimum.

Abra.

Abrahami Iudæi ſcripta.

Annos nutritionis, qui ſunt quatuor, in tres partes diuidere neceſſum eſt: quum vnicuique annus vnus cum tertia anni parte contingat. Primus dominus triplicitatis primum annum cum tertia parte ſequentis anni, dijudicabit quid puerulo euenturum ſit: ſecundus verò dominus ſibi vendicabit tantum tẽporis, atque primus dominus. Tertius quod reliquum erit pro ſtatu ſuo.

Hîc obſeruandus eſt dominus triplicitatis inter antedictas Planetarum dignitates.

Primum quoque nutritionis annum, primæ domui aſſcribendum, ſecundæ ſecundum, tertiæ tertium, quartæ quartum: & ſi in aliqua aliarum domorum fuerit maleficus Planeta, in anno illo domui aſſcripto, natus infirmitatem patietur, cuius mortis qualitatem per Planetæ qualitatem perpendere poteris. Tempus quoque infirmitatis hoc pacto cognoſcere & perpendere poteris.

Notabile, tempus accidentiæ inueſtigandum.

A principio domus, in qua reperietur Planeta, vide per quot partes ſeu gradus æquales diſtiterit ipſe Planeta, & pro ſingulis gradibus duobus cum dimidio, tribue vnum menſem, & pro ſingulis gradibus 12. dies.

Ex ijs autem, de quibus in 6. domo rationabimur, membrum illud paſſurum cognoſcetur.

Abrahami Iudæi dicta.

Ad huius rei notitiam gradus oriens inſpiciendus eſt, an aliquis planetarum ipſum reſpiciat ſecundum domorum diſtinctionẽ, vel ſecundũ gradus æquales.

Si aſpectus ille fuerit Iouis, vel Veneris, vel Mercurij fortunati, vel Solis, aut Lunæ, verum atque bonum teſtimonium.

Si Planeta reſpiciens, fuerit in aliquo 4. angulorum, niſi concrematus, hoc eſt, combuſtus, vel retrogradus fuerit, hoc autem ſi ita contingat, falſum erit teſtimonium.

Hic notatur Planetarum debilitas.

Si verò aliquis prædictorum Planetarum, nec combuſtus neque retrogradus fuerit horoſcopum reſpiciens, fueritque dominus 6. vel 8. aut 12 domus, dimidium teſtimonium habebis bonum.

Quod ſi ☽. in 1. domo fuerit, vnum habebis teſtimonium perfectè malum.

Item ſi ♄, vel ♂, non infortunatus, fuerit in aliquo 4. cardinum, teſtimonium erit non bonum, ſed perfectè malum.

Si aliquis horum trium fuerit dominus alicuius angulorum, dimidium teſtimonium habes malum.

In dignitatibus Planetarum.

Item ſi Planeta beneficus fuerit in prima domo, dederitque vim ſuam Planetæ malefico 8. domus, domino hoc erit teſtimonium perfectè malum.

Luna, vel aſpectus eius cum Planeta benefico in aliquo angulorum, bonum præſtat teſtimonium, cum Planeta malefico, malum teſtimonium perfectè.

Si verò in nona domo, vel tertia quartam teſtimonij partem præbet.

Si verò fuerit cum Planeta benefico in ſexta, vel duodecima domo, nullius

 eſt te-

eſt teſtimonij: Ibidem tamen cum Planeta malefico teſtimonium perfectè malum præbet.

Item ſi ☽ fuerit in ſuperiori hemiſphærio, dederitq; vim ſuam Planetæ exiſtenti in inferiori hemiſphærio quocunque modo, teſtimonium perfectè malū.

Si verò Luna in inferiori hemiſphærio fuerit, vimque ſuam dederit Planetæ benefico quocunque aſpectu, vel Planetæ benefico per aſpectum bonum, teſtimonium perfectè bonum erit.

Conſideranda etiam eſt adunatio, hoc eſt, coitus cum aliquo Planeta, ſcilicet an vterque latitudinem habeat, an alter tantum, aut neuter: Si ambo in Zodiaco fuerint, aut latitudinem habuerint, ſed æqualem, & in eadem parte, teſtimonium perfectum eſt. ſecundum qualitatem Planetæ, qui Lunæ fuerit coniunctus.

Si autem alter in Zodiaco fuerit, alter verò ex vtralibet parte latitudinē, ſed paruam habuerit, aut ambo ex vtraque parte, latitudo tamen vnius maior fuerit latitudine alterius, minuitur teſtimonium ſecundum quantitatem latitudinis.

Si vero latitudinem ex diuerſis partibus habuerint, nullum teſtimoniū erit.

Si vero Luna ex oppoſito aliquem Planetam reſpexerit, habueritque cum ipſo æqualem latitudinem, & ex diuerſis partibus, teſtimonium perfectum.

Si autem ex vna parte fuerit vterq;, licet latitudo ſit æqualis, nullius ſunt teſtimonij: Si autem alter in Zodiaco fuerit, alter latitudinem habeat, vel ābo latitudines inæquales, & in diuerſis partibus habeāt, minuitur teſtimoniū.

Si verò Luna aliquem Planetam ex tertio, vel ſexto reſpiciat, & alter in Zodiaco ſuerit, alter extra, parum diminuitur teſtimonium.

Si ambo latitudinem habeant, vel ex diuerſis partibus, vel ex eadem, dimidium eſt teſtimonium.

Si Luna ex quadrato aliquem Planetam reſpiciat, ſiue vterque, vel alter, vel neuter latitudinem habeat, teſtimonium perfectè malum.

Si Luna à Sole minus quàm duodecim gradus diſtat, perfectè malum teſtimonium:

Si vero ex quadrato, vel oppoſito Solem reſpiciat, dimidium teſtimonium malum.

Si ex tertio, vel ſexto, bonum teſtimonium perfectè.

Si Luna adunata fuerit Saturno, vel in aſpectu Saturni, fueritq; ipſa inter adunationem, & eius oppoſitionem, & Solis, Saturni malitiā diminuit.

Si autem inter oppoſitionem, & adunationem fuerit, eius malitiam auget.

Si verò adiuncta Marti, vel in Martis aſpectu fuerit, è conuersò accidet quod in Saturno.

Si Luna, & aliquis altiorum Planetarum fuerit in diuerſorum ſignorum gradibus, à linea æquinoctiali æquidiſtātibus, vel in fine à dextra, vel in fine à ſiniſtra, teſtimonium perfectum ſecundum Planetæ qualitatem.

Si in domo ſexta Luna fuerit etiam abſque omni aſpectu, teſtimonium dimidium malum.

Si ☊

Si ♌ Leo, vel ♐ Sagittarius, vel ♒ Aquarius oriens fuerit, omnia teſtimonia præfata perfecta dimidiabuntur, in eadẽ qualitate tamẽ permanẽtia.

Abrahami Iudæi.

Potiſſimum verò omnium teſtimonium eſt, vt conſideremus ſtatum Planetæ, ſupra totum circulum ſigniferi poteſtatem habentis, quam Sarraceni Almutez dicunt: Eius enim teſtimonium pro qualitate ſui ſtatus omnibus alijs ſimul acceptis æquipollet. Hunc autem ſic inuenies: Sciendum ergo, quòd loca principalia 5. ſunt: vnus ☉, alter ☽. Tertius eſt locus adunationis, hoc eſt, nouiluníj, vel oppoſitionis, ſcilicet pleniluníj, vtracunq; harum natiuitatem præceſſerit.

Hic autem diſſentiunt ſapientes: quando enim oppoſitio natiuitatem præceſſerit, dubitant an locus ☉, an locus ☽, ſit accipiendus tertius.

Ptolemæus autem affirmat ſemper locum eius, qui ſuperius hemiſphæriũ in oppoſitione obtinuerit, tertium fore capiendum: Hermes item, & Dorotæus aſſerunt 3. ponendum eſſe locum, ſuperius hemiſphærium tenentis in natiuitate: Indi tamen tertium ponendum eſſe ſſerunt, locum ☽ in hora oppoſitionis ſemper. Quibus conſentiunt Meſſahalla, & ſapientes Sarracenorum, quibus & ego. Quartus gradus orientis. Quintus horoſ. fortunæ pars, quæ ſecundum Ptolemæum ſemper tam de die, quàm de nocte ſumenda à ☉ ad ☽.

Computa quot virtutes habeat quilibet Planetarũ in íjs 5 locis enarratis, & in loco in quo eſt, & in die & hora natiuitatis, & da domino domus 5. virtutes, Domino honoris ſiue altitudinis 4. Domino triplicitatis (quicunq; horũ fuerit) 3. Domino termini 2. Domino faciei vnam.

Si quis præterea fuerit in domo prima.

I *Da ei virtutes*	12.	*Planeta igitur, qui plures habuerit dignitates, ille erit Almutez, hoc eſt, vincens.*
Exiſtenti in 10.	11.	
In ſeptima	10.	*Quæ notantur in tabula duodecim domiciliorum, ſexus complexionum in Yſagogicis.*
In quarta	9.	
In vndecima	8.	*Almutez Barbaricum vocabulum eſt, Athla vocant Graíj, quæ cuncta negocia rerum in genera, & partes his ſex diuiſa coercent, vti cecinit M. Manilius Senator Romanus, & Poëta eminentiſſimus, & dicitur Athla, ſiue Almutez Planeta vincens. Qui habuerit plures dignitates ſiue prærogatiuas eſſentiales in 5. locis, vtpote ☉ ☽ horoſcopi, ⊕ partis fortunæ, quin etiam nouiluníj, aut pleniluníj præcedentis diem natalitíj thematis.*
In quinta	7.	
In ſecunda	6.	
In nona	5.	
In octaua	4.	
In tertia	3.	
In duodecima	2.	
In ſexta	1.	
Domino diei	7.	
Domino horæ.	6.	*Iuxta verò Maníly vatis celeberrimi, qui Græcorũ*

veſtigia ſectabatur, Ille Planeta nuncupatur Athla, qui in genera, hoc eſt, generatim & bis ſex partes ſiue gradus in 12. cæli domicilíjs plures habuerit dignitates eſſentiales, & accidentales.

Abrahami Iudæi.

Quoniam antiqui de natiuitatibus tractantes, ſecundum ordinem domorum

rumprocedere conſueuerunt, & non ſecundum ordinem naturalem à Ptolemæo in libro 4. Apoteleſmatum capitulorum obſeruatum, & nos antiquorum veſtigia inſectantes, eodem ordine procedemus.

In primis ergo de anima, & eius affectibus, atq; corporis complexione & vitæ quantitate rationabimur.

Ad iudicandum ergo de anima nati, primò ſtatum Mercurij conſidera, qui ſi fuerit occidentalis, à Sole nec ſub luce, ſeu radijs eius (niſi in Ariete vel Leone) nec retrogradus, & in aliquo 4. angulorum fortis & benè affectus, animã nati magnanimam, fortem, famamq; fortitudinis, & liberalitatis indicat: & natũ oſtendit debere eſſe Aſtronomum, ſi occidentalis fuerit in domo Solis: Mercurius enim occiduus in ♌, facere conſueuit Aſtronomos.



Luna, Venus, ⎧*Præcedentes*⎫ ⎧*Orienta.*
Mercurius, Sol⎩*Sequentes* ⎭*ſunt*⎩*Occidenta.*

Mercurius autem Orientalis à ☉ & fortis, cum ſapientia manualium operum peritiam indicat, præcipuè ſi cum ☽, vel in domicilio ☽, vtpote ♋ fuerit. Et ſi in ſigno mobili, ſermonis & operis denotat inconſtantiam: in ſigno autẽ ſtabili, ſeu fixo, conſtantiam.

Si in bicorporeo, denotat natum fore duplicem, aliud in ore, & aliud in corde habentem.

Item ſi Mercurius fuerit in domo caſus, ſiue in cadentibus ab Horoſcopo domicilijs, ſubtilitatem ſine fama ſignificat.

Si verò fuerit in ſuccedentibus ab angulis, mediocrem ſignificat in ſuis negotijs. Verum ſi fuerit in aliqua ſuarum domorum, vtpote in ♊, aut ♍, liberalium artium ſcientiam portendit. At ſi fuerit in aliqua domorum Saturni, vel ex ⚹, vel △ intueatur, vbicunq; extiterit, Philoſophos & Oratores facere conſueuit, & rerum altiſſimarum & diuinarum indagatores.

Sed ſi fuerit in aliqua domorum ♃, videlicet ♐, vel ♓, vel eum quocun-

que

que modo reſpexerit, animam nati beneuolam, largam, & legum amatricem denotat.

Si in domo Martis, Arietis vel Scorpionis, aut in quolibet eius aſpectu, animam maleficam, & de omnibus malè ſuſpicantem: Si in Scorpione, vel aſpectu ♂. □, vel ☍ & ☽, vtrumlibet horum reſpexerit, alienarum rerum raptorem cum fraude, & latronem ſignificat.

Ptolemæus enunciato. 38.

Quum Mercurius in altera domorum Saturni conſtitutus, atq; potens fuerit, coniecturatiuum nato dat intellectum, ac rerum ſcrutationem: in Martis verò domo, & præſertim in Arietis, facundiam.

Abrahami Iudæi.

Si Mercurius à Sole minus quàm 16. minutis diſtiterit, vel in domo ☉ extiterit, Phyſicos, vel Aſtronomos facere conſueuit.

Si fuerit in aliqua domorum ♀, vel ei alligatus, ſeu coniunctus fuerit, aut eam de ✶ aſpexerit, nati animam faciet Muſicæ appetitiuam.

Imò Mercurius retrocedens cum Venere, claros Muſicos facit. Dixit Ptolemæus: ſi Mercurius & Luna ſe inuicem reſpexerint, animā redigent naturalium affectuum dominatricem, dicta & facta omnia cum ratione moderantem. Si neuter alterum, nec orientis cardinem reſpexerit, omnia contraria ſignificat, facitq; ita genitos dæmoniacos & malignos.

Si alterum duntaxat contigerit, nunc ordinatè nunc perturbatè omnia prædicta adminiſtrabunt.

Si Mercurius fuerit ſub luce Solis, vel combuſtus, non pluribus quàm 16. minutis diſtans à ☉, niſi ſit receptus à Sole in ſigno Arietis aut Leonis, animam debilem & pauidam indicat: etiam ſi in aliqua ſuarum domorum fuerit, aut Saturni, natum denotat euaſurum ſapientem, nihilominus tamen paruam denotat ſcientiam: ſin fuerit retrogradus, perfidum.

Dixit Ptolemæus: Conſidera Planetam, qui fuerit Almutez ſuper locum Lunæ, & ſupra locum Mercurij: Per hunc enim faciliùs ſcire poteris qualitates animæ ſecundum naturam Planetæ Almutez, & proportionem eius ad Solem, & ad angulos ſecundum virtutem Planetarum eum reſpicientium, vel qui erunt cum eo alligati in natiuitate, & ſecundum ſignum in quo eſt: cùm omne ſignum virtutem domini ſui habeat. Dico autem, ſi Almutez habet aliquam virtutem in oriente, & Dominus ſit horæ, debes miſcere naturam domini orientis, vel Planetæ exiſtentis in oriente cum virtutibus Mercurij, & Almutez.

Dixit Meſſahalla: Signa ignea, Signa Regū ſunt ſublimium animarum demonſtratiua. Dico tamen naturam igneorum pro qualitate dominorum ſuorū variari: Si enim Aries oriens fuerit, Martis naturam habebit, bellicoſus, verboſus & diſcordiarum ſeminator: & hæc intendētur & remittentur ſecūdum debilitatem, vel fortitudinem Martis habitam in natiuitate, & ſecundum aſpectum Planetarum ad Martem. Quòd ſi Iupiter in natiuitate Arietem tenuerit, nec combuſtus, nec retrogradus, ad fidei & religionis obſeruatio-

nem natus alios inuitabit. Si Leo in oriente fuerit, aliquod ſublime dominiū, ſcilicet ſuper alios appetētem, laborum operam exoſam indicat. Si ♃ in eo extiterit à Sole orientalis, & ſit quintæ dominus, bonos filios habiturū denotat.

Item ſi eſt dominus octauæ, longam vitam: ſi verò ibidem Mars fuerit, iracundum, bellicoſum, longas vias proſpecturum: ſi fuerit dominus nonæ, & ſecundum fortitudinem, vel debilitatem Martis in natiuitate ea, quæ confert Mars, intendentur, vel remittentur.

Et notandum, quòd in omni natiuitate Mars iræ indicatiuus eſt: ſed ſi fuerit in ſigno igneo, maior erit iracundia, quàm in aquatico & ſigno humanam formam habente, ſanguinis humani effuſor erit.

Saturnus quoq; in omni natiuitate, ſolicitudinis & tolerantiæ laborum ſignificator eſt.

Sol verò appetens eſt honoris, & poteſtatis.

Venus appetit mulieres, ludos & conuiuia, potationes & his ſimilia.

Mercurius ſapientiam, & opera ſententiarum, & magis, ſi fuerit occidentalis à Sole.

Iupiter fidem firmam, & appetitum pecuniæ.

Luna verò virtutes naturales, & complexionem corporis indicat.

Et notandum, complexionem corporis perfectè ſciri poſſe, & per naturā ſigni, in quo eſt Luna, & proportionem Lunæ ad Solem, & naturam Planetæ reſpicientis, vel Lunam, vel orientem, vel vtrunque.

Pulchritudinem verò per horum trium figuras, orientis ſcilicet & ſigni, in quo eſt almutez, & ſigni, in quo eſt ☽ perfectè ſcies.

Signa verò pulchritudinis ſunt: Gemini, Virgo, Libra, & prima medietas Sagittarij.

Signa autem mediocris pulchritudinis ſunt: Scorpius, Capricornus, piſces. Quòd ſi Almutez fuerit in Ecliptica abſque latitudine macrum, ita genitum prætendit.

Sin extra Eclipticam fuerit, per quantitatem latitudinis, pinguedinem dijudicato.

Planetarum latitudo magna, obeſos facit: latitudo parua & Auſtralis macilentos.

Si aliquod ſignorum rectè aſcendentium in horoſcopo, fueritq́ in eo ☽, vel Almutez, ſignificat maiorem pinguedinem Sed hæc augentur, vel diminuuntur reſpectu patriæ, & parentum.

Per dominum horæ, & per Planetam exiſtentem in orientis cardine, vel qui eundem orientem reſpexerit, colorem nati dijudicare poteris.

Nunc de vita dicendum.

Si natiuitas diurna fuerit, vide locum ☉, & ſi inueneris eum, vel in decima, vel in vndecima ſecundum partitionem domorum, Sol Hylech erit, quod mulier interpretatur, ſiue in maſculino, ſiue in fœminino ſigno fuerit. Quòd ſi aliquis Planetarum, qui poteſtatem habet ſuper locum Solis, Solem reſpexerit, ille Planeta erit Alcochoden, quod maritus interpretatur.

Quod ſi plures Planetæ Solem aſpexerint, de illis ſume Almutez, id eſt, victorem. Si verò nullus Planeta Solem reſpexerit, fac vt docebo poſteà.

Quod ſi Sol fuerit in noua domo, & in ſeptima, vel in ſigno maſculino, pone Solem Hylech, & vide ſi poterit habere Alcochoden.

Si verò in prædictis domibus, nona ſcilicet, vel ſeptima, & in ſigno fœminino fuerit, vel in alijs domibus, non ponas eum Hylech.

Quod ſi Sol non eſt Hylech, vel eſt Hylech, ſed non habet Alcochoden, vide locum Lunæ: ſi fuerit in domo ſeptima ſiue in maſculino, ſiue in fœminino ſigno, pone eam Hylech. Similiter ſi fuerit in decima, vel in vndecima, & in ſigno maſculino, vel fœminino.

Et notandum, quòd in alijs domibus 8. 9. 12. ſuperius hemiſphærium tenentibus, Luna Hylech eſſe nequit.

Item ſi Luna fuerit in prima domo, vel tertia, ſiue in ſigno maſculino, ſiue fœminino, vel in quarta, vel in quinta, & in ſigno fœminino, pone eã Hylech: ſi autem in ſigno maſculino, vel in alia domo inferioris hemiſphærij, non ponas Hylech. Quod ſi Lunam Hylech inueneris, vide ſi habeat Alcochoden an nõ, ſi non habet Alcochoden, vide ſi natiuitatem præceſſerit adunatio, vel oppoſitio Solis, & Lunæ, ſi adunatio præceſſerit, & ſi gradus adunationis fuerit in aliquo angulorum, vel in domo, quæ eſt poſt Angulum, illum gradum pone Hylech, & vide ſi habet Alcochoden.

Si oppoſitio Solis & Lunæ, natiuitatem præceſſerit, ſume gradum oppoſitionis eius, ſcilicet, qui in natiuitate fuit ſuper terram, & quemadmodum de gradu adunationis operare.

Quod ſi non habueris Hylech, neq; Alcochoden, pone gradum orientem Hylech, & eius quære Alcochoden, & ſi non habuerit, vita nati illius breuis erit: morietur enim quandocunque horoſcopi gradus aliquem Planetarum interimentium offenderit, & quantò plures Hylech & Alcochoden fuerint, tantò vita prolixior erit.

Quod ſi natiuitas nocturna fuerit, & Luna in aliquo locorum prædictorũ in ſuperiori hemiſphærio ſcilicet, vel inferiori hemiſphærio, pone Hylech, & quære eius Alcochoden, & ſi ipſa non fuerit Hylech, vel Alcochoden non habuerit, pone Solem Hylech, ſi fuerit in prima, vel quarta, vel quinta, ſiue in fœminino, ſiue in maſculino ſigno, & quære eius Alcochoden, & ſi ipſe nõ poterit eſſe Hylech, vel non habuerit Alcochoden, operare vt ſuprà, de gradu adunationis, vel oppoſitionis, & de gradu oriente, vel partis fortunæ.

Et ſciendum, quod ſi natiuitas fuerit poſt oppoſitionem, ☉ & ☽ ambo fuerint in natiuitate ſupra terram, cape locum Solis, quod ſi natiuitas fuerit nocturna, & ☽ ſub terra, ſume locum Lunæ in natiuitate ad Hylech faciendũ, & cùm habueris Hylech, cuius ſit Alcochoden, vide ſi fuerit in aliquo angulorum quatuor nec fuerit ſub luce Solis, nec retrogradus, vita nati erit tanta, quanta eſt multitudo annorum maiorum illius Alcochoden. Quod ſi fuerit Alcochoden in domo vndecima, vel quinta, & fuerit ille Planeta vnus de tribus ſuperioribus, & orientalis à Sole, vel vnus de tribus inferioribus, &

occidentalis à Sole, reputa eum quaſi eſſet in angulo, vitæq́ nati maximos annorum adſcribe.

Si Alcochoden eſt aliquis ſuperiorum trium, & occidentalis à Sole, vel aliquis inferiorum, & orientalis à Sole, annos mediocres vitæ contribue.

Similiter annos mediocres vitæ aſſcribe, ſi fuerit in ſecunda, vel octaua, ſiue orientalis ſiue occidentalis à Sole fuerit.

Si verò fuerit in domo caſus, in cadenti minimos annorum vitæ adiudica.

Quod ſi Alcochoden fuerit ſub luce Solis à radijs ☉ cõbuſtus, numerus annorum ſibi aſſcriptorum, numerum dierum ſignificat tantùm.

Si Alcochoden retrogradus fuerit, & inter primam ſtationem & oppoſitum, deme vnam quintam, reliquum vitæ aſſcribens: & hæc eſt propoſitio Albumaſſaris, de qua Scheden eius diſcipulus in libro ſuo mentionem fecit.

Si Sol, vel Luna Hylech fuerit, bonoq́ aſpectu Alcochoden ſuum reſpexerit, addendus eſt numerus minorum Hylech: Annorum numero Alcochoden: ſed ſi reſpexerit eum ex quadrato vel oppoſito, nec addas, nec detrahas aliquid de numero Alcochoden.

Si Mars, vel Saturnus ex quadrato, vel oppoſito ſuum Alcochoden reſpexerit, vel Mercurius infortunatus, vel ex quadrato, vel oppoſito ſuum Alcochoden reſpexerit, minimos annorum reſpicientis ab annis ſibi propoſitis deme. Cum verò aliquis horum trium ex tertio, vel ſexto reſpexerit, nec minue, nec adde. Iupiter, Venus, Mercurius fortunati, quocunque modo ſuum Alcochodẽ reſpexerint, reſpicientis minimos annorum adde Alcochoden annis.

Si Planeta ſit Alcochoden, qui inferior exiſtens, ſuperiori Planetæ alicui vim ſuam dederit, vt in Planetarum dignitatibus oſtenſum eſt, ſuperior erit Alcochoden, vitáque nati erit ſecundum hoc, quod ille Alcochoden fuerit in angulo, vel poſt angulum in ſuccedenti, vel in domo cadente, vita nati erit ſecundum Planetas ipſum reſpicientes.

Dixit Ptolemæus: Vide Planetam, qui ſuper quinq́ loca principalia fuerit Almutez, & illum pone Alcochoden. Ptolemæus, & omnes antiqui in hoc cõcordant, quòd ea, quæ diximus de Alcochoden, ad veritatem propè accedunt. Veritas autem ſic ſe habet: Duc, id eſt, dirige Hylech vſque ad locum corruptionis vitæ, qui ſemper eſt propinquus annis, quos oſtendit Alcochoden antè & retrò. Secundum annos Alcochoden quòd ſi feceris ductus, id eſt, directiones cum gradibus æqualibus, fac quoque aſpectus cum gradibus æqualibus: ſi feceris ductus, id eſt, directiones cum aſcenſionibus terræ, vel cum aſcenſionibus circuli recti, vel mixtis, fac aſpectus Planetarum ſecundum partitionẽ domorum, qui modus ducendi melior & valentior eſt. Interfectores, ſiue corruptionis Planetæ dicuntur ♄ ♂ ☉ per ☌ □ & ☍ aſpectum.

Nunc autem loca corruptionum vitæ exponemus.

Gradus oriens vitam corrumpit, ſi Luna eſt Hylech: ſi gradus oriens eſt Hylech, Luna vitam corrumpit: principium quoque quartæ domus, vitam corrumpit: principium ſimiliter ſeptimæ domus. Quando igitur Luna peruenit ad horoſcopum, interimit natum.

Si Hy-

Si Hylech fuerit in ſeptima, vel nona, retrò contra ſucceſſionem fiat directio. Locus quoque Solis, & quadratum & oppoſitum, locus item oppoſitus loco domini octauæ, ſiue Planeta ſit fortunij, vel infortunij, caput quoque, & cauda Draconis Luna exiſtente Hylech, Saturnus quoque, & Mars, & Mercurius non fortunatus, ſcilicet loca horum, & quadrata, & oppoſita vitam corrumpunt: Eorundum aſpectus ex tertio, & ſexto, ſi aliquis horum dominus fuerit ſextæ, vel octauæ, vel duodecimæ, ſimiliter termini horum, ſi Planeta beneficus reſpexerit terminos eorum quocunque modo, vel Sol, vel Luna ex trino, vel ſextili, morbo quidem graui affligetur, non tamen vita priuabitur natus: locus quoq; Aldebaran, humerusq́; canis, & cor Scorpionis, cor Leonis, caputq́; Diaboli, quod eſt in tauro, vbi etiam ſunt Pleiades.

Hylech, & Alcochoden reperire.

Si in natali cuiuſpiam themate per diem ☉ reperiatur in domicilijs cœli 9.10.11.17. in quolibet ſigno, præcipuè maſculino poteſt eſſe Apheta, ſiue (vt Arabes inquiunt) Hylech, id eſt, dator vitæ: & ſi quiſpiam Planeta habuerit aliquam dignitatem eſſentialem in loco ☉, & irradians locum Solis, erit Alcochoden, hoc eſt, dator annorum. In nocturna autem genitura ☉, Sole ſub terris latente, ſi Luna reperiatur ſupra terram in aliquo ex dictis quinq; cœli domicilijs, ipſa hilegiam dignitatem ſibi vendicabit.

Meo autem iudicio, & Arabum experimentis atque obſeruationibus luminaria ſub hemiſphærio inferiore, vtpote in 2.3.4.5. domo poſſunt eſſe Hylech: & Planeta habens aliquā prærogatiuam in dictis domibus, erit Alcochoden:

Quanquàm Claudius Ptolemæus iuſſerit, quatenus luminaria ſub terris Apheticam ſiue hilegalem prærogatiuam ſibi vindicare nequeant, quod quidem ego affirmare non auſim.


Vidi enim in mille propemodum genituris plurimos, qui habuerunt vtrunque luminare, & reliquas 5. erraticas ſtellas ſub terris, fuiſſe longioris vitæ, quàm eos qui habuerunt in ſuperiori Hemiſphærio.

Vti in geneſi Imperatoris Caroli Quinti expertum eſt, qui vnicam Lunam horoſcopantem habuerit et reliquos Planetas ſub terra, vixit tamē Annos 58. & amplius. Planetæ igitur Alcochodeam poteſtatem ſibi vindicantes, ſupputati in cardinibus geniturarum, nato portendunt annos maiores, in ſuccedentibus medios, in cadentibus verò minores: videlicet.

DE DOMO SECVNDA, QVAE EST pecuniæ, rerumque mobilium.

	Maiores.	Medij.		Minores.
♄	57	43	6	50
♃	79	45	6	12
♂	66	40	6	15
☉	120	69	6	19
♀	82	45	6	8
☿	78	48	6	20
☽	108	66	6	25
	Anni.	Anni.	Med.	Anni.

Hîc dicemus de proprietate, & felicitate, in quo tempore ſuorum Annorum contingant. Primò Iupiter conſiderandus: Si hic fuerit in aliquo Angulorum, vel poſt Angulum, & Orientalis à Sole, & poteſtatem habens ſuper Orientem, diuitiarum poſſeſſorem ſignificat.



Si Dominus 2. domus fuerit in prima domo fueritq́; fortunatus, ſine labore, diuitias poſſidebit, & per naturam illius Planetæ poteris ſcire, vnde diuitiæ futuræ ſint. Vt ſi Sol fuerit nato illi, per poteſtatem, id eſt, patrocinio potentiorum diuitiæ contingent.

Si Mars, per bella, vel per latrocinia.

Si Saturnus, ex hæreditate mortuorum.

Si Iupiter, ex fide, vel ex magiſtris fidei.

Si Venus, ex parte mulierum.

Si Mercurius, ex ſapientia, vel ex mercatura.

Si Luna, ex operibus manuum, vel per itinera.

Quod ſi Dominus ille nõ fuerit fortunatus, eumq́; Planeta maleficus reſpexerit, totam illam pecuniam amiſſurus eſt.

Si dominus ſecundæ, vbicunq; fuerit, vim ſuam dederit domino primæ, dominusq́; primæ in aliquo angulorum fuerit, nec combuſtus, nec retrogradus, multam, & ſine labore pecuniam poſſidebit.

Dixit Alchindus: vide Almutez ſuper domum ſecundam, & ſuper partem fortunæ, & ſuper locum Iouis, & ſecundum ſtatum illius iudicabis. Dico autem reſpiciendum fore ſemper ad tres dominos triplicitatis ſigni loci Solis, ſi natiuitas diurna fuerit, ſi verò nocturna, ad tres dominos triplicitatis ſigni, in quo eſt Luna, ſiue alteruter horum fuerit Hylech ſiue neuter: & ſecundum ſtatus illorum trium de tribus partibus vitæ iudicabis. Prima enim pars vitæ domino primo triplicitatis, ſecunda, domino ſecundo, tertia, domino tertio dedicatur, & hoc ſecundum naturam cuiuſque eorum, & ſecundum proportionem ad Solem, & ad alios Planetas, & ſecundum vim domus, & ſigni in quo eſt, & ſecundum proportionem domorum eius ad primam domum. i Sol in Angulo exiſtens vim ſuam domino Orientis dederit, fortuna magna & laudabilis erit: ſimiliter ſi dominus orientis vim ſuam Soli exiſtenti in Angulo dederit, vel ſi Planeta fortunæ fuerit in Oriente, aut cum domino orientis, &

non in domo caſus, vel ſi pars fortunæ fuerit in Oriente, dominuſque partis fortunæ eam reſpiciat, vel Mercurius in oriente vim ſuam benefico Planetæ in angulo exiſtenti dederit, vel ſi dominus decimæ in oriente extiterit, eumque nec combuſtum, nec retrogradum Planeta beneficus reſpiciat, vel ſi Iupiter in domo vndecima fuerit directus dominus Orientis, vel loci Solis in die, vel loci Lunæ in nocte, vel dominus gradus adunationis, vel oppoſitionis, quæ natiuitatem præceſſit, vel ſi Venus in domo quinta ſit, in domo prima poteſtatem habens, vel ſi beneficus Planeta dominus quartæ in prima domo fuerit, vel ſi Venus Iouem reſpexerit in domo decima vel vndecima, vel prima, vel quarta, vel quinta exiſtentem, vel ſi Luna Solem benignè reſpiciat, neutro eorum in domo caſus exiſtente, vel ſi Sol in die, vel Luna in nocte fuerit in domo ſui honoris non infortunatus in oriente poteſtatem habens.

Dico autem, ſi aliquis ſuperiorum trium Orientalis fuerit à Sole, vel aliquis inferiorum Occidentalis, vel ille ſuperiorum vltra quindecim gradus à Sole, vel intra nonaginta, & ille inferior vltra quindecim gradus vſque in finem trium ſignorum, & duodecim graduum, quæ eſt portio eorum recta, ſiue ſit Planeta beneficus, ſiue maleficus, & ſi fuerit in angulo, decernit potẽtiam, honores, & magnas diuitias: ſi verò fuerit poſt angulum, hoc eſt, in ſuccedentibus, mediocres decernit opes: ſi in cadentibus minores. Differentia tamen eſt inter Planetam beneficum & maleficum: ſiquidem per maleficum diuitiæ euenient cum labore, & timore, per beneficum verò abſque labore. Et ſi Planeta habuerit poteſtatem in Horoſcopo, vel ſi fuerit dominus aſcendentis, natus acquiret diuitias ſua prudentia, & propria induſtria: ſi dominus ſecundæ per pecunias ſuas & commutationes, diuitias cumulabit: Si dominus tertiæ, à fratribus lucra aduenient, aut ex rebus Eccleſiaſticis, aut in itineribus extra patriam diuitiæ creſcent ac fiet copia maior.

Dixit Albumaſſar, ſiue Aboaſſar, quòd pars fortunæ indicat ſupra primam medietatem vitæ, eius verò dominus ſupra reſiduum, ſeu reliquam partem vitæ.

Dixit Hermes: Planetæ exiſtentes in ſuperiori Hemiſphærio, ſiue ſint boni ſiue mali, ſuper primam medietatem vitæ indicant: Qui verò in Hemiſphærio inferiori, ſupra ſecundam. Dixit Meſſahalla: Planetæ Orientales à Sole ſuper primam medietatem, Occidentales ſuper ſecundam indicant: Veritas autem ſic eſt: Planeta qui fuerit in primo cæli angulo, vtpote in Horoſcopo, vel fuerit eius dominus, indicat primam quartam vitæ. Qui verò fuerit in ſecundo angulo, hoc eſt, in decima domo, vel fuerit Dominus decimæ, denotat ſecundam quartam vitæ. Qui verò in ſeptima domo, vel eius dominus, tertiam. Qui in quarta domo, vel eius dominus, poſtremam quartam. Si Planeta, qui fuerit in aliquo angulorum, eſſet Orientalis à Sole, indicabit primam medietatem quartæ ſibi aſſcriptæ: ſi Occidentalis, ſecundam medietatem eiuſdem quartæ vitæ.

Dixerunt ſapientes Perſarum alio pacto tempora vitæ diſtribuentes, ſi nati

Nutritionis Anni.	
☽	4
☿	14
♀	22
☉	41
♂	56
♃	68
♄	98

Luna iudicat 4. primos Annos nutritionis.	
☽ 4	Infantiæ.
☿ 14	Pueritiæ.
♀ 22	Adoleſcentiæ.
☉ 41	Iuuentutis.
♂ 56	Virilitatis.
♃ 68	Senectutis.
♄ 98	Decrepitatis.
☽ 102	Infantiæ.

ſi natiuitas diurna fuerit, Soli primos annos tribuebant (quos fridaricos vocitabant) ☉ 10. ♀ 8. *ſequentes,* ☿ 13. ☽ 9. ♄ 11. ♃ 12. ♂ 7. ☊ 3. ☋ 2. *& hi omnes ſunt 75 anni. Quòd ſi vita nati vlterius protenderetur, ſequentes annos prædicto ordine indicabant per prædictos annorum numeros.*

Fridarij Anni.			
☉	10	☽	9
♀	8	♄	11
☿	13	♃	12
☽	9	♂	7
♄	11	☉	10
♃	12	♀	8
♂	7	☿	13
☊	3	☊	2
☋	2	☋	3
	75		75
	Die		Nocte.

Alfridarij Anni.			
	Anni	Menſes	Dies.
☉	1	5	5
♀	1	1	22
☿	1	10	9
☽	1	3	13
♄	1	6	26
♃	2	8	17
♂	1	0	0

Si verò natiuitas nocturna fuerit, Luna primos Annos indicabit 9. deinde Saturn. 11. &c. Inſuper quamlibet prædictarum partitionum per 7. diuiſerunt, primam ſeptimam domino illius partitionis ☉ attribuentes, ſecundam verò ſeptimam ipſi, & Planetæ 3. ab eo ſecundum ordinem Planetarum, &c.

Per diem Anni, Menſes, Dies.				
☉		1	5	5
☉	♀	2	10	9
☉	☿	4	3	13
☉	☽	5	8	17
☉	♄	7	2	22
☉	♃	8	6	26
☉	♂	10	0	0
♀		11	1	22
♀	☿	12	3	13
♀	☽	13	5	4
♀	♄	14	6	26
♀	♃	15	8	17
♀	♂	16	10	9
♀	☉	18	0	0
☿		19	10	9

☿	☽	21	8	17
☿	♄	23	6	2
☿	♃	25	5	46
☿	♂	27	3	13
☿	☉	29	1	22
☿	♀	31	0	0
☽		32	3	13
☽	♄	33	6	26
☽	♃	34	10	9
☽	♂	36	1	22
☽	☉	37	5	5
☽	♀	38	8	17
☽	☿	40	0	0
♄		41	6	26
♄	♃	43	1	22
♄	♂	44	8	18
♄	☉	46	3	14
♄	♀	47	10	16

♄	☿	49	5	6
♄	☽	5	0	0
♃		52	8	17
♃	♂	54	5	4
♃	☉	56	1	21
♃	♀	57	10	8
♃	☿	59	6	23
♃	☽	61	3	10
♃	♄	63	0	0
♂		64	0	0
♂	☉	65	0	0
♂	♀	66	0	0
♂	☿	67	0	0
♂	☽	68	0	0
♂	♄	69	0	0
♂	♃	70	0	0
☊		73	0	0
☋		75	0	0

Fridaria, hoc eſt, temporaria poteſtas, per noctem.

Anni, Menſes, Dies.				
☽		1	3	13
☽	♄	2	6	26
☽	♃	3	10	9
☽	♂	5	1	22
☽	☉	6	5	5
☽	♀	7	8	18


☽	☿	9	0	0
♄		10	6	26
♄	♃	12	1	22
♄	♂	13	8	18
♄	☉	15	3	14
♄	♀	16	10	9
♄	☿	18	5	6

♄	☽	20	0	0
♃		21	8	17
♃	♂	23	5	4
♃	☉	25	5	21
♃	♀	26	10	8
♃	☿	28	6	25
♃	☽	30	3	13

♃ ♄	32	0	0	☉ ♄	46	1	25	☿ ♄	62	6	26
♂	33	0	0	☉ ♃	47	7	0	☿ ♃	64	5	4
♂ ☉	34	0	0	☉ ♂	49	0	0	☿ ♂	66	3	13
♂ ♀	35	0	0	♀	50	1	2	☿ ☉	68	1	21
♂ ☿	36	0	0	♀ ☿	51	3	13	☿ ♀	70	0	0
♂ ☽	37	0	0	♀ ☽	52	5	6	☊	73	0	0
♂ ♄	38	0	0	♀ ♄	53	6	26	☋	75	0	0
♂ ♃	39	0	0	♀ ♃	45	8	20	☽	76	3	13
☉	40	5	50	♀ ♂	55	10	8	☽ ♄	77	6	26
☉ ♀	42	10	10	♀ ☉	57	0	0	☽ ♃	78	10	9
☉ ☿	43	3	15	☿	58	10	9	☽ ♂	80	1	22
☉ ☽	44	8	20	☿ ☽	60	8	17	☽ ☉	81	5	5

Indi in nouem partes vitam diſtribuunt.

Nouena. Grad.M.			7	23	20	4	10	0
			8	26	40	5	12	30
			9	30	0	6	15	0
1	3	20	Duodenaria Grad.M.			7	17	30
2	6	40				8	20	0
3	10	0				9	22	30
4	13	20	1	2	30	10	25	0
5	16	40	2	5	0	11	27	30
6	20	0	3	7	30	12	30	0



Quas nouenas appellabant domos quoq; per gradus æquales.

Primam nouenam iudicant ſecundum Planetas exiſtentes inter principium 12. domus, & Orientem ſiue gradus Horoſcopi, vel ſecundum aſpectus in ſupradicto ſpacio interceptos, vel ſecundum duodecim domos. Et ſecundum hunc ordinem domus prima .nouenam iudicabit. Secunda 3. nouenam. Nouena 4. in 3. & nona domo. Nouena 5. in 10. ſexta in 11. Octaua nouena in 7. domo, &c. Fit autem iudicium hîc ſecundum Planetas in illis domibus exiſtẽtes, & 2. aſpectus & dominos earum.

Hæc 2. domus dicitur domus proſilientis ex inſidijs: nam ſi beneficus Pla-

 neta

neta in ea reperiatur, natus ita inopinato bono gaudebit, ſin malus, inopinato malo, & bonorum iactura affligetur. Meſſahalla dixit, ſi Planeta beneficus nõ combuſtus, neq; retrogradus, fuerit in ſecunda domo, natus erit perpetuò felix, & diues: ſi verò maleficus Planeta fuerit in 2. domo, natus vltrò, ſeu ſponte ſua, opes ſuas & bona dilapidabit.

Si verò maleficus ille fuerit peregrinus, & male affectus in eadem cæli ſtatione 2 opes amittet ex furto aut violentia, rapiniſq; Martialium ſeu Saturninorum, vel ſeruorum.


Pars pecuniæ, ſeu ſubſtantiæ, ſumitur à loco domini 2. domus vſq; ad initiũ 2. & illam intercapedinem ſignorum, & graduum adde gradibus horoſcopi, & vide in qua domorum finiatur dicta computatio: quia ille terminus diſtantiæ erit pars pecuniæ, quæ ſi fuerit à beneficis benè affecta, diuitiæ affluent ſine labore, patrocinio perſonarum beneficarum: ſin male affecta, à maleficis damna accident, & pecuniarum detrimenta.

De domo tertia.

Domus.		
♄	1	8
♃	2	9
♂	3	10
☉	4	11
♀	5	12
☿	6	
☽	7	

Antiqui probauerunt, quòd Mars de fratribus iudicat, & cuiuſmodi ſtatus erit, fratres habebit, & ſecundum proportionem eius ad orientem & dominum orientis, fratres eius ad ipſum ſe habebunt. Dixit Dorotæus, Saturnum Planetarum ſummum, de corpore nati iudicare. Iouem verò ſecundum ab eo qui & ſecundæ domui ordine aſſimulatur, de pecunia, & ſic de reliquis. Martem verò de fratribus, conſanguineis, & fratribus vxorum: huic enim domui tertiæ ordine ſimilis eſt. Solem verò quartũ à Saturno, quartæ domui ſimilem, de patribus. Venerem quintæ domui ſimilem de lætitia, & eius adiunctis. Mercurium de ſeruis. Luna item de vxoribus. Saturnus octauæ domui ſimilis, de morte iudicat. Iupiter nonæ ſimilis, de fide. Mars decimæ ſimilis, de victoria & honore. Sol ſimilis vndecimæ, de laude & fama. Venus 12. domui ſimilis, de labore & pœnitentia voluptatis præcedentis. Dixit Hermes, quòd dominus horæ natiuitatis ferè æqualem potentiam cum domino oriẽtis habet: Dominus verò horæ ſequentis, de pecunia iudicat: Dominus tertiæ, de fratribus: & ſic de dominis nouẽ ſequentium horarum operare vſque ad completionem 12. domorũ. Dixit Ptolemæus: Secũdum ſtatum Saturni & Solis, in natiuitate de fratribus maioribus iudica: ſecundum ſtatum Iouis & Martis, de mediocribus: ſecundũ ſtatum Mercurij, de minimis: ſecundum ſtatum Lunæ, de ſororibus: ſecundũ ſtatum Veneris, de minoribus. Dixit Adrozagar: Dominus primus triplicitatis domus tertiæ, ſuper fratres maiores iudicat: Dominus triplicitatis ſecundus, ſuper mediocres: Dominus tertius, de minimis. Dixit Zebel: Si vis ſcire an natus ſit primogenitus matris ſuæ, vide an ♄ eſt in aliquo angulorum, vel ☉ in aliquo angulorum in domo ſua, vel ſuo regno, id eſt, altitudine, throno, vel ſolio, & ſi Dominus oriẽtis eſt aliquis trium ſuperiorũ, & in domo tertia, vel Dominus tertiæ ſit aliquis trium inferiorum, & ſit in Oriente: nam ſi aliquod horum teſtimoniorum inueneris, iudica primogenitum. Ego autem dico, licet hæc teſtimonia ſint concurrentia, tamen ea falſa inueniſſe ſæpiùs.

Quan-




Quando aliquis trium ſuperiorum, & ☉ fuerit in aliquo 4. cardinum, natus erit maior natu inter fratres, vel ſi quis ante eum natus fuerit, morti occumbet, & ipſe in paterna domo principatum tenebit Falſum quoque inueni, quod Ptolemæus in libro quatuor capitulorum dicit: ſi inueneris Solem & Lunam, & orientem in aliquo bicorporeorum vel in pluribus, iudica gemellos natos fuiſſe. Falſum quoque, quod Meſſahalla dicit: ſi inueneris partem fratrum in ſigno bicorporeo, natus ita, habebit fratres non eiuſdem matris & patris cum eo. Probaui etiam de parte fratrum inſpiciendum eſſe locum Martis, & dominum tertiæ domus, & dominum partis fratrum, quæ ſumitur de die & nocte per additionem diſtantiæ Saturni ad Iouem, & ad Orientem per ſtatum horũ trium, ſcire poteris qualiter fratres ſui erga natum ſe habebunt. Hæc item domus tertia de peritia legum iudicat, & ſecundum fortitudinem, vel debilitatem Mercurij: Si ipſe reſpiciat hanc domum, vel dominum domus reſpicientẽ ſuam domum, de peritia legum iudicium fiet. Si Iupiter nocte domum tertiam tenuerit, legis ſuæ rigidus cuſtos erit: ſi verò in die, apparens & non exiſtens erit. Pars abſcondita quæ nocte, & die ſumitur, addendo diſtantiam Lunæ ad Solem orienti ſecundum Planetas reſpicientes eam, de arcanis conſcientiæ nati erga Deum, & erga homines iudicat. Quod ſi Iupiter fortis, in natiuitate partem illam quocunque modo reſpexerit, & Deum diliget, & à Deo diligetur. Si dominus huius partis retrogradus fuerit ſimulque dominus tertiæ, vel nonæ, vel ſi dominus tertiæ, vel nonæ ex quadrato, vel oppoſito ſuam domum reſpexerit in duodecima exiſtens, fidei ſuæ deſertor erit, ſiue parum deuotus. Item hæc domus eſt de vijs breuibus & diuinis, ſecundum Planetas reſpicientes, & ſecundum dominum eius iudicabis.

De domo quarta.

Omnes antiqui in hoc conſentientes, domum hanc patri, decimam verò matri aſſcribunt. Ptolemæus autem è contrario ſentit. Indi quartam in die domum hanc patri, decimam matri nocte è conuerſo deputabant. Si domus quarta maſculina fuerit, eſt patris: ſi verò fœminea quocunq; tempore, matris eſt.

Hoc falſum eſt: nam ſi quarta maſculina eſt, decima quoq; maſculina erit. Abrahamus non intellexit hoc dictum: Indi enim dicebant diſiunctiuè, ſi eſt maſculina, deputatur patri, ſi verò fœminina, matri. Veritas eſt (cui & Hermes, & omnes Indi ſapientes conſentiunt) quod antiqui dixerunt, poteris per natiuitatem filij, & quantitatem, & qualitatem vitæ paternæ, reliqua poſt natiuitatem perpendere hoc pacto: Inſpice quatuor loca, quæ de parte iudicant, locum ſcilicet Solis, locum Saturni, domum quartam, & partem patris, quæ ſumitur in die, addendo orienti diſtantiam Solis ad Saturnum, nocte à Saturno ad Solem. Quod ſi Saturnus ſub luce ☉ fuerit die à ☉ ad Iouem, nocte à Ioue



ad ☉ ſumitur. Si natiuitas diurna eſt, primo locus ☉ inſpiciendus: ſi enim in aliquo angulorum ex quadrato, vel oppoſito Saturnum, vel Martem ſit reſpiciens, nec Iouem vllo modo reſpiciat, breuem vitam patris ſignificat: & ſecundum numerum graduum interiacentium à ☉ ad alterum prædictorum aſpectuum quantitas vitæ erit. Si autem ☉ in angulo fuerit, & à nullo Planeta malefico intueatur, & Iupiter aut Venus ipſum reſpiciat, vel cum ipſo fuerit, vita patris erit prolixa. Cuius quantitatem ſi ſcire volueris, vide ſi ☉ fuerit in aliquo locorum ſupra nominatorum, in quibus poteſt eſſe Hylech: & ſi Planeta, qui ſuper loca quatuor eſt Almutez ☉ aliquo modo reſpexerit, ab eo vitæ quantitatem deprehendes: nam ſi ille Planeta, qui Almutez eſt ſuper quatuor prædicta loca, eſt in aliquo angulorum eius, annos mediocres patri tribue: ſi non eſt in aliquo angulorum, minimos.

Notandum etiam, ſi ☉ fuerit Hylech patri & filio, cum ☉ ſecundum directiones peruenerit ad aliquem locorum prædictorum corruptionis vitæ, pater & filius ſimul infirmabuntur. Quòd ſi aliquod trium reliquorum teſtimoniorum patris eadem hora, & nullum teſtimoniorum filij illuc peruenerit, filio euadente, pater morietur, & è conuerſo.


Quod ſi vtriusque aliquod teſtimonium eodem ſimul peruenerit, ſimul morientur

Superius

Superius etiam diximus, non niſi duobus teſtimonijs habitis iudicandum eſſe. Si Sol Hylech patris eſſe non poterit in natiuitate diurna, inſpice Saturnum, quod ſi fuerit in aliquo angulorum, vel in vndecima, vel in quinta eum pone, & quære eius Alcochoden. Si eſt in loco, in quo non poteſt eſſe Hylech, vel in loco, in quo eſt Hylech, nec habet Alcochoden, ſume domum quartam & vide, ſi aliquis eorum ibi poteſtatem habens, vel qui maiorem (ſi plures in ea poteſtates habuerint) aſpectum ad eam habuerit, & ab eo ſume quantitatē vitæ: Si non fuerit, vide partem patris, & ſume vbicunq; ſit, & inſpice ſi in illa potens eam reſpiciat, & ab illo ſume quantitatem vitæ. Quòd ſi patri Alcochoden non inueneris, breuis erit eius vita: Si autem inueneris die ſeu nocte, Solem & Martem à linea æquinoctiali æquidiſtantes, vel in extremitatibus declinationis, fueritq; Mars in ſigno figuram hominis habente, patris vita breuis gladio terminabitur. Si ☉, vel dominus quartæ in die fuerit in I : . pater filium ab affectu ſuo priuabit. Si dominus orientis, & cum ☉ in angulo combuſtus, pater filium in vinculis tenebit. Si natiuitas nocturna fuerit, primò per Saturnum de vitæ quantitate require, qui ſi fuerit in aliquo locorum, in quibus eum ponendum eſſe hylech diximus (in die, ſi ☉ Hylech eſſe non poterit) pone eum Hylech & quære eius Alcochoden, & per Alcochoden de vitæ patris quantitate inquire, ſi aliquod horum defuerit. Si ☉ fuerit in Oriente, vel 4. domo, vel quinta, pone eum Hylech, & quære ei Alcochoden. Si nullum horum fuerit, operare vt ſuprà in die de quarta, vel parte patris operandum docuimus, & ſecundùm ea, quæ contingunt Planetis reſpicientibus Solem & Saturnum, & quantam, & partem patris, de fortuna, vel infortunio patris poſt natiuitatem iudicabis. Hæc domus de rerum finibus iudicat, cuius principium in ſigno recto, ſi fuerit dominus quoq; eius in ſigno recto, omnes res ita geniti ſine bono claudentur: ſi verò in ſigno obliquo è contrario. Si Planetam beneficum in hac domo exiſtentem dominus ſecundæ, quocunque modo reſpexerit, niſi alteruter eorum combuſtus, vel retrogradus fuerit, natus ita, pecuniam abſconditam inueniet. Quòd ſi ♄ in hac domo, ſignificatioq; fortunæ fuerit orientalis à ☉, & fortis, hæreditate mortuorum ditabitur, & agricultura. Si autem ♄, vel ♂, vel ☿ infortunatus in hac domo, & in ſigno infortunij fuerit, & magis, ſi quis horum retrogradus fuerit in natiuitate Principis, ſubditi ita geniti, in eum inſurgent. Vtri autem horum victoria ceſſura ſit, poteris agnoſcere per Planetam in hac domo exiſtentem, & per Almutez natiuitatis: ſi enim Almutez fortior fuerit, natus victoriam habebit.

De domo quinta.

Si Iupiter & dominus quintæ, & Almutez natiuitatis, fuerint in ſignis humanam formam habentibus, natus prole carebit: contrarium verò contingit, ſi in ſignis Aquaticis: quòd ſi in alijs ſignis, nec multos, nec paucos habebit natos. Nec cures Ptolemæi in libro quatuor capitulorū de prole verba, nec Hermetis in virga aurea: quia probata ſunt eſſe falſa. Si Planeta, qui iudicat de filijs, combuſtus fuerit, vel Planetæ malefico adunatus, vel in malo aſpectu aliquo eius fuerit, filij ita geniti, patre ſuperſtite, morientur.



Probatum eſt, ſi Iupiter in quinta vel duodecima fuerit, ſiue orientalis ſiue occidentalis à Sole, ſiue in maſculino, ſiue fœminino ſigno fuerit, primus natorum mas erit. Notandum etiam, quod dominus quintæ & Venus, iudicant de lætitia ſecundum ſtatum eorum in natiuitate: & ſecundum aſpectum domini quintæ ad orientem, vel ad Almutez orientis, erit affectus filialis erga patrem. Dixit Andruzagar: dominus primus triplicitatis domus quintæ, de filijs maioribus, ſecundus de mediocribus, tertius de minoribus indicat, quiſque ſecundum fortitudinem ſuam.

Sexum autem prolis deprehendere poteris per hæc quatuor: per naturam Planetæ iudicantis de filijs, per poſitionem eius reſpectu Solis, per proprietatem quadrantis ſecundum orientem, & per naturam ſigni, in quo eſt. Primum horum quatuor fortiſſimum, ſequentia ordine dicto degenerant. Meſſahalla vide in parte filiorum, quæ die & nocte ſumitur addenda orienti differentiam Martis ad Iouem, qui ſi terminabitur in ſigno maſculino, primus natorum maſculus erit, & quidem formoſus. ⊗ filiorum à Marte ad Venerē, vel ab Ioue ad Saturnum per diem, noctu è contrà, ſecundum Arabes.

De ſexta domo.

Primò dicendum de membris Planetarum, & priùs de ijs, quæ viſum concernunt: Soli & Lunæ oculi dedicantur.

Hermes: nati maris in die ⊙ Sol oculum dextrum indicat, Luna ſiniſtrū, in nocte è conuerſò.

Fœminæ verò in die naſcentis Luna dextrum, Sol ſiniſtrum indicat, nocte è contra: Ptolemæus tamen ſiue maris, ſiue fœminæ, ſiue die, ſiue nocte naſcentes, ſemper Soli oculum dextrum aſſcribit, Lunæ ſiniſtrum.

			Die	Nocte	
Hermes	*Maris*	⊙	*dextrum*	*ſiniſtrum*	*oculum.*
		☽	*ſiniſtrum*	*dextrum*	
		⊙	*ſiniſtrum*	*dextrum*	
	Fœminæ	☽	*dextrum*	*ſiniſtrum*	

Ex

Ex Hermete { *Saturnus* — *dextra ſiniſtra* / *Iupiter* — *ſiniſtra dextra* } *auris.*

Secundum Hermetem, auris dextra ♄ eſt tam maris, quàm fœminæ, ſiniſtra ♃ die, nocte verò econtrà. Ptolemæus autem ſemper dextram aurem ♄. Siniſtram ♃ aſſcribit. Omnes ☿ linguam aſſcribunt.

☉	☽	♄	♃
Cor & cerebrum	*Pulmonem & ſtomachum*	*Splenem*	*Hepar*
♂	♀	♀	♂ ♀
Bilem	*Renem dextrum*	*Renem ſiniſtrum*	*Pudibunda vtriuſq; ſexus*
♈	♉	♊	♋
Caput & faciem	*Frontem Collum*	*Brachia Humeros*	*Pectus Stomachum*
♌	♍	♎	♏
Cor & ſtomachum	*Diaphragma*	*Ilia*	*Poſteriora pudenda*
♐	♑	♒	♓
Femora	*Genua*	*Tibias*	*Pedes.*

Dolores Planetarum in ſignis, Andruzagar inquit.

♄	♃	♂	☉
Pectoris	*Cordis*	*Capitis*	*Femorum*
♀	☿	☽	
Pedum	*Tibiarum*	*Poplitis.*	

Abrahã huius partitionis rationẽ affert ſic: Inſpice quemlibet Planetam, & ſcias quota ſit eius prima domus poſt Arietem, & ſi dominus illius domus reperiatur in illa, attribue ei caput, quod Arieti deputatur. Quòd ſi ipſe fuerit in ſecundo ſigno à ſua domo, da ei collum, quod Tauro ſimile eſt: Quia Capricornus eſt prima domus Saturni, ad quem Aries ita ſe habet, vt Cancer ad Arietem, in quo Saturnus dolorem pectoris ſignificat, & Cancer pectus indicat. Et quia prima domus Iouis eſt Sagittarij, in quo Aries diſtat ſicut Leo ab Ariete, & Leo cordis indicatiuus eſt: Ideò Iupiter in Ariete cordis dolorem excitare conſueuit. Quia prima domus Martis eſt Arietis, ideo Mars in eo dolorẽ capitis excitat. Et quia Aries Nona eſt a Leone domo Solis, vt Sagittarius ab Ariete, dolores femorum indicat. Et quare Aries eſt duodecima à ♉ prima domo Veneris, vt Piſces ab Ariete, qui pedum dolores infligit, ideo Venus in Ariete, pedes indicat. Quia prima domus Mercurij ſunt Gemini, à quibus eſt Aries vndecima, vt Aquarius ab Ariete, qui Aquario demonſtratiuus eſt, ideò Mercurius tibias indicat. Et quia Aries eſt decima à Cancri & Lunæ domicilio, vt Capricornus ab ♈, quare ♑ genua ſignificat, ideo ☽ in ♈ genua ſibi vendicat.

Signa

Signa	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	*Pectus*	*Ventrem*	*Caput*	*Femur*	*Pedes*	*Crura*	*Genua*
♉	*Ventrem*	*Dorſum*	*Coſtas*	*Poplitem*	*Caput*	*Pedes*	*Crura*
♊	*Ventrem*	*Pudenda*	*Pectus*	*Crura*	*Collum*	*Caput*	*Pedes*
♋	*Virilia*	*Femur*	*Pectus*	*Pedes*	*Brachia*	*Oculos*	*Caput*
♌	*Pudibũda*	*Femur*	*Ventrem*	*Caput*	*Cor*	*Humeros*	*Collum*
♍	*Pedes*	*Genua*	*Ventrem*	*Collum*	*Ventrem*	*Cor*	*Humeros*
♎	*Genua*	*Oculos*	*Pudenda*	*Humeros*	*Caput*	*Ventrem*	*Cor*
♏	*Mãmillas*	*Pedes*	*Caput*	*Cor*	*Crura*	*Dorſum*	*Ventrem*
♐	*Pedes*	*Crura*	*Brachia*	*Ventrem*	*Femur*	*Pudenda*	*Dorſum*
♑	*Caput*	*Poplitem*	*Crura*	*Dorſum*	*Pectinem*	*Obſcœna*	*Femur*
♒	*Caput*	*Humeros*	*Mammillas*	*Femur*	*Collum*	*Pudenda*	*Femur*
⊙	*Humeros*	*Brachia*	*Papillas*	*Femur*	*Genua*	*Crura*	*Pectinem*

Signa infirmitatis ſunt: Taurus, Scorpius, Cancer, Capricornus & piſces.

Meſſahalla ait:

Planetæ	*ſupra terram*	*dextra pars*
	ſub terra	*ſiniſtra pars*

Si Planetæ fuerint afflicti ſupra terram, infirmitates excitant in pariete dextra corporis: Sub terra autem, in parte ſiniſtra.

Hermes.

Domus cęli.	Domus.
1 *Caput, faciem*	7 *Crura, Ilia*
2 *Collum, ceruicem*	8 *Veſicam, penem*
3 *Humeros, brachia*	9 *Iecur, clunes*
4 *Pectus, papillas*	10 *Genua*
5 *Stomachum, cor*	11 *Crura inferiora*
6 *Infima ventris.*	12 *Pedes, calcanea.*

Apoteleſmata.

Si inueneris Almutez combuſtum, vel cum Planeta malefico, iudica natum in membro illius ſigni paſſurum ſecundum partitionem, quam in ſigno Arietis diximus.

Si Luna fuerit in aliquo angulorum, vel in 6. cum Planeta malefico, nec aliquis beneficus eam reſpexerit, denotat in illo membro dolores, ſeu læſionẽ aliquam paſſurum, cuius domus illa eſt ſignificatiua, præcipuè ſi Luna cũ Planeta maligno aliquod ſignum infirmitatis tenuerit, vtputa ♉ ♋ ♏. ♑ ♓.

Item ſi Luna cum Saturno ſine aſpectu fortunarum fuerit in ſigno Aqueo ♋ ♏ ♓ fueritq; ipſa Luna & Saturnus eiuſdem latitudinis, lepram fœtidam excitabit: Si verò in ſigno terreo ♉ ♍ ♑, melancholicam complexionem, & plerumq; morbum caducum.

Dixit Ptolemæus: Si ♊ & ♐ ♄ & ♂ habuerint, Maniam, & viſionem dæmoniorum ſignificant.

Si cum ♄ aliquod aquaticorũ tenuerit, minatur infortunium per aquam ebullientem: Sin aliquod igneorum, per ignem futurum nato infortunium, inſinuare videtur.

Si in ſigno Aërio, per ſanguinis effuſionem. Si ♄ reperiatur in 4. domo, vel eam ex □ vel ☍ reſpexerit, ipſaq; in ſigno terreo fuerit, ex caſu parietis natus obruetur. Sin 4. domus fuerit in ſigno Aqueo, in aquis ſubmergetur.

Item Ptolemæus ait: Si ♄ vel ♂ fuerit in ♐ ab equo proſternetur, aut interficietur.

Si do-

Si dominus 7. fuerit in 3. vel in 9. & maleficorum aliquis eum reſpexerit, è loco edito cadet, vel ex ruina natus interibit.

Si Sol ſupra terram fuerit alligatus Saturno in cardine ortiuo, vel ſeptimo aut decimo, vel eum intueatur ex quadrato, vel oppoſitione absque radijs ſalutaribus Iouis aut Veneris, cæcus efficietur, vel ſtrabo cæcutiens.

Si Mercurius dominus 6. domus, fuerit à Saturno commaculatus, perpetuam cæcitatem minatur, & eò fortiùs, ſi Luna reſpexerit Solem & Saturnum ſic ſe habentes. Item, ſi Luna fuerit ſupra terram à Saturno malè affecta (præſertim ſi ipſa fuerit domina ſextæ domus) in oculo cæcitatem obnuntiat.

Si Mars infecerit ſua præſentia aut hoſtilibus radijs Solem aut Lunam, ex aliquo ictu, ſeu percuſſione hominis, ſcilicet, ſi Mars fuerit in ſigno formæ humanæ

Si in ſigno igneo ♈ ♌ ♐, cæcitas accidet ex ictu beſtiarum.

Si in terreo, videlicet ♉ ♍ ♑, ex ferro, vel fuſtibus.

Si in ſigno Aqueo, veluti ♋ ♏ ♓, ex cerebri rheumate natus ita, oculi aciem deſiderabit.

Saturnus, cum Mercurio coniunctus, vel in aliquo eius aſpectu malefico nec Mars, nec aliquis Planeta ſalutaris, ſiue beneficus Mercurium intueatur, linguam nati denotat impeditam, ſiue balbutientem, præcipuè ſi ſupra terram reperiatur.

Si Mercurius prædicto modo ſe habens, fuerit in Piſcibus, & fuerit dominus aſcendentis, vel Almutez natiuitatis, mutus erit, vel impeditæ linguæ. Item ſi Mercurius reperiatur in Piſcibus cum ☉, & horoſcopi dominus, & Mars eum intueatur, idem portendere videtur: Verùm ſi Mars, vel Saturnus non reſpiciat Mercurium, torrente locutionis laborabit, eritque loquax, atq; nimium verboſus.

Si Luna ſub terra fuerit collocata cum aliquo Planeta malefico, in aliqua domorum, Saturni vtpote, Capricorni vel Aquarij, pectoris dolorem cum tuſſi excitabit. Si Saturnus dominus 6. fuerit ſupra terram, & Mars eum malè aſpiciat, ſeu inficiat procul exiſtentibus beneficarum ſtellarum radiationibus, malum aliquod in aure dextra excitabit, ſiue tinnitum, ita vt auditum impediat.

Sin eodem modo ſub terra fuerit, ſplenis infirmitatem faciet.

Si Iupiter fuerit dominus 6. & ſupra terram, à maleficis ſauciatus, infirmitatem, ſiue aliquod impedimentum in aure ſiniſtra prouocabit. Sin ſub terra eodem pacto ſe habuerit, hepatis infirmitatem excitabit.

Si Mars dominus 6. ſupra terram fuerit malè affectus, infirmitatem in auricula dextra efficiet.

Si Venus ſimiliter ſe habuerit, in aure ſiniſtra obnuntiat infirmitatem ſiue hebetudinem.

Si Mars ſub terra fuerit combuſtus, vel malè affectus, natus ita, ictericia laborabit.

Venus ſub terra malè affecta natus renum dolores experietur.

Item Venus cum ♂ in ♏, denotat quòd nato mentula curtabitur.

Pars infirmitatis, quæ ſumitur in die à Saturno in ♂, nocte è conuerſò, & additur gradibus horoſcopi, ſi fuerit deprauata à maleficis, natus patietur ægritudinem in membro, quod deputatur ſigno, ſub quo ipſa pars infirmitatis ſeu Azemene reperitur.

Si Almutez dictæ partis fuerit coniunctus domino 6. vel male eum intueatur abſq; aſpectù benefico beneficarum ſtellarum, & dominus 6. fuerit orientalis à ☉, morbus per locum illius Planetæ ſignificatus, perpetuus erit: ſin occidentalis, pluribus infirmitatibus laborabit natus, quarum nulla erit perpetua.

Ptolemæus inquit.

Cuius ♉ vel ♏ fuerit horoſcopus, erit cauſa ſuarum infirmitatum ipſemet natus, ex malo eius regimine, aut cibis non conferentibus, ſeu nimio coitu, ſiue crapula, vel potatione. hoc autem dictum eſt, quoniam dominus orientis conſueuit eſſe dominus ſextæ domus, quam Arabes ægritudinibus deputarunt.

Inquit etiam Ptolemæus. Cuius ♈ vel ♎ fuerit in horoſcopo, ipſemet natus erit cauſa ſuæ mortis: quia dominus orientis & 8. idem eſt. Cuius autem Aquarius, ipſe ſibi inimicos parabit. Cuius oriens Capricornus, auarus erit: quia dominus horoſcopi & ſecundæ eſt idem.

Si in horoſcopo fuerit ♍ vel ♓, ſua induſtria Regum ſeu Principum familiaritatem, & honorem ſibi comparabit. Si oriens fuerit ♐ vel ♊, ex rebus ſtabilibus ditabitur.

Dominus triplicitatis 6. primus de infirmitate iudicat. Dominus 2. triplicitatis 6. de ſeruis. Dominus 3. triangularitatis ſextæ de pecudibus indicat.

Hæc Andruzagar.

Si ſtatus domini primæ triplicitatis laudabilis fuerit, parum ægritudinibus laborabit: ſin illaudabilis, natus morbis multis affligetur.

Si dominus 2. triplicitatis, ſextæ, & ☿ fuerint malè affecti, à ſeruis malũ conſequetur natus. ſin benè, bonum.

Si dominus 3. triplicitatis 6. & ☽, & Almutez horoſcopi, fuerint benè affecti, pecudes habebit, & ab eis vtilitatem ita genitus conſequetur, & è conuerſò iacturas.

De domo ſeptima.

Ptolemæus dixit: Venus iudicat de fœminis, ſecundum quod ipſa ſe habuerit, in natiuitate de illis iudica: nam ſi ipſa fuerit in 7. vel in 12. diſcordiam cũ ipſis, vel pro ipſis natus habebit. Si vero in horoſcopo, vel 11. amorem mutuum cum ipſis, & vtilitatem pro ipſis non modicam.

Si Venus fuerit in ♌, amor, vsq; in languorem intendetur, & cum magna zelotypia: dico autem ſi horoſcopo fuerit aliqua domorum Veneris, vtpote in ♉ vel ♎ aut in ſua altitudine, amor magis intendetur: & hoc ſi non fuerit retrograda, nec combuſta, nec infortunata.

Verum ſi ipſa combuſta fuerit, & in aliquo angulorum, nec Iupiter eam benè reſpexerit, multa occulta, & contra naturam committet, & magis hæc erunt, ſi ♀ aliquod ſignorum incõtinentiæ tenuerit. Sunt autem hæc: ♓ ♈ ♉ ♑.

Quòd



Quòd ſi Venus ♍ tenuerit, quæ eſt domus caſus eius, ardentiùs ignominioſis, & in naturalibus inſtabit. Si Venus in aliqua domorum Saturni, vel cum ipſo, vel ſub aliquo aſpectu eius fuerit, ſordes naſcentis augebuntur. Si Venus cum Marte vel in aliqua domorum eius fuerit, vel ſub aſpectu eiuſdem, multū fornicabitur.

Arabes inquiunt: Quot ſigna interiecta ſint à domo ſeptima ad Martem, tot maritos mulieribus portendūt, à decima ad Venerem, viris totidē vxores.

Hermes ait: Si in natiuitate viri Venus combuſta ſit, vxor viro citius morietur: Si verò in natiuitate vxoris Mars ſit combuſtus, maritus vxorem in morte præcedet. Ptolemæus in iudicijs de re fœminæ, Lunam Veneri iungendam eſſe inquit: nam ſi ambæ fuerint combuſtæ, natus vxore carebit: & hoc magis, ſi ipſæ fuerint in domibus cadentibus, vel in ſuo caſu, aut Venus fuerit retrograda.

Si Mercurius in ſeptima, & in ſigno maſculino, nec retrogradus, nec combuſtus fuerit, omnia indifferenter perpetrabit & committet facinora. Meſſaballa inquit: In natiuitate viri ſiue diurna ſiue nocturna, vide partem connubij, ſiue vxoris, quæ ſumitur à Venere ad Saturnum, orienti quoque addenda, & ſecundum domum, in qua illa pars terminabitur, & ſecundum aſpectus ad ipſam iudicabis. Et ſicut de natiuitate viri per Venerem & Lunam iudicatur: ſic de natiuitate fœminæ per Solem & Martem iudicabis, Soliq; et Marti, dominus ſeptimæ in hac re comparabit, eritque particeps Solis et Martis.

Ptolemæus ait: Si in natiuitate lux Lunæ augeſcit antequam perueniat ad medium ſpacium vitæ naturalis, natus ducet vxorem: ſi verò lux decreſcit, in vita ſubſequenti ducet.

Meſſaballa: Luna creſcente in natiuitate viri, iuuenculæ: decreſcente autem, vetulæ ducentur.

Superiores à ☉ quantò magis fuerint, tantò in ætate peruectiores, quantò inferiores, tantò iuniores ducendas eſſe ſignificant.


Si Venus & Luna, & dominus ſeptimæ, omnes in ſignis bicorporeis fuerint, multas vxores ducet: ſi duo tantùm ex his tribus ſic ſe habuerint, paucio res, & ſic deinceps.

Si in ſigno fixo, vnam: & eodem modo iudicandum erit in natiuitate fœminæ, per ☉ & Martem, & dominum ſeptimæ.

Dixit Andruzagar: Dominus primus triplicitatis domus ſeptimæ, de vxore indicat: ſecundus verò triplicitatis dominus, de aduerſarijs.

Tertius verò triplicitatis dominus, de comparticipantibus quamlibet rem, & ſecundum vim & fortitudinem cuiuſuis horum, & aſpectum ad orientem, & ad dominum orientis iudicabis.

De octaua domo.



Iupiter & Venus in 8. domo, quam Arabes morti deputarunt, non combuſti neque retrogradi, natum ita, naturali & non violenta morte interiturum ſignificant. Aben Rageles inquit: Nunquam violenta morte peribit, qui habuerit Iouem, aut Venerem in octaua domo.

♃ & ♀ in octaua domo (vel alter ipſorum) non combuſti, neque retrogradi, ſignificant natum ita, naturali & non violenta morte interiturum:

Si ♄ in octaua oriens, igneæ naturæ fuerit, ex febre tertiana, vel quartana indicat mortem nati: ſi in ſignis aqueis, in aqua moriturũ minatur. Mars in 8. & ſigno humano, aut in ſecunda facie ♉, vel in prima ♌, ferro interiturum obnunciat: ♂ in octaua domo cum ☋, natum laqueo interiturum inſinuat.

♂ vel ♄ cum ☽, vel ☉ in 8. domo, mortem nati denotat fore violentam.

♂ in ♊, ☉ ♓, vel ♍, natum ita, laqueo vel ſuffocatione interiturum notat.

Si ♂ fuerit in ♊, & ☉ in ♓ per □ ſcilicet diſtantes in natiuitate diurna, vel ☽ in nocturna, natus ita, ſuſpendio peribit.

Hæc Ptolemæus inquit.

Si ☽ fuerit in 8 cum ♄, vel ♂, vel ☿ malè affecta ex □, vel ☍ aſpectu, natus malè morietur.

Meſſa-

Meſſahalla: ſi Venus à ☉ diſtiterit 47. gradibus, ſiue Orientalis, ſiue Occidentalis, Mercurius autem 27. et horum alter habuerit dignitatem in 8. malè morietur, ſed tamen iſtud non laudo.

Si mars fuerit Oppoſitus Ioui, & alter horum ſit dominus octauæ, mandato iudicis peribit.

Si Horoſcopi dominus fuerit in ſeptima combuſtus, & in ea ☉ nullam habuerit dignitatem eſſentialem, manibus multorum (qui contra ita genitum inſurgent) peribit.

Si verò ☉ in ipſa domo 7. poteſtatem aliquam habuerit, de mandato, ſeu manu Regis interibit.

Si dominus 8. reperiatur in 12. cum aliquo Planeta malefico, vel in eius aſpectu maligno, captiuus interibit, vt pote in carceribus, aut profugus.

Item ſi dominus 8. fuerit in 4. afflictus, in carcere natus morietur.

Si dominus 7. reperiatur in 9. infortunatus ſub ſigno terreo, natus ex præcipitio, ſeu alto loco præcipitatus, morietur.

Si Luna fuerit in Scorpione & in aliquo 4. cardinum, & Saturnus in circulo Eccentrico deſcendens eam infecerit ſua præſentia, vel hoſtilibus radijs, ventris profluuio peribit. Sin aſcendens Saturnus, Lunam in Scorpione ſuppputatam commaculauerit, ex alui conſtipatione obibit.

Dixit Zael in multis natiuitatibus experimento ſe comprobaſſe, ſi ☽ in Virgine fuerit Solis diametro ſauciata, natum in aquis perijſſe.

Si ☽ combuſta fuerit in aliqua domorum + & in aliquo angulorum, vitio pulmonis, & tuſsi interijſſe.

Si ♂ dominus 8. fuerit in 7. ſub ſigno aërio, vel aquatico, ex fluxu ſanguinis per inferiores corporis partes interibit.

Si dominus octauæ, Horoſcopum vel eius hoſpitatorem malè reſpexerit, timore, & anguſtia affligetur.

Sin eoſdem feliciter intueatur, timore ſolo, abſq; anguſtia affligetur.


Si dominus octauæ, fuerit in 8. vel ipſam feliciter irradiauerit, natus in ſua patria, vel prope morietur.

Si dominus 8. fuerit in 3. vel 9. domo, inter alienos, vel extra natale ſolum ita genitus, obibit.

Experimento ſæpius comprobatum eſt, quòd plurimi naſcentes in adunatione, id eſt, coitu ☉ & ☽, perierunt in ☍, hoc eſt, plenilunio. Nati verò in oppoſitione, mortui ſunt in ☌, hoc eſt, in ipſo nouilunio.

Dominus primus triplicitatis huius 8. domus, indicat de morte nati, quem ſi inueneris ſub radijs ſolaribus, occulta morte peribit, de qua iudicabis ſecundum qualitatem ſigni, in quo fuerit, & ſecundum Planetas ipſum aſpicientes. Hæc Andruzag. Dominus verò ſecūdus triplicitatis, de hæreditatibus mortuorum dijudicat: & ſi dominus 2. domus, ſiue dominus 2. triplicitatis 8. fuerit cū Planeta benefico, & eum feliciter aſpexerit, aliquas hæreditates mortuorum natus aſſequetur, vel parentes hæreditabit. Dominus verò 3. triplicitatis 8. ſecūdum ſtatū iudicat de ſtatu cogitationum mētisq; anguſtijs, et pœnitētia nati.

De nona Domo.



Si dominus aſcendentis reperiatur in nona domo, natus ſua ſponte lõga peragrabit itinera. Quòd ſi Planeta beneficus in eadem domo nona fuerit cum eius hoſpitatore, vel ipſum reſpexerit, felici radiatione, in ſuis itineribus bene eueniet, ſin aliter è conuerſo.

Saturnus in nona, denotat metus futuros in itineribus, magis autem in mari, & præſertim in ſigno aqueo, & Cancro Lunæ domicilio.

Mars in 9. timorem minatur in peregrinationibus longis, præcipuè terreis, non tamen in Capricorno quum ſit eius altitudo.

Dominus aſcendentis in nona domo, indicat natum longas vias affectare, & peregrè proficiſci debere. Dominus horoſcopi in ſeptima, indicat multa itinera, quòd natus ita, in ſuo natali ſolo, patrijſque laribus parum commorabitur: & ſecundum eius ſtatum dijudicabis quid nato continget inter alienos, & extra patriam.

Pars itineris per terram accipitur à domino 9. vſque ad principiũ eiuſdem nonæ, & adijcitur gradibus horoſcopi: dein proijcitur ab aſcendente, & vbi terminabitur ille numerus, erit dicta pars itineris per terram.

Pars itineris per aquam, ſumitur à Saturno vſq; ad 5. gradum Cancri, horoſcopi gradibus addenda. Et ſecundum quod inueneris has duas partes, & Planetas ipſas reſpicientes, dijudicato.

Notandum, quòd per hanc 9. domum de religione & fide, atque ſcientijs dijudicant Arabes & recutiti, in qua ſi Saturnus reperiatur, & horoſcopi dominus ipſum intueatur benefica radiatione, natus oblectabitur de rebus Philoſophicis & arte cymnica ſiue Alchimia.

In quæſtionibus autem ſiue interrogationibus, ſi Saturnus ita reperiatur, conſultor quæret de ſcientijs, vel Alchimia.

Iupiter in 9. cœli templo à domino aſcendentis irradiatus, indicat de legibus, præſertim ſi fuerit à ☉ Orientalis.

Mars

Mars de Phyſica.
Sol de Aſtronomia.
Venus de Muſica.
Mercurius de Dialectica, & Arithmetica.
Luna de hiſtorijs, & itineribus.

Pars ſcientiæ, quæ die noctuq; ſumitur à ♄ ad ♃, & adijcitur loco ☿ ſecundū Planetas eam reſpicientes, de ſcientijs, & fama diiudicat. Andruzah. inquit.
Primus dominus triplicitatis 9. iudicat de itineribus longis.
Secundus de ſcientijs.
Tertius de ſomnijs.
Et ſecundum ſtatum eorum, de ijs rebus fiat iudicium.
Si domus 9. in ſigno fixo inchoet, vel ♄ in ea reperiatur, niſi ipſa fuerit in Ariete, ſomnia vt plurimum vera videbuntur: in ſigno autem mobili, ſomniati illius erunt ſine effectu & irrita.

Si ♄ fuerit dominus nonæ, in plurimis ſomniorum nati videbit mortuos & ploratus, dæmones, ſepulturas, & vias ſuas fieri per loca deſerta.

Si ♃ fuerit dominus nonæ, in plurimis ſomniorum ſuorum videbit perſonas honoradiles orationes facere, & eccleſias, angelos & imagines ſanctorum.

Si ♂, bella, equites, canes, equos, ignes, arma & machinas tormentales. Si ☉, Reges, Principes & poteſtates. Si Venus, fæminas, puellas, pueros formoſos, & omnia odorum genera. Si Mercurius, libros, doctos Philoſophos, Poëtas, Oratores, Arithmeticos, Geometras, Aſtrologos, ſcholas & eiuſmodi. Si ☽, aquas, mare, fluuios, lacus, fontes, puteos, itinera agere, & volare per aëra natus ſomniabit. Sciendum inquit Abraham Iudæus, quòd Coniunctio Saturni & ♃ fuit in ♒ ante exitum Iudæorum de Aegypto.
♄ ♃ ☌ fuit in ♌ ante natiuitatem Chriſti.
♄ ♃ adunatio ſiue coitus fuit in ♏ ante natiuitatem Machometi fallacis.
♄ in 9. in natiuitate Iudæorum, ſuam fidem conſtanter ſeruaturos indicat.
In Chriſtianorum natiuitate, eorum fidem neglecturos inſinuat.
Si in Sarracenorum, quoque eorum fidem infirmat.
Sol in 9. fidem Chriſtianorum conſolidat, Iudæorum, & Saracenorum fidem negligere facit.
♂ in nona facit Saracenos ſuam fidem ſeruare: Chriſtiani verò, & Iudæi naſcentis fidem in irritum ducit, & incredulos facit.

De decima domo.

Si natiuitas fuerit diurna, & Venus (quā matri per diem deputarunt) fuerit in 11. domo, vel 10. aut 7. vel in ortiuo cardine, ei hilegiam concedas poteſtatem: niſi fuerit combuſta: deinde videto quis Planetarum eā reſpiciat & in illo loco habeat dignitatem, & illi Alcochodeam contribuas poteſtatem: & ſi Alcochoden ille fuerit in aliquo angulorum, ei cōtribuas ānos medios, ſin alibi, præcipuè in ſuccedentibus, minores. Planetæ malefici ex malo aſpectu minuunt: Planetæ vero benefici, ex quocunque aſpectu, vel præſentia augent dona Alcochodea. Dirigēdus autē eſt locus Veneris ad locū alicuius malefici interimētis, qui pro-

qui proximus fuerit loco annorum Alcochodeæ, et per hoc ſcire poterimus quã titatem vitæ matris. At ſi Venus fuerit combuſta, ſumito locum Lunæ, quam ſi reperies in horoſcopo, vel 7. domo in quocunque ſigno, vel etiam in . aut in 10. 11. 4. 5. in ſigno fœmineo, aſſumito eam Hylech, & perquirito eius Alcochoden, & negotiare vt ſuprà.

Si natiuitas fuerit nocturna, vide ſi Luna fuerit in aliquo prædictorum locorum, & ponas eam Hylech.

Si nullibi ex dictis locis reperiatur Luna, & Venus fuerit in domo 7. 1. 5. capias eam Hylech.

Si Luna & Venus tam die, quam nocte non fuerint Hylech, neque habuerint Alcochodeam poteſtatem (quod accidet, ſi vtraque reperiatur in cadentibus, præcipuè 6. vel 12. aut 8. domo) aſſumito decimam pro Hylech, & ab ea perquiratur Alcochodea. Si non habuerit Alcochoden, perquirito partẽ matris, quæ per diem accipitur à Venere, à Luna nocte è conuerſo, & adijciatur Horoſcopo, & vbi terminabitur numerus, ibi erit Horoſcopus matris, & ſi fuerit in aliquo 4. cardinum aut in ſuccedentibus, erit Hylech, perquirito eius Alcochoden.

Et ſi non inueneris Alcochodeam, fac directiones decimæ cum aſcenſionibus circuli directi, & quando peruenerit ad planetam maleficum, terminabitur vita matris tot annis, quot erunt gradus.

Hermes inquit: Planeta malus in Cancro, minatur matri breuem vitam, aut perpetuam infirmitatem.

Malefici Planetæ in Leone, patris ſubitam mortem, ſeu breuem vitam obnunciant: vide quis Planetarum fuerit Almutez ſuper 4. loca principalia matris.

Quæ ſunt locus Veneris, locus Lunæ, decima domus & pars matris, & ſecundum ſtatum illius Almutez, & aſpectus ad illum, iudica de fortuna, vel infortunio matris.


Si Venus vel Luna, aut vtraque reperiatur in 12. cœli hoſpitio, genitrix filium ſuum non diliget, & è conuerſo.

Quicunque habuerit aliquam ſtellarum fixarum primi honoris, ſeu magnitudinis in gradu horoſcopi, vel culminantis cœli, aut in gradu ☉ per diem, vel Lunæ per noctem, diuitias & honores maiores, quàm anteceſſores ſui poſſidebit. De natura illius fixæ, hoc quidem verũ eſt ſi fixa illa paruæ latitudinis fuerit: ſin magnæ, vis eius parum in natiuitate nati apparebit.

Pars honoris in natiuitate diurna ſumitur in loco ☉ vſque ad 19. gradum Arietis: in natiuitate autem nocturna à loco Lunæ vſque in finem 3. gradus Tauri & congeries addatur gradibus Horoſcopi: Et ſi Planeta beneficus reperiatur ibi, vel eam benefico intuitu aſpexerit, ſecundum ſtatum eius ita genitus, honorem conſequetur, è contra verò, ſi maleficus eam partem honoris commaculauerit.

Notandum quod Planetæ ſignificantes magiſterium, ſiue profeſſionem operum, ſunt tres: Mars, Venus, Mercurius.

Mars



Mars ſignificat tolerantiam laboris, & agilitatem.

Venus delectationem, & gaudia

Mercurius ſcientiam decernit.

Si iſti in natiuitate ſe aſpexerint, operum manualium facilitatem nato contribuent, quantum libuerit, tamen ſecundum cuiuſq; ſtatum in natiuitate dijudicandum erit.

Si Saturnus fuerit in decima domo ſub ſigno Aqueo, & in orientis cardine habuerit dignitatem aliquam, natus nauta erit, vel in aquis libenter commorabitur, & piſcationibus oblectabitur.

Si Saturnus fuerit orientalis à ☉, fiet cerdo, vel cerdonis officio fungetur, & delectabitur cum lucro.

Si verò Saturnus fuerit in 10. domo, & in ſigno terreo; & poteſtatem in oriente habuerit, & orientalis à ☉, Architector erit, vel Architectura oblectabitur: Sin occidentalis, erit puteorum purgator, vel foſſor.

Saturnus & Mercurius in 10. domo ſi reperiantur, vel Mercurius Saturnum ibi exiſtentem aſpexerit, alteruterq; horum in oriẽte dignitatem habuerit, agrimenſor natus efficietur.

Saturnus de Iudicibus, & Eccleſijs iudicat.

Mars in ſuo honore, videlicet Capricorno aut domicilijs Arietis Scorpionis orientalis ☉ milites, bellatores & exercituum ductores producit, præſertim à beneficis feliciter irradiatus.

In domo autem ſui caſus, vtpote Cancri, phlebotomatores ſeu tonſores facere conſueuit.

In ſigno igneo ferrifabros vel lignifabros.

Si Mercurius retrocedens tunc reſpexerit, ſutures pannorum, vel pelliũ.

Mars combuſtus, furnarios efficit.

Sol bene affectus, dominum indicat.

Venus caupones, hiſtriones, mimos, luſores ſcaccorum, & cantores.

Mercurius ſcribas, magiſtros, & literatos.

Luna, mercatores, peregrinationibus deditos.

Andruzagar ait: Primus dominus triplicitatis decimæ, de matre iudicat. Secundus de honore. Tertius de magiſterio nati, ſecundum cuiuſque horum ſtatum dijudicandum erit.

Ptolemæus ait: Per Planetam orientalem à ☉ ſcire poteris profeſſionē nati.

De vndecima domo.

Iupiter in II. *benè affectus, & non retrogradus neq; combuſtus, nec in ſuo caſu, vtpote in Capricorno, ſed in Cancro, aut Sagittario, vel Piſcibus, fortunatum & felicem, & fauorem cōmunem in rebus omnibus decernit: præcipuè ſi aliquam habuerit dignitatem in horoſcopo, vel in loco ☉ in natiuitate diurna, aut in loco ☽ in natiuitate nocturna.*

Venus in II. *amorem muliebrem mutuū ſignificat in ſigno fœmineo, in ſigno autem maſculino, natū ad Venerē maſculā inclinat, alioqui ad amplexus, & amores puellularū virginū, ſed ab amoris principio finis degenerabit, quia hæc* II. *domus oppoſita eſt quintæ, quā deputarunt Arabes voluptatib. & cōiuijs.*

Mercurius in hac domo dabit amicitiam ingenioſorum hominum, & paruulorum, præſertim in ſignis humanis: in alijs verò ſignis in matrimonijs fortunam promittit.

☉ amicitiam Regum, Principum, & potentiorum dabit, vel facit clauigeros Regum, finem eius rei ſecundum ſtatum ☉ dijudicato. Saturnus & Mars excitare conſueuerunt rixas, controuerſias, & moleſtias amicorum, & iacturas pannorum: nam plurimi ſapientes pannos, & veſtes huic domui aſſcribūt, alij verò quintæ.

☽ non combuſta, nec alligata Planetis infortunij, neq; in malo aſpectu maleficarum ſtellarum, amicitias, & fauores omnium promittit.



Pars amicorum, quæ ſumitur per diem à ☉ & ☽, per noctem verò è contra, & proijcitur ab Horoſcopo, ſecundum domum, in qua fuerit & Planetas hanc partem reſpicientes de amicis dijudicato.

Primus dominus triplicitatis II. *de amicis indicat, ſecundus de mercatura, tertius de veſtimentis, ſecundum ſtatum horum de ijs rebus dijudicato.*

De duodecima domo.

Hæc domus 12. *de inimicis occultis, carceribus, exilio, & quadrupedibus magnis, et domitoribus equorũ, et taurorũ tractat, ſecundũ naturã Planetarũ in ipſa domo exiſtentium obnunciat, & ex qua parte hæc mala eueniant.*

Saturnus ruſticos, ſeruos, & homines inutiles atque ſenes denotat.

Iupiter honorabilium hominum religioſorũ, & iudicũ inimicitias oſtẽdit.

Mars mulierum, violentorum hominum, latronum, piratarumq; indicat.

Sol Regum, Principum, nobilium, et patris odia inimicitiasque minatur.

Venus matris, fœmineíque ſexus.

Mercurius magiſtrorum, ſapientum, eloquentium, & muſicorũ denotat.

Luna populorum, & ignobilium mulierum.

Secundum igitur Planetas in hac domo exiſtentes, inimicitiæ nato aduenient, & nota quod ſi dominus aſcendentis reperiatur in duodecima, ipſemet natus ita, inimicitias ſibi comparabit.

Si dominus ſecundæ fuerit in duodecima, propter pecunias ſæpè ei inimicitiæ aduenient.

Si tertiæ, propter fratres aut ſorores, vel conſanguineos, aut extra patrios lares, vel in paruis itineribus, inimicos habebit occultos.

Si dominus quartæ reperiatur in duodecima, cum parentibus aderunt odia & inimicitiæ aut propter res ſtabiles.


Si 5. *cauſa filiorum, vel filium pater odio proſequetur.*

Si 6. *ſeruorum cauſa, vel ancillarum, & paruorum animalium.*

Si 7. *cauſa vxoris, vel cum vxore aut ſocijs in aliquo negotio.*

Si 8. *propter hæreditates mortuorum, aut ex dote vxoris lites.*

Si 9. *cum extraneis aut religioſis, vel in longis itineribus.*



Si decimæ, propter Principes, vel Regem, iraſque potentiorum inimicitiæ aderunt.

Si 11. propter amicos, & ſocios, vel ipſorum gratia, natus habebit lites.

Si dominus duodecimæ fuerit in duodecima, plurimæ inimicitiæ accident nato in die illi Planetæ deputato.

Si partem inimicorum, quæ per diem ſumitur à Saturno in Marte, per noctem è contra proijcienda ab Horoſcopo, malefici Planetæ inficiant, aut hoſtilibus radijs intueantur, inimici infortunabuntur: ſi Planetæ benefici, proſperabuntur eius inimici contra natum.

Si dominus aſcendentis in duodecima, & in ſigno humano abſque radijs beneficarum ſtellarum, natus captiuabitur.

Et ſi dominus tertiæ vel nonæ aſpexerit dominum aſcendentis in Cacodæmone ſupputatum, à captiuitate tandem liberabitur vel ab exilio reuocabitur.

Si dominus aſcendentis fuerit combuſtus in duodecima domo, natus in captiuitate ſiue carceribus morietur.

Si dominus aſcendentis fuerit combuſtus in ortiuo cardine ſiue Horoſcopo, breuem vitam inſinuat.

In ſecunda, paupertatem.

In tertia, fortunium à fratribus, vel conſanguineis, aut ipſorum gratia.

In quarta vel octaua, natus in carcere peribit.

In quinta & ſigno Aqueo, ebrietate.

In ſexta, longa ægritudine conflictatus, interibit.

In ſeptima, vxor erit cauſa ſuæ mortis, ſecundum naturam ſigni, vt ſi fuerit terreum, ex præcipitio.

Si igneum, per ignem.

Si in nona, periculoſa itinera patietur.

In decima, in carceribus iuſſu principis.

In vndecima, propter amicos malum & pericula.

Si Planeta maleficus fuerit in duodecima ſub Leone vel Sagittario, ab equo calcitroſo ſiue alio animali præcipitabitur.

Saturnus vel Mars in duodecima, vel Mercurius infortunatus, pericula vitæ obnunciat propter beſtias maſculini generis ſi in ſigno maſculino, fœminei autem per fœminas.

Saturnus de Aſinis. Iupiter de Dromedarijs.

Mars de multis filijs Aſini, & Equæ.

Sol de Equis, vel Mulabus.

Venus de filijs Equi, & Aſinæ.

Mercurius de Camelis

Luna de Bobus ſeu Bucephalis.

Secundũ ☽ ſtatum ſi fuerit male diſpoſita, ex parte boum vel percuſſione.

Primus dominus triplicitatis duodecimæ, de inimicis.

Secundus, de anguſtijs, & carceribus.

Tertius, de pecoribus ſeu pecudibus, & arietibus.

De

DE MODO VNIVERSALI, SIVE *Methodo in iudicijs duodecim domorum cœli.*

PRimò in omni iudicio obſeruandæ ſunt ſingulæ domus,& quis fortunarum, vel malorum fuerit in eis, vel eaſdẽ aſpexerit à quadrato, ſeu oppoſito aſpectu, & quomodo ſe habeat dominus domus illius,cuius ſignificationes deſiderantur: & in quo loco circuli habitauerit, atque ipſius commixtio cum Planetis ſtatusque partis, quæ refertur ad eam domum & locũ eius:Item conditio & qualitas domini eius, locusque eius in circulo,& Planetarũ commixtio cum eo. Animaduertatur etiam eſſe ſignificatorum, ſi fuerint orientales vel occidentales, directi vel retrogradi,& quibus commiſceantur fortunis ſeu infortunis,ſi fuerint in angulis vel ſuccedentibus, aut in cadentibus: nã ſi domus alicuius plurimi fuerint ſignificatores, aut fortiſsimi eorũ fuerint fortunati,à malis vel impedimentis liberi ſignificãt Proſperitatem in natura rei ſignificatę per eam domum , & maximè ſi fortuna etiam per commixtionem in bonis locis circuli ad eam confirmandam & augendam teſtimonia contulerit. Si verò ſignificatores alicuius rei inueniantur commixti malis, vel retrogradi vel combuſti, aut & deſcenſione ſua cadentes,videlicet à ſua exaltatione,& ab angulis, vel in ſuo detrimento ſignificant infortunium in re ſignificata,& maximè ſi cadentes,& in locis infauſtis poſiti (vt dictum eſt) fuerint etiã cõiũcti infortunis,vel in earum quadraturis, aut oppoſitionibus.Et ſi fuerit aliqua iſtarũ rerũ,in qua neceſſariũ ſit, vt ſciatur multitudo vel paucitas,incremẽtũ vel decremẽtũ, dicẽdũ in eo, ſecundũ quod inueniũtur ſignificatores in locis ſuis, & ſecundũ quod eſt earũ poſitio in ſignis,vel domibus ſignificãtib. multitudinẽ, vel paucitatem.

DE SATVRNO CVM FVERIT IN DOMO ſua, & aliorum Planetarum in natiuitatibus diurnis & nocturnis.

CVm Saturnus in natiuitatibus diurnis in domo ſua extiterit, ſignificat amicitiam nobilium atque magnatum & cumulationem ſubſtantiæ, maximè ſi fuerit in aſcendente, aut cum parte fortunæ, & ſi natiuitas fuerit nocturna in domo ſua, ſignificat laborem & diurnitatem eius, & multitudinem ægritudinum. Et ſi fuerit in domo Iouis in natiuitatibus diurnis, ſignificat pulchritudinem, & diuitiarum affluentiam ac veritatem, ſed ſi nocturna fuerit natiuitas, erit diſpoſitor in rebus Regum, & Magnatum, et fortè interficietur pater eius. Et cum fuerit in domo Martis, habebit cor lapideum, exiguam miſericordiam, & abundantiam iræ in eo, in quo debebat nequaquam iraſci, & non eleuabitur in rebus bonis, ſed magis proſpe-

rabitur in malo. Eodem Saturno in natiuitatibus diurnis, in domo Solis commorante, fortunam nati, ac bonitatem ſtatus patris denunciat, & acceſſionem facultatum. Et ſi fuerit nocturna geneſis, ſignificat afflictionem valetudinis nati atque patris. Si verò eundem in domo Veneris commorantem deprehenderis, libidines eius erga mulieres pauperculas, & infirmitate impeditas, ac viles, nullius pretij deſignat.

Et eodem in domo Mercurij exiſtente, parcitatem nati, & retentionem ac inueſtigationem ſcientiarum, atque ſecreta librorum occultorum ſignificat: quamobrem detrimentum patietur, & habebit impedimentum, & tarditatem linguæ, erit peſſimus animo & voluntate, inuidebunt ei homines, & dicent de eo opus quod non fecit. Eundem ſi in domo Lunæ inueneris, infirmitatem nati, ac multitudinem morborum matris, ſignificare eum ne dubites: deſtruet etiam matris ſubſtantiam in vita eiuſdem.

DE IOVE IN DOMO SVA AC reliquorum Planetarum.

Cùm Iouem in domo Saturni inueneris, grauitatem & anguſtiam cordis, & multitudinem luctus deſignat, ſed vulgo ſe pauperem demonſtrabit, eritq; debilis cordis, piger, cogitans malum quotidiè, & perſeuerans in eo, & res ſuas occultè faciet, ac continget ei malũ ex partibus diuerſis. Sed ſi in domo ſua in natiuitate diurna permanſerit, erit fortunatus ac diues, dilectus quoque & potens apud Reges & Principes, ſed ſi nocturna fuerit geneſis, erit contrarium eius quod diximus: Cogetur enim victũ ſuum quotidiè acquirere, & dicet ea quæ non ſunt, neque fuerunt, & habebit commixtionem cum viris Religioſis, aut erit Prælatus in lege aut Religione. Eodem in domo Martis commorante, erit laudatus in omnibus ſuis artibus, & conſtans in ſua felicitate, habens conſuetudinem cum Regibus, Principibus, & Ducibus. Ac ſi tunc Iupiter fuerit in angulis, aut ſuccedentibus angulorum in ſignis maſculinis, erit Princeps & ductor exercitus, & maximi pretij nominisque clariſſimi. Si verò idem in Domo Solis habitauerit, erit formoſus, boni ingenij, coniunctus regibus & laudatus apud eos, & coram vniuerſo populo, & ſi præter hoc quod dixi, fuerit in angulis vel ſuccedentibus, liber à malis, vel impedimentis erit magnæ felicitatis, & magnarum diuitiarum, Rex ſui Regi ſimilis, maximè verò in natiuitate diurna. Si eundem in domo Veneris in natiuitatibus maſculorum commorantem videris, coniunctionem nobilium, & gaudium, ac commodum in deſponſatione nobilium mulierum ſignificat: ſed ſi fuerit natiuitas fœminæ, adipiſcetur bonum ex captiuitate, & profectum cauſa fidei & Religionis. Eodem in domo Mercurij habitante, erit natus negotiator diues, multa dans, & multa accipiens ex negociatione ſua, & laudatus, habebitque dominium ſuper aliquos homines in occulto, & lucrabitur ex hoc pecuniam, ſummisque extolletur laudibus: & ſi idem in domo Lunæ in natiuitatibus diurnis apparuerit, & maximè in angulis vel ſuccedentibus, erit fortunatus, & multarum diuitiarum, magnæ autoritatis, coniunctus Regibus et nobilibus. Si verò no-

rò nocturna fuerit natiuitas, erit Prælatus in lege, boni ingenij in ſuis artibus, & clarus ex illis.

DE MARTE CVM FVERIT IN DOMO SVA, & aliorum Planetarum.

Cùm Mars fuerit in domo Saturni, natus erit audax, diabolus, perficiens ipſe omnes res, quas incipit, ſed diſsipabit opes parentum ſuorum, ac videbit mortem fratrum ſuorum maiorum. Eodem in domo Iouis commorante, natus erit nobilis, honoratus, & pulcher, amicus nobilium ac magnatum. Et ſi fuerit Iupiter in domo Martis viciſsim in configuratione bona, erit natus velut ductor exercituum, & vincens aduerſarios ſuos: ſi verò in domo ſua permanſerit, erit nominatus honoratus, & diues & fortè erit ingenioſus, ac doctus, peritus Geometriæ, habebitque bonos ſucceſſus in omnibus ſuis operibus, maximè ſi fuerit natiuitas nocturna, quòd ſi in diurna euenerit, & fuerit in Ariete, non aſpicientibus eum fortunis, erit malignus, inferens omnibus iniurias, & accident ei dolores occulti, & caſus ab alto. Et ſi in Scorpione extiterit, aliquid ex prædictis minuetur, ſi in domo Solis extiterit, ſignificat mortem nati ex infirmitate, quam habebit in ventre, & propriè in ſtomacho, in oculis, & operabitur quæ grauia ſunt ad operandum per ignem, & erit mors eius repentina, aut capietur, aut interficietur, aut ipſe, aut pater eius, aut morietur in peregrinatione. Eodem in domo Veneris exiſtente, erit natus luxurioſus, fornicator, perpetrans ſcelus cum vxoribus conſanguineorum ſuorum, vel cum ſuis conſanguineis, vel deſponſabit mulierem, cum qua anteà mœchatus eſt, & patietur detrimentum à mulieribus: Quòd ſi in Libra permanſerit, patietur detrimentum ab igne & ferro in locis occultis corporis ſui. Si verò in Tauro extiterit, ſignificat omnem luxuriam & malitiam coniunctam. Si eundem in domo Mercurij commorantem cognoueris, ſignificat intellectum nati, & ſummum ingenium, & erit callidus cum audacia, & experientia rerum cum paupertate, & maius erit ei lucrum ex furto & latrocinijs, vel erit Scriptor ſapiens, docens linguas, vel diſcipulus ſcriptoris, qui ſcribit chartas falſas, & exuperabit ſocios ſuos in ſcientia & ingenio. Sed eodem in domo Lunæ commorante, erit motu leuis, agilis, ſubtilis inueſtigator ſcientiarum, & profundarum ſententiarum, & erit audax in malis operibus peragendis, qui in ventre ſeu in occultis partibus ſui corporis malum ſeu impedimentum patietur. Tempore quoque longo matri eius eueniet infirmitas, & mors eius repentè, cuius quidem natus iſte res facultateſque diſsipabit.

DE SOLE CVM FVERIT IN DOMO ſua, & aliorum Planetarum.

Cùm autem Sol (& maximè in natiuitate diurna) in domo Saturni extiterit, erit natus breuiloquus, multi riſus, deluſor, proficiens in omnibus operibus

ribus ſuis, & ſi fuerit nocturna, citò naſcetur, erit inſtabilis in rebus ſuis, faſtidiens omnes res, & aſſiduæ mutationis. Quòd ſi in domo Iouis permanſerit, erit peritus in cauſa ſuæ legis, bonus ſine pigritia, & maior omni genere ſuo. Quòd ſi natiuitas fuerit nocturna, ſignificat bonitatem nutritionis, coniunctionem cum nobilibus, præter quàm quòd ipſe erit fornicator, exercens iniquitatem cum vxore patris ſui, ſeu alicuius ſui parentis eodem in domo Martis conuerſante, ſignificat patris infirmitates & nati, ſed in natura iuncturarum, & hepatis dolorem ſignificat: pater verò eius morte peſſima opprimetur. Si in Scorpione extiterit in natiuitatibus diurnis, maſculorum felicitatē, & exaltationem eorum omni tempore vitæ ſuæ portendit. Sed ſi fuerint in natiuitatibus nocturnis, aliquid decedet de ea fortuna. Eodem in domo ſua perſeuerante in natiuitatibus diurnis in angulis, vel in ſuccedentibus angulorum, erit dilectus, regnans, diues, magnus & fortis, & euenient ei diuitiæ ab altis hominibus, & ex locationibus terrarum & villicatione: in natiuitatibus verò nocturnis, debilitatem ingenij ſui patris ſignificat, & erit orphanus, & capietur in peregrinatione, & forte ſignificat voluntatem ſeparationis nati, à parentibus ſuis. Idem ſi in domo Veneris extiterit, exponet ſomnia diuinator, & aperientur ei res abſconditæ, verax in bono, ac multorum itinerum, quibus valdè delectabitur, ſed turpiter luxurioſus exiſtet.

Eodem in domo Mercurij commorante, erit multorum rumorum, bonorū operum, Doctor ſcientiarum, & fortaſſis Aſtronomus, notus apud omnes, maximè ſi fuerit natiuitas diurna. Si verò nocturna fuerit, erit pauper, mala opera agens, in iuuentute quidem erit turpiloquus. Cùm autem ad mediam ætatem peruenerit, diuitias acquiret non cognitas vel occultas. Accident autem ei dolores in ſtomacho, aut in occulta parte corporis, & conuerſabitur hominibus, opera dæmonum exercentibus. In domo Lunæ, ſi inuentus fuerit, cum cauda Draconis, Saturno, Marte, impedimenta ac pericula minatur oculis nati, multa decernit itinera, & varia in aquis diſcrimina.

DE VENERE, CVM FVERIT IN DOMO ſua, & aliorum Planetarum.

Venus cùm fuerit in domo Saturni natus cognoſcet vxorem phlebotomatum, vel meretrices, & vituperabitur ex hoc, & erit corruptor mulierum deſponſatarum, & propter hoc proficiet in rebus ſuis. Sed in natiuitatibus nocturnis erit multæ fornicationis, damnatæ luxuriæ, & contingent ei ex hoc controuerſiæ, & cùm intrabit ætatem, ditabitur per mortem ſuarum vxorum. Si eadem in domo Iouis extiterit, ſignificat incrementum dignitatis nati, & acceſſionem pulchrorum indumentorum, & proficiet per cauſas mulierum, & per aliquod opus muliebre, per ſocios & cognatos, & per vxores nobilium, vel per aliquod opus, quod eis faciet, & ſua familia eum odio perſequetur. Sed ſi fuerit natiuitas diurna, erit hoc quod dixi, aliquo modo diminutum. Eodem in domo Martis commorante, patietur natus malum & contentiones per cauſas mulierum, & habebit rem cum ancillis & malis mulieribus,

ſeruiet

ſeruiet & conſequetur deſponſationem, & cadet in controuerſias & inimicitias, atque amiſsionem, & forſan interficiet vxores ſuas, propter ſuſpiciones aliquas. Si verò in domo Solis permanſerit, erit natus infortunatus in cauſis mulierum, & erit amator puellarum penè infantium, & erit abundans in coitu, & multum deſiderans ipſum. Eadem in domo ſua reperta, ſignificat gaudij multitudinem, cum mulieribus amicitiam, lætitiam & delectationem cum alijs mulieribus inſinuatis, & videbit in omnibus ſuis operibus, quod amet. Et ſi in domo Mercurij fuerit, erit commixtus mulieribus virorum religioſorum, ac bonorum, & erit dominus operum muliebrium & hominum effœminatorum: diliget etiam luxuriam, & faciet picturas & ſculpturas, ac mulierum ornamenta, & his ſimilia. Et ſi in domo Lunæ inuenta fuerit, ſignificat luxuriam turpem vagasq́ libidines, & vniuerſaliter, cùm Venus fuerit in ſignis mobilibus, paruam ſignificat ſtabilitatem in vna re.

DE MERCVRIO IN SVIS AC ALIORVM Planetarum domibus.

Cùm autem Mercurius in domo Saturni permanſerit, grauitatem linguæ & diuerſitatem verborum, ac malam ſuſpicionem inſinuat, & commiſcebitur quidem religioſis hominibus & ſapientibus, & erit notus per obſeruationem ſuæ legis. Si idem in domo Iouis extiterit, coniunctionem, amicitiam Regum & adminiſtrationem rerum ipſorum portendit & cauſas partium ac patrocinia, & erit ſapiens in iudicijs & iudicando. Cùm autem in domo Martis fuerit, faciet chartas falſas deceptionis & mendacij, ac calliditatis, vnde & malum patietur. Eodem in domo Solis inuento, ſignificat augmentum in ſcientia & memoria, & inueſtigationem ſcientiarum profundarum. Si eundem in domo Veneris commorantem inueneris, multitudinem amicorum inſinuat, natusque procacitatem & laſciuiam, & ioculationes amabit, & erit timens Deum, & multa dabit & accipiet, & operabitur cuncta opera ſcientiæ, & conciliabit ſibi nobiles & præſtantes viros. Quod ſi in domo ſua permanſerit, ſignificat omnes ſcientias triuij & quadriuij et prophetiæ, & maximè ſi in Virgine fuerit. Cũ vero in domo Lunæ habitauerit, multitudinem itinerum, ac honeſtam voluntatem demõſtrat, bonãque famam, & erit caſtus apud homines.

DE LVNA IN SVA ET ALIORVM Planetarum domibus.

Luna in domo Saturni commorante, ægritudines ex ventoſitate deſignantur, malum quidem de eo dicetur, quod ſi fuerit lumine diminuta, ſignificat infirmitatem tuſſis & frigoris, & dolores renum, maximè ſi fuerit natiuitas nocturna. Si verò diurna fuerit, aliquid de iſtis malis mitigabitur. Si eadem in domo Iouis permanſerit, erit quaſi Rex inter parentes, cum multitudine bonæ famæ, ſed perpetrabit luxuriam cum mulieribus, cum quibus non eſt licitum. Et ſi in domo Martis fuerit, erit multæ iræ, acerbitatis, & contentionis, & commiſcebitur malis hominibus, latronibus & bellatoribus. Eadem in domo Solis perſeuerans, ſignificat multitudinem gaudij & lætitiæ, amicitias

Regum, famæ celebritatem. Patietur autem natus infirmitatem in capite & ſtomacho, præſertim ſi fuerit in initio ſigni vel fine. Quòd ſi in domo Veneris permanſerit, erit amator mulierum, affectans eas, & habebit multum gaudij cum eis, & vitam pulchram. Eadem in domo Mercurij conuerſans, ſignificat amorem erga iuuenculas, paruasque puellas. Cùm verò in domo ſua habitauerit, habebit natus multum lucri, erit magnæ autoritatis, coniunctus Regibus: quod ſi fuerit iuncta aut commixta malis, diuerſas nati ægritudines & occaſiones earum oſtendit. Si verò fortunis iuncta fuerit vel applicãs eis, ſignificat ſanitatem corporis & temperantiam.

QVAE SEQVVNTVR CAPITA, IN ALIO EXemplari inuenimus, non in noſtro illo vetuſtiſsimo. Adiunximus autem ideo, quòd ea iam olim huius autoris nomini aſſcripta fuere, Lectoris iudicio permittentes iure ne id, an verò iniuſtè fecerint Exemplarium Scriptores.

De domino horæ.

Dixit Hermes dominum horæ in omnibus natiuitatibus habere omnes ſignificationes communes cum domino aſcendentis. Quapropter diligenter inquire dominum natalitiæ horæ. Si enim ipſum directum ſaluumque ab impedimentis ac malorum infauſtis occurſibus, in cardinibus aut in ſuccedentibus eorum offenderis, felicium ſtellarum radijs corporibuſue adiunctum, præſertim ſi ipſius etiam natura benefica fuerit, decernit nato diuturnam, & multis fortunæ ac naturæ beneficijs, dotibusque cumulatam et affluentem vitam, ac cætera bona, quæ ſolet largiri dominus aſcendentis fortunatus. Idem enim eſt (teſte Hermete) de vtriſque iudicium.

DE SIGNIFICATIS PLANETARVM IN SINgulis thematis natalitii locis, ac primò de Planetis in Horoſcopo.

Saturnus in prima domo decernit difficultatem in omnibus operibus & incœptis, mortem ex ruina terræ, vel propter æs alienum. Iupiter honorem, reuerentiam, modeſtiam, prudentiam & bonum finem. Mars iram, bellum, contentiones. Sol dominium, exaltationem, potentiam, magnitudinem operum, poſſeſſionum, celerem & ſolidam eruditionem. Venus, gaudium, voluptatem edendi & bibendi, ornamentorum, veſtium, amorem erga mulieres, placidos mores, corporis pulchritudinem. Mercurius, ſapientiam, ſcientiam ſcripturæ, & numerorum. Luna domina, peregrinationes, migrationes in alia atq; alia loca, inconſtantiam, beneuolentiam erga matrem, & magnas nobilesque fœminas.

De Planetis in ſecundo loco.

Saturnus in ſecundo ſigno, ſignificat defectum rei familiaris, & victus, impedi-

pedimentum lucrorum, perturbationem amicorum. Iupiter abundantiam diuitiarum, & bonum intellectum. Mars egeſtatem, calamitatem, perturbationē à ſeruis, vulnera. ☉ *diuitias per totam vitam, ſplendidum ſtatum, & lætos oculos. Venus facultates & opes à mulieribus. Mercurius augmentum diuitiarum, & honorem apud Reges. Luna amiſsionem & damna rei familiaris, & crebras mutationes ſtatus.*

Planetæ in tertia domo iſtas habent ſignificationes.

Saturnus odia inter fratres & ſorores. Iupiter felicitatem fratrum & ſororum, ac propinquorum cum gaudio. Mars odia & contentiones fratrum ac ſororum. Sol officium à Rege, peregrinationes. Venus inconſtantiam, & infortunia ex malis operibus, ſed multos amicos, & gaudium ex ijs, venuſtatē fratrum ac ſororum. Mercurius inclinationes & promptitudinem ad omnes res diſcendas, robur amicorum, fratrum & ſororum. Luna officia & gaudia à diuitibus, Regibus, itineribus, nobilibus & peregrinis.

Planetæ in quarta hæc decernunt.

Saturnus diſsipationem & iacturam hæreditatis, parentum interitum. Iupiter vtilitatem ex terra, hæreditatibus, theſauris, & ſecuritatem à terroribus. Mars effuſionem ſanguinis, homicidia, triſtem exitum. Sol theſauros, reuelationem arcanarum & reconditarum rerum ac artium, laudem, dignitatem. Venus laudabilem filium, ſed qui initio ſit habiturus mœſtitiam matris cauſa. Mercurius bonam memoriam, & ſubtilitatem in artificijs. Luna triſtitiam, ſed cum bono fine.

Planetæ in quinta hæc portendunt.

Saturnus diſperſionem ac mortem liberorum. Iupiter multos probos liberos, vtilitatem & laudem ex illis, & diuitias ex rebus ſperatis. Mars multos illegitimos liberos, parumque gaudij ex illis. Sol dignitatem liberorum, & in imperando laudem & gloriam. Venus anguſtiam & triſtitiam ab vno filio primùm, deinde gaudium ex liberis. Mercurius multa negotia ex Epiſtolis, fortunam ex vno filio. Luna multos liberos.

Planetæ in ſexta hæc ſignificant.

Saturnus morbos & inobedientiam familiæ. Iupiter parum morborum, vtilitatem à pecoribus, & fortunam à familia. Mars multos calidos & ſiccos morbos, malam familiam. Sol morbos, perturbationem à ſeruis & ignobilibus. Venus vxorem cupitam, morbos à mulieribus, ſpoliationem per ſeruos & ancillas. Mercurius deceptionem & ſpoliationem per mulieres propter libidinē, & intemperantiam. Luna autem lucrum ex animalibus.

Planetæ in ſeptima hæc promittunt.

Saturnus triſtitiam in coniugio, vxoris ſeparationem, malum finem. ♃ *gaudium ab vxoribus, & victoriam hoſtium.* ♂ *anguſtiam, calamitatem, laborē, bellum, damnum, triſtitiam & perturbationem in omnibus rebus, & inclinationem ad libidines.* ☉ *aduerſitatem à nobilibus, diuitibus & potentibus. Venus gaudium à mulieribus, & ſucceſſum in rebus optatis.* ☿ *appetitum, et magnas tentationes mulierū cauſa, et contentiones cū eis.* ☽, *bona à mulieribus.*

Planetæ in octaua hæc decernunt.

Saturnus hæreditates ex morte propinquorum, & longos luctus. Iupiter amiſsionem facultatum, ſed bonum & laudabilem finem. Mars plerunque malam mortem, aut vulnera in manibus & pedibus, turpitudinem, contemptum, amiſsionem facultatum, & magnam egeſtatē. Sol ſpoliationem bonorum, per potentes, fortem & malum interitum ex negotijs Regum. Venus aduerſitatē erga matrem, diuturnam vitam, & bonam mortem. ☿ inimicitias vicinorum, & luctum propter demortuos, ſed incrementum ſubſtantiæ, & magnam peritiam artificiorum. ☽ natum ab officio ſuo & honore per Reges, aut Principes deponendum, et fugitiuū fore, multos morbos, anguſtiam et triſtitiā paſſurum.

Planetæ in nono cœli loco hæc deſignant.

Saturnus grauia & terribilia ſomnia, errorem in fide, morbos, impedimenta, & damna in longinquis itineribus. Iupiter gaudium, & fortunam in longinquis itineribus, bonam fidem, vera ſomnia, & eorum interpretationem. Mars amorem equorum, bellorum & vini, infidelitatem & multa vana ſomnia, inutilia & noxia itinera. Sol bonam legem, bonam fidem, timorem Dei, & vtiles peregrinationes. Venus voluptatem, & fortunam ad peregrinationes, religionem, timorem Dei, vera ſomnia, & interpretationem eorum. Mercurius diſciplinam, modeſtiam, ſcientiam, & experientiam multarum rerum occultarum. Luna deſiderium ad longinquas peregrinationes, multas malas cogitationes ſuggerit.

Planetæ in medio cœli hæc inſinuant.

Saturnus in nocturna genitura ingentia & manifeſta damna ab Regibus & potentibus, aut diuturnam captiuitatem: In diurna verò, diuitias & magnorum artificiorum exercitia, & in ſenectute feliciorem ſtatum, quàm in iuuentute. Iupiter diuitias, laudem, & dignitatem. Mars triſtitiam & captiuitatem à potentibus, inopiam, bella, aduerſitates. Sol magnam gloriam, autoritatem, vtilitatem apud Reges. Venus gaudium à Regibus & Principibus, & nobilibus fœminis, officia, dignitates, & poſteriorem vitæ medietatem meliorem priore. Mercurius magnam ſcientiam ſcribendi, numerandi, & alias artes, artificiaque excellentia. Luna magnum amorem ad res pulchras, diuitias, officia, honores apud Reges & Principes.

Planetæ in vndecimo ſigno hæc portendunt.

Saturnus metum & dolorem amicorum, impedimentum rerum ſperatarum. Iupiter diuitias, laudem, dignitatem amicorum cauſa, ſuperationem inimicorum, vtilitatem ex rebus ſperatis, bonam fidelitatem, & fidem. In nocturna geneſi fortunam, fortitudinem, laudem. Sol gaudium & auxilium amicorum diuitum & ſeruorum, fortunam parentum, honeſtum & clarum nomen in exteris regionibus, fortunam in operibus, gratiam & beneuolentiam hominum, & poſterius vitæ tempus felicius in honoribus quàm prius. Venus fortunā ab amicis & ſodalibus, bonam fidelitatem & fidem, multas opes in fine vitæ. Mercurius multos amicos, ſodales, gaudium apud ſapientes, liberalitatem. Luna gaudium ex amicis, & impletionem omnis ſpei & expectationis.

Plane-

Planetæ in duodecima hæc ſignificant.

Saturnus metum, captiuitatem, impedimenta à Regibus, pauorem in omnibus. Iupiter ſeruitutem, paupertatem, defectum & triſtitiam à ſeruis. Mars morbos & damna ex hoſtibus, ſeruis, & turpibus hominibus, impedimenta & infortunia in omnibus incœptis. Sol inimicitias Regum, amiſsionē honorum, morbos, anguſtiam & calamitatem à ſeruis inimicis, & ignobilibus. Venus moleſtias à malis mulieribus, & malum matrimonium. Mercurius natum ſapientem, philoſophum, & valde artificioſum. Si verò impeditur, furioſum, delirum, inquirentem de rebus inutilibus, aut fortaſsis negotiatorem equorum, & aliquid ſcientem de quadrupedibus & ſimilia. Luna impedimenta ab inimicis, & ſi infortunata eſt à Saturno, captiuitatem & paupertatem, os & corpus fœtidum: In nocturna tamen geneſi, hæc mala mitigantur.

DE CAPITE ET CAVDA DRACONIS LVNAE in duodecim cœli domiciliis.

Caput in prima domo decernit dominationem & fortunam, iuxta commixtionem ſuam cum Planetis. Cauda tribulationem, decremnetum, & impedimentum in omnibus incœptis, læſionem alterius oculi. Caput in ſecunda domo augmentum ſubſtantiæ, & magnam fortunam. Cauda Draconis, paupertatem & caſum è ſublimi. Caput in tertia domo, promittit nobiles & fortunatos fratres, & vera ſomnia. Cauda verò, diſperſionem fratrum & ſororum. Caput in quarta largitur vtilitatem & augmentum fundorum, & hæreditatum. Cauda Draconis, diminutionem patrimonij, & multos labores ſine fructu. Caput in quinta domo, pollicetur augmentum liberorum, ſecuritatem ab omnibus calamitatibus. Cauda Draconis, damnum & interitum filiorum, & horribiles eorũ caſus. Caput in ſexta domo, robur aduerſus morbos, multos ſeruos, animalia multa, & fructum ex illis. Cauda draconis, morbos, malitiam ſeruorum & ancillarum & imbecillitatem animalium, & nullum fructum ex eis. Caput in ſeptima, dat amicitiam mulierum. Cauda draconis coniugij diſſolutionem, potentiam inimicorum. Caput in octaua, validam vitam, timoris parum. Cauda Draconis, turpem mortem, amiſsionem bonorum. Caput in nona, deſignat fidem nati fore ſecundum ſtatum Planetarum, qui ſunt cum ipſo. Cauda Draconis ingentes mutationes, & malam fidem. Caput in decimo loco tribuit nato fortunam, & incrementum magiſterij. Cauda Draconis, oppreſsionem, dãna, itinera non neceſſaria. Caput & cauda Draconis in vndecima domo, dant multum laboris, quietis parum. Caput in duodecima, robur & multitudinem inimicorum, augmentationem malorum, & paupertatem. Cauda Draconis parum infortunij aduerſus inimicos, oppreſsionem eorum ac paupertatem, & nullum damnum ab illis.

DE EFFECTIBVS ET INCLINATIONIbus partis fortunæ, in duodecim thematis natalitij locis.

Cùm pars fortunæ eſt in prima domo, ſignificat maximam fortunam in acquirendis opibus, & proſperos ſucceſſus in omnibos negotijs ac contractibus,

ludis aliſque rebus omnibus, quibus facultates parari ſolent, aut poſſunt. In ſecunda eadem ſignificat, quæ in prima, non tamen ita perfectè. In tertia dat fortunam in actionibus cum fratribus, ſororibus & propinquis, ac religioſis hominibus, bonum erit nato monaſterium, & ordinem ingredi, ac breues peregrinationes ſuſcipere. In quarta ſi fuerit, proſperum eſt nato cum parentibus agere, fundos & domos emere, in fodinis laborare, theſauros & abſconditas res quærere, arcana explorare, teſtamenta & legata condere. In quinta domo, ſi extiterit, bonum eſt nato agere cum liberis, veſtes ſcindere & induere, literas ſcribere, tabellarios mittere, conuiuia & ſocietates celebrare, voluptatem & amores quærere, negotiationem exercere, in bonis liberorum, aut ijs, quæ ad filios, & nepotes pertinent In ſexta, bonum eſt ſeruos & ancillas conducere: nam fortunati fiunt. Item oues, ſues, capras emere, & cum illis negotiari, in paſcua mittere: nam fortunatæ fiunt. Sed non eſt iraſcendum ſeruis, ancillis, aut operarijs, multò minus ſunt verberandi: nam iſti vincunt. In ſeptima domo, bonum eſt agere cum mulieribus, & amorem ab eis petere, bona mulierum lucri cauſa exponere, & ijs negotiari. In primis bonum, mutare ſtatū, aut ex vno ſeruitio in aliud ſe tradere, aut ex vno loco in alium, in quo aliquam diu commorari velis commigrare. Nam in illo ſeruitio, vel loco benè cum eo agetur, & fortunam habebit, bella tamen modis omnibus fugienda. In octauo loco pars fortunæ malè ponitur: nam ſignificat amiſſionem. Atque hæc eſt communis ſententia, oppoſitionem partis fortunæ, ſignificare maximam infortunam. Cùm igitur pars fortunæ eſt in octaua domo, tunc eius oppoſitio eſt in ſecunda, quæ eſt domus facultatum. Quare eo tempore nihil emas, nec vendas, non ludas, non mutuum des, non fias ſponſor: Nam omnia damnum & amiſſionem afferunt: Sed cum rebus vxoris negotiari bonum eſt. In nona ſi fuerit, auſpicatum eſt, longa itinera ſuſcipere, in exteris terris negotiari, cum Epiſcopis, & alijs religioſis magiſtratibus agere, aut ſe religioſo ordini addicere, beneficia & eleemoſynas petere. Somnia, quæ eo tempore habentur, fiunt fortunata, & ſenties in te ſingulares animi motus erga Deum, & multas ſubtiles cogitationes. In decima fortunatiſſimū eſt cum Regibus, Principibus, & magiſtratibus agere, præcipuè ſubſtantiam Principum lucri cauſa erogare, aut cū illa negotiari: nam mirificas vtilitates facit. Hoc tempus commodiſſimum eſt ad quamcunque artem, artificiúmue inchoandum, nec vllum felicius tempus poteſt reperiri, ad ambienda officia, honores, dignitates, & ad leges condendas, tum ſe Principibus aut potentibus obſtringere feliciſſimum eſt. In vndecima domo ſimili modo, quo de decima dictum eſt, iudica. Etſi enim hæc domus debilior eſt, tamen natura ſua maximam fortunā ſignificat. Quapropter fit duplex fortuna in omnibus rebus, nullo excepto. Præcipue vero auſpicatum eſt tum à Principibus opes petere, aut eos trucidare. Nam vndecima domus ſignificat ſubſtantiam Regum, Principum & Dominorum. In duodecima, ſi pars hæc inuenitur, bonum eſt equos, mulos, aſinos, boues, vaccas emere, & illis negotia exercere, in paſcua mittere, & alijs vtenda dare. Fortunatum eſt & captiuos liberare, verùm omnia alia negocia lucri cauſa ſuſcipienda, vitanda ſunt.

da ſunt. Nam iacturam afferunt, neque confligendum tum cum hoſtibus. Nã eo tempore confirmantur & adiuuantur illorum vires, & victoriam obtinent fortunæ ſuffragio.

De reliquis partis fortunæ accidentibus.

Parte fortunæ in exaltatione Saturni exiſtente, natus erit fortunatns apud ſenes & ſeruos. In exaltatione Iouis, apud potentes, nobiles, & religioſos homines. In exaltatione Martis, apud Principes, comites, equites auratos & milites. In exaltatione Solis, apud Reges & magnos Principes. In exaltatione Mercurij, apud doctores, cancellarios, publicos notarios. In exaltatione Lunæ, apud balneatores dominorum, et virgines, quæ ſunt humilis ſtirpis. Similiter ſi pars fortunæ in domo vel termino alicuius Planetæ fuerit, fortuna nati erit apud eoſdem homines, ſed ipſi tamen illi non erunt in tam bono ſtatu, vt ſuperiores. Porrò pars fortunæ cùm eſt in angulo, magnam fortunã ſignificat. In ſuccedentibus, fortunam per laborem: In cadentibus nullam aut exiguam fortunam. Cùm Sol beneuolè aſpicit partem fortunæ, augetur fortuna. Vide etiam ſi Luna cum eadem parte, & domino eius cõiunctionem vel aſpectum aliquem efficiat, & in cuius Planetæ domo ſit Luna. Si eſt in domo Saturni, natus erit frigidæ naturæ, rarò audax & hilaris, & magnos labores ſuſtinebit. Sed ſi Saturnus eſt orientalis, magna hæreditas illi obueniet, & nouas domos ædificabit. Si verò Luna eſt in domo Iouis, natus erit ſapiens, prudens, & fortunatus apud potentes dominos, & amabitur ab hominibus. Si in domo Martis eadem inuenta fuerit, natus erit audax, libenter litigabit, & fortunã habebit apud duces exercituum, comites, equites auratos, & milites. Si in domo Solis, natus multa habebit beneficia à Regibus. Si in domo Veneris, natus erit hilaris, Muſicæ peritus. In domo Mercurij, ſapiens, ſolers, prudens, vafer, aſtutus Eadem ratione iudicabis cum Luna eſt in horum Planetatarum exaltationibus, vel terminis aut aſpectibus.

Cautela in iudiciis obſeruanda.

In quouis ſignificato hoc ſummè notandum eſt, ſi vnicum habet teſtimonium, vulgare eſt, ſi duo, eſt fortius, ſi tria, perfectum: ſi modò domini ipſi, aut ſignificatores fortes, & non impediti ſint. Significationes item in cadentibus domibus, & ſignis mobilibus ſunt debiles. In ſuccedentibus domibus, & communibus ſignis fortiores. In angulis & ſignis fixis, fortiſſimæ. Quod ſi in vna re ſimul bona & mala ſignificatio & teſtimonium incidit, confer vnum teſtimonium ad alterum, vtrum fortius aut debilius ſit. Nam quod fortius eſt, & plures dignitates habet, præferendum eſt. Illud igitur obſerua, & alterum omitte: ſi verò vtrumque par eſt, ambo abijciantur. Sic enim & certius & feliciùs multò iudicabis.

Thema



Thema cœli natiuitatis cuiuſdam Sereniſs. Regis &c.

Huius ſereniſs. Regis (proh dolor) infortunium Romæ 13. annis ante caſum prædixi, cum ad me piæ memoriæ Gemma Friſius hoc præſens thema à quodam Gallo Aſtrologo calculandum miſiſſet, cuius Galli iudicium verbatim hîc appoſui. Fruſtrà autem laborant Aſtronomi, loqui volentes de dignitate & gloria huius nati, niſi inuenerint priùs vitæ periodum. Hac de cauſa priùs inueniã vitæ Aphesim, quoue tẽpore Delphinus diẽ claudet nouiſſimum: poſtmodũ quid ſentiam de dignitate & gloria cum Ptolemæo Aſtronomorum principe breuibus expediam. Sol in genitura dator vitæ reperitur, cùm in propria inueniatur ac ſua altitudine: hylech etiam poteſt eſſe Luna & ſors fortunæ, ac etiã aſcendens. Quare vita Sereniſſimi erit procul dubio longa. Sol in decimonono gradu Arietis, Saturnus in decima et ſua domo cum fixa primæ Magnitudinis, quæ dicitur vultur cadens, Iupiter in ſeptima cum ſpica virginis, Sol etiam à ſtellis ipſis circundatus in ſigno maſculino, & in angulo, decernunt vnà cum Ptolemæo natum hunc mundi Regem euaſurum. Non igitur dubito de hoc tanto Principe, quin Monarcha futurus ſit: quia Planetæ in genitura ſunt diſperſi, & angulares, & cætera. Hiſce ignarus, aut nouellus Aſtrologus ſuum Regem illuſit, cuius thematis iudicium (vt etiam ſentijt Gemma) contrarium omnino fuit, vt patuit: Saturnus etenim (teſte Ptolemæo) offenſionem lethalem in capite ex aëre venientem minabatur, quod & (proh dolor) accidit Die & Menſe, & anno à me prognoſticato. Cuius dicti teſtes (etſi non requirantur) ſunt propemodum infiniti, præſertim Coloniæ, in Brabantia, & in Italia, non credens illos conſulat. Hiſce ſuperſedeo, ne commemorationis reiteratio Lectori nauſeam pariat. Deus ipſius animæ cum cæteris omnibus propitius & miſericors ſit, & ſic totius noſtri operis finis eſto.

SOLI DEO GLORIA.

Ca-

CATALOGVS OMNIVM CONTENTORVM IN HIS OCTO LIBRIS, ET PRIMO EORVM, QVAE IN PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

Fol. Fig.

Apologia Cheiromãtiæ, Phyſiognomantiæ & Aſtrologiæ naturalis, multis authoritatibus doctiſsimorum etiam ex ſacra ſcriptura roborata. 1

Quòd Aſtrologia ſit non rarò Chiromãticis neceſſaria: & de laude Matheſeos, & eius quatuor quantitatibus, Aſtronomia ſcilicet, Geometria, Muſica, & Arithmetica. 8

Quid ſit Chiromantia, & vnde dicatur, & qui ſint pręcipui authores. 11

Modus cognoſcendi principia Chiromantiæ. 14

Particularis cognitio principiorum Chiromantiæ. 16

Modus iudicandi in Chiromantia. 19

De quãtitate, & qualitate man⁹. 20

De digitis, & modo tractandi. 20

De vnguibus. 21

De colore. 21

De tactu. 22

De pilis. 22

Notanda circa manus diſpoſitionem, in ferendo iudicio. 22

In ſecundo libro.

De generali partium manus nomenclatura, & partitione. 24

De lineis accidentalibus. 26

De tribus proſperitatis ſiue Saturninis lineis, & via Solari. 27

De ſororibus Vitalis, Naturalis, Menſalis, & Hepatis. 28

De ſpatijs contentis inter lineas manus. 29

De literis diuinis, & characteribus Planetarum. 29

De Iouialibus, habentibus characteres Iouis in ſuo monte. 30

De Martialibus. 31

De Solaribus. 32

De Venereis. 33

De Mercurialibus. 33

De Lunaticis. 34

De montibus digitorum & radicibus, & primò de pollice & eius ſignis. 35

De indice & eius monte, & Iouialibus. 37

De mõte medij & eius digito, & Saturninis 39

De monte & digito annulari, & Solarium natura. 41

De monte & digito minimo, & Mercurialibus. 42

De baſi triangulari, & de Lunaticis. 43

De loco Martis & Martialium natura. 44

De ſignis aliquibus extraordinarijs, quę in montibus aliquando accidũt, & de eorum ſignificationibus. 44

De lineæ Vitæ diuiſione ſecundum Tricaſſum. 45

De alia Vitalis commenſuratione ſecundum eundem. 47

De diuiſione ſpatij connubij, & alia mõtis Veneris diuiſione, prout non ſatis correctè Tricaſſo placuit. 48

De commenſuratione quatuor principalium linearum. 49

De vera, legitima & Mathematica diuiſione, & menſuratione lineę vitalis nunquam viſa, ab authore inuenta. 50

De cuiuſuis manus debita proportione. 51

De linearum manus vera delineatione. 52

In tertio libro.

De linea Vitali, & quare ſic dicatur. 54

Vitalis ideales characteres, & ſignificata. 58 67

De linea Naturali, & quare ſic dicatur. 68

Naturalis ideales characteres, & ſignificata. 73 81

Fol.Fig.

De Menſali, & cur Menſalis dicatur. 86

Menſalis ideales characteres, & ſignificata. 89 57

De linea Hepatis, & quare ſic dicatur. 99

Lineæ Hepatis ideales characteres & ſignificata. 101 18

De Raſcetta, & quare ſic dicatur. 103 6

Raſcettæ ideales characteres, & ſignificata. 105 39

De linea Saturnina, & quare ſic dicatur. 111

Saturninæ ideales characteres, & ſignificata. 112 20

De via ſiue linea lactea. 115 4

De cingulo Veneris. 116 2

De lineis poſitis in radicibus digitorum. 116 4

De vnguibus ac eorum ſignis 117

De ſtigmatibus. 118

De montibus. 118

De angulo ſupremo, prout ſentit Cocles. 119 8

De angulo dextro. 121 5

De angulo ſiniſtro. 122 5

De triangulo & eius ſignis. 123 8

De quadrangulo, & eius ſignis. 124 24

De percuſsione & eius ſignis. 128 2

De monte manus. 129 18

De monte pollicis. 131 21

De monte indicis. 136 7

De monte medij, & eius ſignis. 138 7

De monte annulari ſiue medici, ipſiuſque ſignis. 139 9

De monte auriculari, ipſiuſque ſignis & digito. 141 18

In quarto libro.

In hoc Libro 60. continentur manuum exemplaria, in quibus propemodum omnes lineæ Naturales, & accidẽtales cum earum ſignificatis cõtinẽtur, literis Alphabeticis diſtinctæ, ad meliorem intellectum non parum vtiles, folio 144. ad fol. 203.

Notanda quædam circa determinationẽ vitæ cuiuſuis, folio 203.

In quinto libro.

Fol. Cap. Fig.

Vitæ longitudo. 206 1 14

Vitæ breuitas. 208 2 15

Diuitiæ. 212 3 58

Paupertas, Damnum, Infortunium. 220 4 33

Audacia. 224 5 19

Auaritia. 229 6 14

Prælaturæ, Beneficia. 229 7 19

Meretrices. 232 8 21

Fortunati. 234 9 15

Infortunati. 236 10 7

Luxuria. 237 11 74

Hæreditates. 250 12 12

Homicidium. 251 13 29

Matrimonium. 256 14 5

Carceres. 257 15 25

Mendaces. 261 16 20

Fures. 263 17 10

Suſpendium, Decollatio. 265 18 12

Combuſtio. 267 19 11

Submerſio, Suffocatio. 268 20 9

Suffocatio infantis. 270 21 3

Aegritudines. 271 22 157

Vulnera. 288 23 57

Amici. 296 24 8

Inimici. 297 25 28

Ingenium bonum. 302 26 48

Ingenium nefandum 309 27 26

Ingenij ruditas. 312 28 22

Crudelitas. 315 29 5

Cauillatores. 316 30 4

Filij maſculi. 317 31 14

Filij abortiui. 319 32 3

Apti ad generandum. 319 33 4

Voraces, Comeſtores. 320 34 3

Curioſitas. 320 35 6

Vita quieta. 321 36 3

Caſtitas. 322 37 4

Virtutis amatores. 322 38 3

Bonum diligentes. 323 39 1

Conſanguineorum percuſſores. 323 40 3

Ceruicoſi. 323 41 1

Beſtiales homines. 323 42 1

Ceruicis duræ. 322 43 1

Offenſio à Conſanguineis. 324 44 1

Claudi. 324 45 1

Animo non contenti. 324 46 1

Cogitabundi. 324 47 1

Clerici. 324 48 1

Partus facilitas. 325 49 3

Partus difficultas. 325 50 6

Loquacitas. 326 51 4

Decepti à ſeruis. 327 52 1

Deſpe-

	Fol.	Cap.	Fig.
Deſperati per ſeruos.	327	53	1
Detractores.	327	54	1
Deprædatores viarum.	327	55	3
Exercentes dæmoniorum opera.	328	56	2
Puellarum amatores.	328	57	1
Perdentes Maternã ſubſtantiã.	328	58	1
Amici Religioſorum.	328	59	1
Ingrati aſinini.	328	60	1
Hernioſi.	328	61	1
Faſcinati.	329	62	1
Morſus equorum.	329	63	1
Signum magni iecoris.	329	64	1
Fidelitas.	329	65	17
Infidelitas.	331	66	29
Largitas.	335	67	6
Inſtabilitas.	336	68	13
Bona digeſtio.	337	69	13
Indigeſtio.	338	70	8
Itinera.	339	71	30
Iuſtitia.	344	72	4
Temperantia.	344	73	4
Conſtantia,Probitas	345	74	5
Stultitia,Inſania,	346	75	14
Honores apud Reges.	348	76	15
Regalis dignitas.	350	77	5
Militaris dignitas.	351	78	4
Magiſterium.	352	79	4
Honoris priuatio.	352	80	4
Regni perditio.	353	81	4
Infortunium in diuitijs.	354	82	8
Martiales,Bellicoſi.	355	83	5
Tyrannus.	356	84	4
Hypocritæ.	357	85	5
Inuidia.	357	86	5
Negotioſi & quieti.	358	87	3
Vxor meretrix.	359	88	1
Extranei.	359	89	1
Prodigi.	359	90	1
Viatores.	359	91	1
Peregrini.	359	92	1
Nobilitas animi.	359	93	1
Viatores.	360	94	1
Improuiſum bonum.	360	95	1
Serui fugientes.	360	96	1
Serui furibundi.	360	97	1
Lenones.	360	98	1
Bona ſpes.	360	99	1
Malum futurum.	361	100	1
Lites ad ſanguinis effuſionem.	361	101	1
Luſores.	361	102	4
Mechanici.	362	103	4
Miſericordes.	362	104	1
Riſores.	362	105	1
Muſici.	363	106	3
Saturnini.	363	107	1
Iouiales.	363	108	1

	Fol.	Ca.	Fig.
Solares	363	109	1
Obſequij fruſtratio.	364	110	1
Fortunati.	364	111	1
Mercuriales.	364	112	2
Lunatici.	364	113	1
Diſcordiæ fratrum.	364	114	1
Gibboſi.	364	115	1
Damnum crudelitatis.	365	116	3
Litigatores.	365	117	1
Eccleſiaſtici.	365	118	1
Lucroſi fabricatores.	365	119	1
Laſciui improbi.	366	120	1
Detrectatores.	366	121	1
Sanguinolenti.	366	122	1
Periclitantes.	366	123	1
Ira ad ſanguinem.	366	124	1
Triremales.	366	125	1
Illuſtres.	367	126	1
Incarcerati.	367	127	1
Infortunati negotiatores.	367	128	1
Inobedientes parentibus.	367	129	2
Fratrum percuſſores	367	130	1
Latrones.	367	131	1
Geometræ.	368	132	1
Doctores linguarum.	368	133	1
Falſarij artium.	368	134	1
Subtiles Scriptores.	368	135	1
Iuſti Iudices.	368	136	1
Pecuniarum accumulatores.	369	137	1
Iram ſuſtinentes.	369	138	11
Viri diſcreti.	369	139	1
Amabiles,ſed iracundi.	369	140	1
Religioſis inimici.	369	141	1
Pulchri.	369	142	1
Gaudentes in rebus nobilibus.	369	143	1
Venerei.	369	144	1
Sophiſtæ.	370	145	1
Graues lingua.	370	146	1
Subtiles negotiatores.	370	147	1
Negligentes.	370	148	1
Odium propinquorum.	370	149	7
Lites Eccleſiaſticæ.	371	151	1
Cogitantes.	371	151	1
Diuites in negotijs.	372	152	1
Paſsio neruorum.	372	153	1
Largitas vana.	373	154	1
Agricolæ,ædificatores.	373	155	3
Debitores.	373	156	1
Subſannatores.	373	157	1
Adulatores.	373	158	1
Laſciui.	373	159	3
Spurij,Nothi.	374	160	6
Mors naturalis.	374	161	8

	Fol.	Cap.	Fig.
Mors violenta.	375	162	7
Mors extra patriam.	377	163	15
Homicidæ vxorum.	379	164	2
Interpretes ſomniorum.	379	165	1
Occultus animus.	379	66	5
Verecundi.	380	167	6
Vita lucroſa.	381	168	1
Intoxicati.	381	169	1
Ebrioſi.	381	170	2
Morigerati.	381	171	4
Iracundia.	382	172	6
Pœnitentia largitatis.	383	173	1
Fugientes proſecuti.	383	174	3
Veridici.	384	175	5
Felicitas in pecoribus.	384	176	1
Vitioſi fugitiui.	384	177	1
Fratrum nobilitas.	385	178	1
Proni ad bellum.	385	179	4
Irreuerendi.	385	180	1
Ioculatores.	386	181	1
Ingrati & mutuantes.	386	182	1

In ſexto libro.

Continentur experimenta 31. in diuerſis regionibus experta, quorũ Ideales manuum lineæ, loca, tempus, & teſtes præſentes ad rei veritatem confirmandam apponuntur.

Folio 388. vſque ad fol. 449.

Figuræ 62.

In ſeptimo libro.

	Fol.	Cap.	Fig.
Phyſiognomia D.D. Pet. & Pauli Apoſtolorum.	450	1	1
Phyſiognomia Iudæ.	451	2	1
Signa corporum ſanorum.	452	3	4 5
Signa calidæ complexionis.			
Signa frigidæ complexionis.	453		6
Signa humidæ complexionis.			
Signa corporis ſiccæ complex.			
Signa corporis tẽperati & ſani.	453		7
Signa corporis diſtemperati & malè ſani.	453		8 9 10
De capillis.	454	4	11 14
De iudicio frontis.	456	5	15 18
De iudicio ſuperciliorum.	457	6	19 20
De cilijs.	456	7	0
De intercilijs.	458	8	0
De iudicio oculorum.	458	9	21 30
De iudicio naſi.	463	10	31 32
Oris & linguæ iudicium.	464	11	33 34
De labijs.	465	12	0
De dentibus.	465	13	35 36
De flatu.	466	14	0
De riſu.	466	15	0
De mento.	467	16	37 38
De barba.	468	17	0
De facie.	469	18	0
De auribus.	471	19	30 40
De capite.	471	20	0
De gula.	472	21	0
De collo.	472	22	41
De colore totius capitis.	473	23	0
& corporis	473	23	0
De brachijs.	473	24	0
De pectore & coſtis.	473	25	0
De manibus.	474	25	0
De ventre, dorſo & ilijs.	474	27	0
De tota hominis ſtatura.	474	28	0
Epilogus & recapitulatio totius Phyſiognomicæ artis.	475	0	0

In octauo libro.

	Fol.
Periaxiomata de ſignorum faciebus, quid in vnaquaque domo efficiat Sol in malis.	477
Canones quidã ſuper ægritudinibus quibus modis ſuccurrendũ ægris ſit ex aſpectu ſignorum.	481
Epitome, quid quiſque Planetarum in naturis & hominum qualitatibus agat.	478
In Aſtrologiam naturalem dicta.	488
Naturalis Aſtrologiæ compendioſa deſcriptio.	490
Quid ſit domus.	491
De prima domo & Horoſcopo in Ariete.	494
De Sole & Luna quædam notatu digna.	494
De ſecunda domo & Horoſcopo in Tauro.	491
De Horoſcopo Geminorum.	496
De Horoſcopo in Cancro.	497
De Horoſcopo in Leone.	498
De Horoſcopo in Virgine.	499
De Horoſcopo in Libra.	499
De Horoſcopo in Scorpione.	500
De Horoſcopo in Sagittario.	501
De Horoſcopo in Capricorno.	502
De Horoſcopo in Aquario.	503
De Horoſcopo in Piſcibus.	504
De iudiciis naturalibus iuxta reuolutionem Solis per duodecim ſigna Zodiaci.	504
De naturis domorum.	514
De Saturno domino genituræ.	516
De Ioue domino genituræ.	516
De Marte domino genituræ.	517

De

Fol.
De Venere domina genituræ. 517
De Mercurio domino genituræ. 517
De Sole cum genituræ domino. 518
De Luna cum domino genituræ. 518
Canon ſuper erectione figuræ cæli. 519
Modus cognoſcendi Planetas horoſcopantes, & ſigna aſcendentia ex quatuor cōplexionibus. 522
Quid ſit complexio. 522
De complexione Cholerici. 524
De Planetis conuenientibus ad complexionem. 525
De Saturno in radice natiuitatis Cholerici. 525
De Ioue in radice natiuitatis Cholerici. 525
De Marte in horoſcopo Cholerici. 526
De Mercurio in radice natiuitatis Cholericorum. 527
De Sole in radice Cholericorum. 528
De complexione Phlegmaticorum. 528
De Saturno in radice natiuitatis Phlegmaticorum. 528
De Ioue in radice natiuitatis Phlegmaticorum. 529
De Marte in radice natiuitatis Phlegmaticorum. 530
De Venere in radice natiuitatis Phlegmaticorum. 530
De Luna in radice natiuitatis Phlegmaticorum. 531
De Melancholica complexione. 531
De Saturno in radice Melanchol. 532
De Marte participante. 552
Fol.
De Mercurio in radice Melanchol. 532
De Luna in radice Melancholic. 534
De ſanguinea complexione. 534
De Saturno in radice Sanguineor. 534
De Ioue in radice Sanguineorum. 553
De Mercurio in radice Sanguineor. 535
De his, quæ ad Medicinæ fundamenta ſpectant. 536
Affectus Lunæ in ſingulis ſignis, & à ſingulis Planetis in diuerſis domibus & figuris. 538
Aſtrologiæ Iudiciariæ eiſagogica & totius artis diuinatricis encomia. 552
Erectio domorum cœli.


Item & alio modo.

Significata duodecim domorum. 584
De modo vniuerſali, ſiue Methodo in iudicijs duodecim domorum cœli. 613
De Saturno in propria domo. ibid.
De Ioue in domo ſua. 614
De Marte in domo ſua. 615
De Sole in domo ſua. ibid.
De Venere in domo ſua. 616
De Mercurio in domo ſua. 617
De Luna in domo ſua. ibid.

Et demum pro fine operis.

De Planetis in diuerſis ſignis & domibus quid ſignificent.

Finis Tabulę & totius Operis.


I·T·H·ÆTA·SVÆ·A°·53
Tep ora ore era
1562

391 **TAISNIER** (Jean) Opus Mathematicum Octo Libros complectens, quorum sex priores libi absolutissimae Cheiromantiae Theoricam, Praxim, doctrinam, artem et experientiam verissimam continent. Septimus Physiognomiae dispositionem hominumque omnium qualitates et complexiones. Octavus Periaxomata de faciebus Signorum...remedia quoque omnium aegritudinum. Folio, numerous illustrations of the hand and face, horoscopes, and astronomical diagrams, two portraits of the author, contemporary German calf, with stamped panels of rich ornamental foliage. From the Hodgkin Collection. **£5 5 0** *Theod. Baum: Cologne* 1583

⁂ No copy of this edition in the British Museum.

120

50 ff

E585
T185
1-SIZE

ADNOTATIO

MAITTAIRE — PANZER — DE BURE — BRUNET — LOWNDES — DIBDIN

I have found no notice of this work in any Bibliographical Dictionary. and it very rarely is noted in any catalogues It is by far the most complete and interesting treatise on Chiromancy with which I am acquainted. the number of woodcuts being quite unprecedented. and the series of typical hands. from the author's own experience. and the histories of their owners. are particularly instructive. The Astrological portion is also much less empirically treated than in most treatises. The physiognomical chapter is comprehensive and the cuts quite different from Porta's. as we have Judas Isct his profile. why not also the lines of his Hand?

935